rum conductorum pro parte, in qua participant de conductione.

5 *Fiscus an habeat privilegium, ut possit compellere unum de consortibus ad solvendum totum tributum, refertur doctrina* Saliceti, & Pauli; *& explicatur* text. in l. cùm possessor, ff. de censib.

6 *Duobus modis possunt conductores fiscales adjungere sibi socios, & quid in utroque observandum.*

DISPUTATIO X.

Utrùm executio possit fieri adversus socios, & participes conductionis Regiorum reddituum, quos in hoc Regno vocant Caratarios?

1 INdubitatum est, fisco Regio competere viam executivam pro exigendis tributis, quæ justa sunt, & liquida, ab illis, qui ea debent, *l.* 1. *& toto tit. C. si propter publicas pensitationes, l. abstinendum* 3. *C. quorum appellat. non recip. l. missi opinatores* 7. *C. de exator. tribut. lib.* 10. *l. sive ex Prætoriano* 3. *C. de executor. & exactoribus, lib.* 12. *§. Publicorum, & §. coges, in Authent. de mandat. princip. collat.* 3. *seu novella* 17. *cap.* 7. *&* 8. *gloss. in verb. Vili pretio*, quam signandam monet Bart. *in l.* 1. *C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annor.* Bald. *in l.* 1. *n.* 3. Salicet. *ibid. n.* 3. *C. de condict. ex lege*, idem Baldus *cons.* 434. *licèt Judex, n.* 1. *vol.* 3. Maranta *in praxi*, 4. *p. dist.* 9. *n.* 181. Roder. Suarez *in l. post rem, notab.* 7. *ff. de re judicata*, & ad eum locum Baldès, Covarr. *lib.* 2. *variar. cap.* 1. *n.* 4. *in fin.* Baeza *de inope debitore, cap.* 13. *n.* 21. *&* 22. Azeved. *in l.* 1. *n.* 57. *tit.* 21. *lib.* 4. *Recop.* Avil. *in cap.* 10. *Prætor. verb. Execucion, n.* 43. Gironda *de gabell.* 4. *p. n.* 2. Parlador. *libr.* 2. *rerum quotid. cap. fin.* 1. *p. §.* 8. *ex n.* 1. Rebuff. *tom.* 1. *in Constit. Regi. tract. de sentent. executoriis, art. ult. gloss.* 1. *n.* 3. Joseph. Ludov. *decis. Peruf.* 32. *n.* 1. Raudens. *decis.* 6. *inter feudales, ex n.* 3. De jure Castellæ de exactione tributorum agit *tit.* 14. *lib.* 6. *Recop.* De exactione gabellarum *tit.* 7. *lib.* 9. De exactione vectigalium, seu portoriorum *tit.* 22. *cum seqq. lib.* 9. *Recop.*

2 Imò verò ejus conditionis est debitum fiscale, ut debitor donec solvat, carcerandus sit nec sub fidejussoribus etiam indemnitatis relaxandus. Quod de jure communi servandum esse ex fisci peculiari privilegio, probat textus *in l. sacrilegii* 9. *§. final. aliàs l. cùm eo* 10. *ff. ad l. Jul. peculatus, & in l. nemo carcerem* 2. *C. de exactorib. tribut. lib.* 10. notat Bart. *in d. l. cum eo, n.* 2. Salic. *in l. si in te* 7. *n.* 10. *C. de privileg. fisc.* Bald. *cons.* 90. *quæritur an captus, n.* 4. *vol.* 5. Martin. Laudens. *tract. de officialib. dominor. q.* 104. *tom.* 16. *tractat.* Peregrin. *de jure fisci, lib.* 6. *tit.* 7. *n.* 5. *&* 7. Gail. *observ. practic. lib.* 1. *observ.* 26. *n.* 1. Guido Papæ *decis.* 61. *n.* 2. Joseph. Ludov. *decis. Peruf.* 32. *n.* 1. De jure Castellæ servandum esse statuit, *l.* 14. *tit.* 7. *lib.* 9. *Recop. & l.* 10. *tit.* 16. *eod. lib.* animadvertunt Covarr. *lib.* 2. *variar. d. cap.* 1. *n.* 4. *in fin.* Menchaca *de succesion. creat. lib.* 1. *§.* 6. *n.* 36. *in fin. cum seqq.* Parlador. *d. cap. fin.* 5. *p. §.* 5. *n.* 6. *&* 7. Baeza *de inope debitore, d. cap.* 13. *ex n.* 14. Azeved. *in d. l.* 14. juncta *l.* 15. *ex n.* 15. *tit.* 7. *lib.* 9. *Recop.* Gironda *de gabell.* 4. *p. in princ. n.* 4. *& n.* 16. Lasarte *de decima venditionis, cap.* 18. *n.* 57. *cum seqq.* Flores de Mena *variar. quæst. libr.* 2. *q.* 21. *n.* 145. *&* 146. *cum seqq.* Gutierr. *practic. quæst. lib.* 7. *de gabell. q.* 116. *ex n.* 1.

3 Ex quo planè fit, ut possit etiam agere executivè fiscus contra conductores reddituum fiscalium, & ab eis pretium conductionis debitum exigere executione facta, non solum quia debitum ex conductione est certum, & liquidum, sed etiam quia debetur ex contractu ad scripturam publicam redacto, quod etiam in non privilegiatis executionem habet paratam, sive sit instrumentum factum inter fiscum, & ejus procuratores ex una parte, & conductorem ex alia: seu facta sit addictio reditus in publica subhastatione, quam vulgò vocamus *Remate*, quia reditus conductori tanquam ultimo licitatori, & plus offerenti remanserit addictus. Etenim addictio ista paratam executionem habet, ut rectè notavit Parlador. *lib.* 2. *rerum quotid. cap. fin.* 1. *p.*

§.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

§. 11. *ampliat.* 4. *n.* 21. quod confirmat ex dicto Baldi *in l. contractus* 17. *n.* 7. *in fin. C. de fide inſtrum.* ubi ait, contractus, qui fiunt in ſchedulis per ſubhaſtationes, & quos faciunt Reges, & Comites eſſe contractus in ſcriptis. Propterea executioni mandari poſſunt, juxta ea, quæ in ſubhaſtationibus militaribus ſtatuit *l.* 32. *tit.* 26. *p.* 2. quam ad omnes ſubhaſtationes trahendam, & de omnibus jure intelligendam, credit idem Parladorius, & meritò.

4 Quoniam autem iſti conductores ſolent ſibi in conductione alios ſocios aſſumere, & inter eos dividere, & partiri onus, & commodum conductionis, quorum partes caratas vocant in hoc Regno, & tales ſocios caratarios, qui non contrahunt cum fiſco, ſed ſolum cum conductoribus, inſurgit dubium, an fiſcus iſtos caratarios, & ſocios conductionis poſsit executivè convenire, quemadmodum poteſt conductores ipſos principales ſibi adſtrictos. Et dicendum eſt, poſſe fiſcum contra iſtos ſocios conductorum ſuorum uti via executiva ad exigendum quod debent ex pretio conductionis, juxta diſtributionem illis factam. Et idem dicendum eſt de Republica, aut Univerſitate, ſi contractus conductionis factus fuerit cum Republica, aut Univerſitate. Id probatur argumento *l.* 1. *in princ. ff. de loco publico fruendo*, ubi interdictum illud non ſolum conductori, ſed etiam ſocio redditur. Ergo ſimili modo contingit paſsivè, ut quod adverſus conductorem locum habet, habeat etiam adverſus ſocium, & ſimili modo contra illos agi poſsit, ſiquidem ipſi ſimili modo agunt. Quo argumento id primus omnium docuit Angelus *in d.l.* 1. *n.* 1. *verſ. In gloſſ. hic eſt caſus*, ubi ait, iſtos ſocios ſine ceſsione poſſe agere contra debitores fiſci, vel Reipublicæ, quemadmodum ipſi conductores principales, quod etiam adnotavit Martinus Laudenſ. *de fiſco*, *q.* 113. Angelum ſequitur Avendañ. *de exequend. mand.* 2. *p. cap.* 12. *n.* 16. Peregrinus *de jure fiſci*, *lib.* 6. *tit.* 5. *n.* 37. Rovitus *in pragm.* 37. §. 7. & ſimiliter *n.* 1. *de offic. Procurat. Cæſar.*

5 Confirmatur hæc reſolutio ex doctrina Salicet. *in l. ſi in te* 7. *n.* 11. & Pauli *ibidem*, *n.* 4. *verſic. Nono, quia poteſt*, *C. de privileg. fiſc.* & Franciſci Lucani *tract. de Fiſco, & ejus privilegiis*, 1. *p. n.* 85. *tom.* 12. *tract.* qui dicunt, fiſcum habere privilegium, ut poſsit unum de conſortibus compellere ad ſolvendum totum tributum, de quo privilegio tractat Peregrin. *de jur. fiſci*, *lib.* 6. *tit.* 6. *ex n.* 46. Covarr. *lib.* 3. *variar. cap.* 7. *num.* 7. Quod probant ex textu *in l. cùm poſſeſſor* 5. *ff. de cenſibus.* Sed ille textus id non probat, nam ibi conſors non dicitur compulſus, ſed ſolviſſe, neſcimus an ſpontè ſolverit, aut ſibi compelli potuit, non in cauſa fuit privilegium fiſci, ſed natura hypothecariæ, quæ individua eſt, & ſic poſſeſſor prædii pro parte indiviſa, niſi ſolvat totum debitum, debet relaxare, *l. in executione* 85. §. *Item ſi ita ſtipulatio*, *ff. de verbor. obligat. l. hæredes* 25. §. *idem obſervatur*, *ff. famil. erciſc.* Covarr. *lib.* 3. *variar. cap.* 7. *n.* 7. *in princip.* refert alios pro hac ſententia, & eam tandem ſequitur, & *n.* 8. quod ne facere, totum ſolvit, & ſic nullo privilegio opus erat. Ex eo etiam eadem reſolutio confirmatur, quoniam iſti ſocii, ſeu caratarii obligati ſunt ex eadem cauſa conductionis, & cùm minimum ſunt debitores conductorum. Ergo poſſunt conveniri via executiva.

6 Verùm ne ex dictis Doctorum patiaris æquivocationem, adverte, duobus modis poſſe conductores Regiorum reddituum adjungere ſibi ſocios in conductione. Primò ſimpliciter, & ſine ulla limitatione, & in hoc caſu verificatur quod dicunt Doctores, videlicet, iſtos ſocios, ſeu caratarios in ſolidum teneri, & in ſolidum poſſe conveniri, non ſecus ac principales conductores. Secundò poſſunt conductores aſſumere ſocios, & participes conductionis in parte certa, ut ſi conveniant eſſe participaturos conductionem pro tertia, quarta, vel decima parte, aut pro rata mille ducatorum. Quo caſu caratarii non poterunt conveniri à fiſco ultra quantitatem ſuæ obligationis, & participationis, qua ſoluta liberabunt ſe ab obligatione, quia omnis obligatio tollitur ſolutione ejus, quod

debetur *principio Inſtit. quib. mod. obligat. toll.* & obligatio non poteſt extendi ultra conſenſum.

SUMMA DISPUTATIONIS XI.

1 *ADverſus tertium poſſeſſorem executionem locum non habere, regula generalis.*

Tertius poſſeſſor quis dicatur, ibi.

2 *Limitatur primò, ſi reus cœpto judicio rem alienet, aut effectam litigioſam, aut in fraudem paratæ executionis, tunc enim habebit locum executio contra tertium.*

Res non efficitur litigioſa, quando agitur actione hypothecaria ſecundum multorum ſententiam, ibi.

Verius eſt, quamvis per hypothecam non efficiatur litigioſa res, fieri per actionem hypothecariam in judicium deductam, ibi.

C. Regni conventus, *quomodo accipiendum, ibi.*

3 *Limitatur ſecundò, ſi adjiciatur contractui pactum de non alienando cum ſpeciali hypotheca tunc executio habet locum contra tertium, in quem res alienata eſt.*

In Caſtella poſſeſſores hypothecarum cenſualium conveniuntur directè via executiva, quia in omni inſtrumento cenſus adjicitur prædicta clauſula, ibi.

4 *Ad impediendam alienationem an ſatis ſit hypotheca generalis cum pacto de non alienando: an verò requiratur ſpecialis controverſum, & utraque ſententia eſt probabilis, requiri ſpecialem magis receptum.*

5 *Limita tertiò de jure Neapolitano, juxta quod inſtrumentum cenſus habet contra tertium poſſidentem hypothecas executionem paratam, etiam ſine clauſula, & pacto de non alienando.*

6 *Limita quartò de jure Caſtellæ, quo attento fiſcus habet viam executivam contra poſſeſſores hypothecarum obligatarum fiſco per conductores Regiorum reddituum.*

Refertur deciſsio Conſilii Regii Patrimonii Hiſpaniarum.

7 *Limita quintò, ſi adjiciatur clauſula conſtituti, & precarii.*

DISPUTATIO XI.

An, & quando adverſus tertium poſſeſſorem executio locum habeat.

1 REgula generalis eſt adverſus tertium poſſeſſorem executionem locum non habere, ſive ex ſententia, ſive ex inſtrumento guarentigio, quod obtinet vim ſententiæ. Quam regulam, & concluſionem probant textus *in l.* 1. *& toto tit. C. quibus res jud. nocet, l. ſæpè* 63. *ff. de re judic. l. nam poſtea* 9. *§. fin. cum lege ſeq. ff. de jurejur. l.* 1. *§.* 1. *ff. de litigioſ.* Docent Bart. *in l. creditores* 3. *n.* 23. *C. de pignor.* Bald. *in l.* 2. *n.* 1. *C. ſi unus ex pluribus hæredit. & in l.* 2. *n.* 1. *C. ſi adverſus creditorem præſcript. opponat.* Angelus *in l.* 1. *§. Si hæres, n.* 1. Imola *n.* 11. Alex. *n.* 1. Jaſon. *n.* 3. *ff. ad Trebell.* Decius *conſ.* 198. *n.* 5. Roderic. Suar. *in l. poſt rem, ff. de re judic. in declarat. legis Regni, limit.* 1. *n.* 1. Caballinus *Mille-loq.* 633. Avendañ. *in l.* 4. *&* 5. *tit. de las Excepciones, n.* 26. Rebuff. *tom.* 1. *in Conſtit. Regi tract. de litteris obligator. art.* 2. *gloſſ. unica n.* 63. *&* 64. *& art.* 3. *gloſſ.* 2. *ex n.* 22. Maranta *in ſpeculo aureo, p.* 6. *tit. de execut. ſentent. n.* 32. Dueñas *regula* 277. *limit.* 2. *&* 3. *&* 5. Avilès *in cap.* 10. *Prætorum, n.* 56. Parlador. *lib.* 2. *rerum quotid. cap. fin. p.* 4. *§.* 5. *ex n.* 1. Paz *in praxi* 1. *tom.* 4. *p. cap.* 1. *n.* 49. *&* 50. Rodriguez *de execution. cap.* 4. *n.* 45. *verſ. Verum tamen,* Matthias Colerus *de proceſsib. execut.* 2. *p. cap.* 3. *n.* 432. *in fin. cum ſeqq.* Peguera *deciſ.* 7. *ex n.* 1. 2. *p.* ubi latè de regula, ampliationibus, & limitationibus ejus, Scaccia *de appellat. q.* 17. *limit.* 6. *membr.* 4. *ex n.* 43. Gutierr. *in repet. l. nemo poteſt, ex n.* 387. latè, *ff. de leg.* 1. idem Avendañ. *de exequend. mand.* 1. *p. cap.* 16. *n.* 7. Galleſius *ad formam Cameral. obligation. q.* 5. *n.* 3. & ad eam Zachias *n.* 1. *&* 36. *cum ſeqq.* & impedimentis executionis ex oppoſitione tertii, latè, & generaliter Salgad. *de Regia protect.* 4. *p. cap.* 8. *ex n.* 56. Tertium poſſeſſorem vocamus, juxta animadverſionem Parladorii, eum, qui non eſt hæres, vel ſucceſſor debitoris, contra

quem

quem jus executivum principaliter competit ex aſſe, vel ex parte quota, ſed ejus bona habuit, aut ex titulo emptionis, aut donationis, aut ſingulari. In ratione hujus regulæ reddenda eſt diſcordia. Alii dicunt, rationem eſſe, quia actiones perſonales non tranſeunt in ſingulares ſucceſſores, *l. ea, l. 3. C. de cond. ob cauſam*, neque obligationes perſonales *l. ult. §. ult. ff. de contrah. empt. l. 1. §. Si hæres percepto fundo, ff. ad Trebell. l. adhuc 31. §. Si operas, ff. uſufruct. l. emptorem 9. C. de locato, l. æris alieni 15. de donat.* Ergo neque jus exequutivum paſsivè, quod eſt qualitas, & accidens obligationis, poteſt in tertium poſſeſſorem, qui non eſt univerſalis ſucceſſor, ſed titulo particulari poſsidet, tranſire. Alii credunt, rationem eſſe, quod res inter alios acta, aliis præjudicare, aut damnum afferre non poſsit, ut probat textus *in d. l. ſæpè, ff. de re judic.* & alii. Ego reddo unam, & alteram, dum tamen advertam cum Parlador. *ubi ſup. n. 2.* regulam non ſolum habere locum, ſi agatur ex actione perſonali, ſed etiam ſi ex actione reali.

2 Hæc tamen regula generalis primò limitanda eſt, ſi debitor principalis cœpto contra ipſum judicio rem alienet, aut effectam litigioſam, aut etiamſi litigioſa non ſit, in fraudem paratæ executionis, & ut negotium majus actori faceſſat, tunc enim finito judicio executio poterit fieri adverſus tertium, eam rem poſsidentem, etiam ex titulo particulari tractat Salgad. *de Regia protect. p. 4. cap. 8. ex n. 168.* latiſsimè. Pro explicatione hujus limitationis adverte, aliquando effici rem litigioſam in judicio, aliquando non effici. Efficitur litigioſa res, quando in judicium deducitur actio realis ſuper dominio rei, vel quaſi, ut ſi agatur publiciana, aut de uſufructu, qui dominii pars eſt, idque ſi ſolum reus citetur, aut producatur libellus; ſi verò agatur actione perſonali, ut exempto, donato, aut ſimili, res efficitur litigioſa per litis conteſtationem, notat Bart. *in l. 1. C. de litigioſis.* De effectibus iſtius vitii idem Bart. *in l. ult. eod. tit.* & Cancer. *variar. reſol. 2. p. cap. 12. ex n. 13.* Et probatur *ex Auth. litigioſa, & in l. 2. C. eodem.* notat Covarr. *in pract. cap. 15. n. 6.* quidquid diſſentiat Cancer. *var. reſol. p. 2. d. cap. 12. ex n. 4.* Res autem non efficitur litigioſa, quando agitur actione hypothecaria, *l. 1. C. de litigioſ. §. ab hoc, in Auth. de litigioſis, ſeu novella 112. cap. 1.* notat *gloſſ. in d. Auth. litigioſa, verb. Dominio*, & Bart. *in l. 1. §. Si inter, n. 2. ff. de litigioſ. & in l. 1. C. eod. tit.* Baldus *in l. 2. n. 3.* & Salicet. *in l. 3. circa fin. eod. tit.* & ſignificat ibidem Cujac. Covarr. *in pract. d. cap. 15. n. 6.* Cancer. *variar. reſol. p. 2. d. cap. 12. num. 9.* Ego, ut ingenuè dicam, contrarium dicerem, nempè, rem ſuper qua contenditur in judicio actione hypothecaria, effici etiam litigioſam propter generalia verba, *l. cenſemus 14. C. de litigioſ.* Et ad *l. 1. eod. tit. & §. ab hoc*, reſponderem agere de hypotheca, quæ non efficit rem litigioſam, neque impedit ejus alienationem, *l. 2. C. de diſtract. pignor.* etiamſi creditor extrajudicialiter denunciet, ne res vendatur, non de re, quæ in judicio per hypothecariam avocatur, & de qua propoſita actione hypothecaria judicialiter contenditur. Cui ſententiæ favet Duarenus *ad librum 44. Digeſtor. titul. 6.* & Uveſembech. *in Paratitla, ff. de litigioſ. n. 2.* qui nullam diſtinctionem inter judicia realia inducunt, quoad efficiendam rem litigioſam. Verùm ut tranſeamus, ſeu annuamus Bartolo, & aliis, huc pertinent *tituli Digeſtor. & Codicis de litigioſis.* Quovis autem modo moto judicio cùm reus, in qua facienda eſt executio ſententiæ pro actore ferendæ illudendo Judicem, & actorem in fraudem paratæ executionis pendente judicio alienat, & in alium transfert, ſententia poterit contra novum poſſeſſorem executioni mandari, nulla habita ratione translatæ poſſeſsionis, quemadmodum item executio poteſt fieri contra poſſeſſorem rei litigioſę, utpotè cujus alienatio nulla ſit, ut proſequitur Cancer. *variar. reſol. p. 2. d. cap. 12. ex n. 14.* Ad hunc ſecundum caſum puto permittere, *tit. Digeſtor. & Codicis de alienatione judicii mutandi cauſa facta*, quamvis enim directè reſpiciant judicia movenda, non jam mota, & pendentia, utiliter etiam

ex-

extendi poterunt ob majorem rationem ad judicia mota,& jam pendentia,quod enim ante judicium motum fieri prohibetur, ne reus vexet actorem novo, & duriori dato adversario, multo magis prohiberi debet cùm jam actor actionem suam in judicium deduxit. Ad hunc item casum pertinet de jure Neapolitano *cap.Regni Conventus*,ubi notat Sebastianus *de Neapoli*, *n.* 4. Igitur utroque ex istis casibus adversus tertium possessorem locum habet executio sententiæ, vel instrumenti cœpta contra principalem debitorem,ut dixi *tom.* 1.*tit.* 1.*disp.* 2. *q.*7. *sect.*3. *ex n.*930. & *n.* 933. retuli Doctores de utroque casu loquentes. Tractat Bart. *in l.creditores* 3. *n.*23. *C.de pignor.*ubi distinguit,& sentit Colerus *de processib. executiv.* 2.*p. cap.* 3. *n.*439.441. & 443. Giurba *decis.*62. *ex n.*5. Castillo *in l.*63.*Taur. gloss.* 1. *col.*3. *vers.Sed pone*, Peguera *dict.decis.*7.*ex n.*15. & 19.2.*p.* Cacheranus *dec.*65.*n.*5. Carcer. *variar.resol. p.*3. *cap.*17. *ex num.*461. Anna *singul.*28. Giurba *decis.* 62. *n.* 5. qui benè declarat, quando alienatio dicatur in fraudem executionis facta,& *n.*18. Asinius *in praxi judicior.* §.31. *cap.*2. *ampliat.*14.

3 Limita secundò, si in instrumento contractus adjiciatur pactum de re aliqua non alienanda,& adjiciatur hypotheca specialis,tunc enim poterit hoc instrumentum recta via executioni mandari contra novum possessorem habentem causam à debitore. Ratio est,quia alienatio facta contra pactum est nulla,& sic res alienata non censetur exiisse à patrimonio debitoris, ut probat *l.si credit.*7. §.*ultimo*, *ff.de distract. pignorum.* Docuit Bartol. *in dict. l.creditores, n.* 25. *ff. de pignorib.* Matienz. *in l.*1. *tit.*17. *lib.*5.*Recop. gloss.*3. *n.*6. Rodericus Suarez *in l.post rem*,*in declaratione legis Regni*, *limit.*1.*n.*5.& 7. *ff. de re judic.* & Valdès *ad eum locum*, Colerus *de processib.executiv.p.* 2.*cap.*3. *n.*460. Paz *in prax.*1.*tom.* 4.*p.cap.*1.*n.*49. Covarr.*lib.*2. *var. cap.*15. *n.*3. & *lib.* 3. *cap.*7. *n.*6. *vers. Hinc etiam, in fin.*Rodrig.*de execut. cap.*4. *n.*47.Surd. *cons.*405. *n.*8. *vol.*3. Ex quo fit,ut in Castella possessor hypothecæ censualis,in qua succesit titulo singulari emptionis, donationis, legati, aut alio, à creditore census nihilominus conveniatur via executiva, cùm in omni instrumento census apponatur pactum de non alienando rem censui suppositam,quæ conjuncta cum speciali ipsius census hypotheca, habent hunc effectum, ut tertius via executiva directo, seu recta via conveniri possit à creditore, ut notarunt Parlador.*lib.*2. *rerum quotid.cap. fin.* 4.*p.* §.5. *num.*16. Felicianus *de censib. tom.*1. *lib.*3. *cap.*4. *ex n.*6. & *tom.*2. *lib.*3. *cap.*4.*n.*5. Gaspar Roder. *de annuis reddit. lib.*2. *q.*9. *ex n.*54. Avend. *de censib. cap.* 85. *ex n.*2. & *n.*8. Rodrig, *d.cap.*4. *n.*48. *vers.Quod vero secus*, Cevall.*in spec.pract. q.*820.*ex n.*28. Salgad. *de Reg.protect.p.*4. *cap.*8. *n.*199. dum tamen limites juxta dicta supra *tit.*1.*disp.*2. *ex n.*351.

4 An verò ad hunc effectum impediendæ alienationes necessaria sit hypotheca specialis adjecta pacto de non alienando, vel potius generalis sufficiant, tractant Covarr.*lib.*2.*variar. cap.*15.*n.*3. Negusant. *de pignor.* 2.*p.membr.*1.*n.*5.Anton. Gomez *in l.*40.*Tauri*, *n.*19.Roder.Suarez *in l.post rem*, *in declaratione legis Regni*, *limit.*1.*n.*11. Gregor.Lopez *in l.*19. *tit.*8. *p.*5. *gloss.*5. *in fin.* Anton. Gabr. *commun. opin. lib.*3. *tit.de pignor. concl.*1. Parlador. *ubi sup.d.*§.5. *ex n.*17. Fachineus *controv. jur. lib.*12. *controv.*28. Gaspar Rodericus *d.q.*9. *ex n.*49. *circ.med.* Peregrin.*de fideicommiss. art.*51. *n.*77. Barbos. *in l.si filiofamilias* 26. §.*fin. ex n.*32. *ff. solut. matr.* Rodrig. *d.cap.*4. *ex n.* 51. & utraque opinio,quòd sufficiat generalis hypotheca,vel requiratur specialis,est probabilis, & communis, sed specialem requiri, est magis communis, & recepta.

5 Limita tertiò de jure Neapolitano, juxta quod instrumentum census, etiamsi in illo non apponatur clausula de non alienando, ut revera non solet apponi, habet executionem paratam contra tertium possessorem hypothecarum specialium census: ita statuitur *in pragm.* 1. §.4. *de censibus*, notat Petrus Gregor. *de censib. q.*6. *ex n.*9. & *n.*29. *vers. Quinimò*, & ad

eum

eum locum Maſtrillus *ex num.* 91. Giurba *dec.* 22. Follerius *in prax. cenſuali, verb. Tanquam res judicatas, n.* 39. Rovit. *in d. pragm.* 1. *n.* 20. quidquid contra videatur ſentire Mauſon. *de cauſis executiv. lib.* 1. *q.* 7. *ampliat.* 6. *ex n.* 17.

6 Limita quartò de jure Caſtellæ, ex quo Fiſcus poteſt uti via executiva contra tertios poſſeſſores bonorum obligatorum per conductores Regiorum redituum, etiamſi in prædictis bonis ſuccedant titulo particulari emptionis, donationis, aut alio, nedum ſi ſuccederent titulo univerſali hæreditatis. Ita ſtatuitur *in l.* 27. *cap.* 11. *tit.* 11. *lib.* 9. *Recop. in C. addition.* ſimilis ſtili obſervari ſoliti in quadam Curia Cabeoli, vel Sancti Marcellini, ut inſtrumentum contra tertium poſſeſſorem bonorum, quæ quondam fuiſſent debitoris, poſſet executioni mandari, meminit Franc. Marcus *dec.* 61. *quæritur, an vigore, p.* 2. *ex impreſſis Lugduni ann.* 1587. Quam limitationem crederem practicandam, non ſolum quoad bona ſpecialiter obligata Fiſco à conductoribus Regiorum redituum tempore conductionis, & contentis in memoriali bonorum, quod tempore oblationis producere debent, quo declarare debent bona, quæ habent, juxta *d. l.* 27. *cap.* 3. ſed etiam quoad bona obligata generaliter, aut quia fuerint poſt acquiſita, aut forſan in dicto memoriali non expreſſa, quoniam verba legis generalia *in d. cap.* 11. omnia comprehendunt. Cùmque ego juxta prædictam legem anno præterito 1617. ni fallor, Madriti protuliſſem ſententiam executivam contra quoſdam tertios poſſeſſores quorundam jurium (ſic vocamus Hiſpani cenſus impoſitos ſuper Regiis reditibus) Fiſco obligatorum in contractu conductionis Regiorum redituum, aut alio contractu ex iis, quos vocant *Aſsientos* (non enim ſatis recordor) & prędicta jura vendi juſsiſſem, interpoſita appellatione ad Conſilium Regii Patrimonii, ſolemniter diſcuſſus eſt articulus iſte, an executio contra tertios poſſeſſores locum haberet, coram toto Conſilio intervenientibus inſigni Viro Domino D. Ferdinando Carrillo, Præſide prædicti Conſilii, & Dominis Conſiliariis ſupremi Conſilii, tunc aſsiſtentibus in Conſilio Regii Patrimonii juxta ſolitum, digniſsimis D. Didaco de Ayala, & Doctore Antonio Bonal, cæteriſque Dominis de Conſilio, ſententiamque meam validiſsimè impugnaſſet Magnus Advocatus D. Didacus Gonzalez de Contreras, poſteà conſiliarius Senatus Indiarum, ac tandem Supremi Senatus Caſtellæ; eamque acerrimè defendiſſet nobilitate, litteris, & virtutibus excellens, integritateque notiſsimus D. Didacus de Corral, tunc Fiſcalis Regii Patrimonii, poſt in ſupremo Caſtellæ Senatu, & Regia Camera Conſiliarius, diverſis rationibus hinc inde congeſtis, juſſus ego, qui aderam, dicere, ſi quid mihi occurreret pro mea ſententia, breviſsimè me expedivi, dicens ad eam ſententiam proferendam me motum fuiſſe ex *d. l.* 27. *cap.* 11. quæ allegatio prædictis Dominis viſa eſt nova, quoniam erat recenter, & non multò ante editus Codex additionum ad Recopilationem, in quo prædicta lex continetur, & locus, ut videbatur, à nullo prædictorum Dominorum fuerat viſus, ac tandem mea illa ſententia fuit confirmata, & executioni mandata. Cùmque poſteà domi, quam ego frequentabam, incidiſſet ſermo de prædicta lite, & longa advocatione, juſsit mihi doctiſsimus, & illuſtriſsimus Præſes, ut oſtenderem legem, quam allegaveram, accepi librum; & eam oſtendi, & legi, qua audita dixit mihi locum eſſe inſignem, & textum illum apertiſsimè, manifeſtiſsimèque probare id, ad quod fuerat à me allegatus, vehementer miratus, legem illam non fuiſſe allegatam à Fiſcali; & tam inſedit memoriæ, ut poſt multos annos oblata occaſione in Conſilio Indiarum, cujus jam erat Præſes, verſus ad me, & colloquutus mecum, qui aderam: Recordaris, inquit, legis illius, quam allegaſti ad probandum, in obligatione Fiſcali executionem contra tertium locum habere, & ſententiæ, quam tulimus in Conſilio Regii Patrimonii? & ego annui inſigni viro.

7 Limita quinto, ſi in inſtrumento adjiciatur clauſula conſtituti, & præcarii, ut

la-

latè prosequitur Matienzo *in l. 1. tit. 17. lib. 5. Recop. gloss. 3. n. 7.* quæ fuit sententia Bartoli *in l. creditores 3. n. 25. vers. Sed pone, C. de pignor.* quem sequitur ibidem Salicet. *n. 25.* Tiraquel. latè *de jure constituti, 1. p. ex n. 43.* & Capicius *decis. 132. n. 8.* quamvis non ita clarè, Negusant. tamen *de pignoribus, 8. p. membr. 1. n. 17. vers. Quartò fallit,* tribuit effectum clausulæ præcarii, & constituti, ut procedatur contra tertium per hypothecariam, non facta excussione contra principalem debitorem, non tamen dicit via executiva, simili modo videntur loqui Salicetus, & Capicius, & sic hæc res eget maturiori deliberatione.

SUMMA DISPUTATIONIS XII.

1 *DE tertiis oppositoribus multi scripserunt, & qui tamen vix, & obviter attigerunt disputationem propositam.*

2 *Proponitur casus, de quo agitur.*

3 *Secundus creditor comparens in judicio post adjudicationem, aut possessionem bonorum debitoris potest agere contra possessorem via ordinaria, non executiva, quam tamen habet contra suum debitorem, & alia ejus bona si quæ habet.*

4 *Cùm debitor est idoneus ad solvendum omnibus suis creditoribus, unus creditor non impedit viam executivam alterius.*

5 *Cùm unus creditor se opponit executioni ab alio factæ, petens se præferri primo venienti, debet supersederi in via executiva, & agitur via ordinaria inter ipsos, donec examinetur, quis sit potior, & præferendus, si debitor non est idoneus.*

6 *Cùm uxor se opponit executioni factæ in bonis mariti per alios creditores, supersedetur in executione, & auditur via ordinaria.*

7 *Cùm duo creditores agunt contra unum debitorem, duæ sunt lites utriusque, alia est contra debitorem, & est executiva; alia est inter ipsos creditores, quis sit præferendus, & illa est ordinaria.*

8 *Cùm duæ causæ complicantur, alia inappellabilis, alia appellabilis, & super utraque pronuntiatur, tota sententia est appellabilis.*

9 *Creditoris posterius venientis ad judicium interest magis, debitoris bona in eodem statu conservari, quàm subjici incerto cautionis periculo.*

10 *Tertium oppositorem non impedire viam executivam, quorundam sententia.*

11 *Sententia lata pro primo litigatore, etiamsi superveniat tertius oppositor, executioni mandatur præstita cautione in casu succumbentiæ per eum, pro quo sententia lata est.*

12 *Concurrentibus duobus creditoribus super eodem pignore, non impeditur executio, sed pignus venditur emptori cum onere solvendi debitum anterius.*

13 *Explicatio* l. pen. ff. de petit. hæred. & l. is à quo, ff. de rei vendic.
Limitationes l. is à quo, *remissivè, ibid.*

14 *Explicatur* text. in l. à Divo Pio, §. sed & illud, versic. Quod si res, ff. de re judic.

15 *Cùm debitor est idoneus pluribus creditoribus concurrentibus dimittitur pignus primò captum controversum, & executio fit in alio.*

16 *Non impeditur executio facta, cùm oppositio est calumniosa facta ad finem differendi solutionem.*

17 *Si primus litigator non petit sibi solvi, sed pignora capta in causam judicati vendi, ut de pretio satisfiat potiori, non impeditur, neque retardatur executio venditionis.*

18 *Tertii oppositores sunt in triplici genere, alii coadjuvant actorem, alii reum, alii excludunt utrumque, in primo, & secundo genere admittuntur in terminis, in quibus causa reperitur: in tertio genere audiuntur ex integro.*

DISPUTATIO XII.

Utrùm executionem impediat tertius oppositor, qui habeat similiter contra reum viam executivam, dum contendit, se esse priorem, & potiorem, quàm ille, qui prius contra eundem reum executionem petierat, & obtinuerat?

1 DE Tertiis oppositoribus multi, multa scripserunt Doctores Legi-

giſtæ *in l. cùm idem, pen. ff. de petition. hæreditat. & in l. is à quo* 57. *ff. de rei vendicat. & in l. à Divo Pio XV. §. ſi ſuper rebus, & §. ſed & illud, verſic. Quod ſi res. ff. de rei judic.* Canoniſtæ *in cap. veniens* 38. *de teſtib. & in cap. cum ſuper* 17. *de re judic.* Covarruv. *in pract. cap.* 13. 14. 15. & 16. Trentacinq. *lib.* 2. *variar. tit. de judic. reſol.* 16. Mareſcot. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 121. Cancer. *var. reſolut. 2. p. cap.* 16. Gayl. *obſerv. pract. lib.* 1. *obſerv.* 70. 71. & 72. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *centur.* 1. *caſu* 18. Minſynger. *obſerv. centur.* 3. *obſerv.* 73. Tepatus *in compend. variar. tit.* 90. & *tit.* 278. *cap.* 9. Scaccia *de appellat. q.* 17. *limit.* 6. *memb.* 4. *ex n.* 51. Roland. *conſil.* 5. *volum.* 2. Felinus *in d. cap. veniens, n.* 7. *ex verſ. Tertia concluſio, & in d. cap. cùm ſuper, ex n.* 11. ubi tradit ſex limitationes ad text. *in d. l. is á quo, ff. de rei vendicat.* Barbola *in l. ſi alienam* 12. *ex n.* 16. & *in l. Titia* 35. *n.* 7. *verſ. Item & ſecundo, ff. ſolut. matrim.* Bernard. Diaz *regul.* 266. Dueñas *reg.* 274. Riccius, amicus noſter, *collect.* 1257. Benintend. *dec.* 75. Cacheran. *deciſ.* 38. Cavalcan. *dec.* 27. *n.* 37. 2. *p.* Joſeph. Ludov. *deciſ. Peruſ.* 26. Franch. *deciſ.* 261. & *deciſ.* 492. Cartar. *deciſ.* 52. Surdus *deciſ.* 335. Peguera *deciſ.* 7. & 67. 2. *p.* Caſtillo *dec.* 220. *lib.* 3. Valaſc. *conſult.* 55. Fabius de Anna *conſ.* 97. & 98. *lib.* 2. D. Franciſcus Merlinus Pignatellus, Collega, & amicus noſter, *controv. forenſ. cap.* 30. (Salgad. latiſsimè *de reg. protect. p.* 4. *cap.* 8. *ex n.* 56. Gizzarell. *dec.* 41.) Cùmque tam abundè materiam tractaverint, parum tamen de caſu propoſito, & non niſi obviter, & ut dicitur, per tranſennam dixerunt, & quid multi ex illis circa hanc rem ſenſerint, colligi non poteſt, etenim aut de opponentibus ſe liti, in qua agitur actione reali rei vendicationis pariter eandem rem petentes, quam ad ſe pertinere primi litigatores prætendebant, aut de iis oppoſitoribus, à quibus in judicium non vocatis poſſeſſæ res avocabantur, aut contra quos, & quorum bona ſententia, vel inſtrumentum, cùm in eis nominati non eſſent, executioni mandarentur, quærentes, in rebus alienis executionem fieri, tractarunt; hunc autem, quem propoſuimus diſputandum articulum, vix attingentes.

2 Igitur ut explicemus caſum, de quo in præſenti ſermo futurus eſt: Ponamus, Titium habere inſtrumentum guarentigium contra Sempronium, & eo coram Judice producto petiiſſe executionem contra Sempronii bona, captiſque pignoribus via executiva procedi: & vel ſtatim poſt capta pignora, vel ſubitò poſt obtentam ultimam ſententiam in via executiva, ſed ante illius executionem, & ante venditionem, vel addictionem pignorum creditori Titio factam, dationemque in ſolutum, comparere in judicio executivo, Cajum creditorem ſimiliter Sempronii ex alio inſtrumento guarentigio, vel ſententia in judicatum tranſacta, productoque contra Sempronium eundem communem debitorem inſtrumento, opponere ſe executioni pro Titio factæ, petendo ſe eidem Titio præferri quoad Sempronii bona, & de eorum pretio ſibi potius, quàm Titio ſolvi debere, qui executionem præoccupavit. Quæritur, quid juris, & an proceſſus Titii executivus impediatur per iſtam oppoſitionem Caji, ſuperſedendumqne ſit in exequendo, donec conſtet, quis ex duobus iſtis creditoribus ſit præferendus, & cui potius ſolvendum ex pretio venditionis bonorum Sempronii communis debitoris?

3 Dixi, *antè executionem ultimæ ſententiæ, aut decreti executivi, & venditionem bonorum debitoris, & pretii eorum converſionem in ſolvendo creditori primum venienti, aut eorundem bonorum adjudicationem, & inſolutum dationem, aut quæſitam eorum poſſeſſionem per primum creditorem comparere ſecundum.* Quoniam ſi poſt iſta facta, & abſoluta ſecundus creditor compareret, dicunt Practici, executionem nullo modo impediri, ſed creditori tardius venienti reliquam eſſe viam ordinariam contra poſſeſſorem bonorum ſui debitoris, aut agendi executivè contra eundem debitorem, & ejus bona, ſi quæ ſuperfuerint. Ita docet Gregor. Lopez *in l.* 11. *tit.* 14. *p.* 5. *gloſſ.* 1. Parlador. *lib.* 2. *rer. quotid. cap. fin.* 5. *p.* §. 10. *n.* 24. Paz *in prax. tom.* 1. 4. *p. cap.* 4. *n.* 2. Coſta *tract. de re integra, diſt.* 95. *n.* 2. *cum*

ſeqq. Volaño *in Curia Philippica*, 2.*p.* §. 26. *n.* 4. Giurba *deciſ.* 61. *ex n.* 3. Rodrig. *de execution. cap.* 8. *n.* 5. Avendañ. *de cenſib. cap.* 109. *ex n.* 6. Et probatur apertè ex textu *in l. à Divo Pio XV.* §. *ſi poſt addictum, ff. de re jud.* & ibi traditis à Doctoribus.

4 Hac in re in primis certum eſt, ubi reus eſt idoneus, & ſolvendo omnibus creditoribus agentibus contra ipſum via executiva, executionem non impediri, neque hoc caſu neceſſe eſt, opponi unum creditorem alteri, etenim neuter impedit alterum, ne exigat creditum à debitore communi, qui habet bona, ex quibus poſsit utrique ſatisfacere, atque adeò cùm non interſit unius, ne alius recuperet, unius recuperatio non obſtat recuperationi alterius. Ita adnotavit Paz *in praxi*, 1.*tom.* 4.*part. cap.* 4. *n.* 5. Hævia Bolaño *in Curia Philip.* 2.*p.* §. 26. *n.* 5. Villadiego *in Polit. cap.* 2. *n.* 129. & 131. Cacheran. *deciſ.* 65. *num.* 6. Imò verò addunt, hanc oppoſitionem eſſe manifeſtè calumnioſam, ac proinde non admittendam, neque ex ea retardandam executionem à primo creditore intentatam, & promotam. Si verò debitor idoneus non eſt, neque ſufficiunt ejus bona ad ſatisfaciendum omnibus creditoribus, tunc oppoſitio admittenda eſt, & cenſenda juſta, quoniam utriuſque creditoris intereſt, ne alteri ſolvatur, nam quod uni ſolvitur, alteri aufertur, & quod unus lucratur, alter amittit.

5 Sit igitur concluſio. Cùm unus creditor opponit ſe executioni per alterum factæ, utens actione perſonali, & hypothecaria ſibi competente, & petens ſe præferri in pretio redacto ex venditione bonorum debitoris; aut actione perſonali privilegiata; verb. grat. ſi uxor ſe opponeret executioni factæ in bonis mariti ob inſtantiam alterius creditoris; ſuperſedendum eſt in executione, in quocunque ſtatu ſit proceſſus executivus tempore oppoſitionis, qui ſilere debet interim, dum inter ipſos creditores agitur via ordinaria, & examinatur, quis ſit prior, & potior, & cui ſit prius ſatisfaciendum de bonis debitoris. Ita ſentit Bartol. *in l. à Divo Pio XV.* §. *ſi ſuper rebus, n.* 3. *ex verſ. Si verò ſit miſsio in alia re, ff. de re judic.* Abbas Panormit. *in cap. veniens* 38. *n.* 1. & *n.* 6. *de teſtib.* & *in cap. cùm ſuper* 17. *n.* 7. *de ſent.* & *re jud.* Paul. Caſtrenſ. *conſ.* 179. *in cauſa, quàm Magnificus, n.* 9. 1.*p.* Natta *conſ.* 300. *n.* 2. & *conſ.* 327. *n.* 1. *tom.* 2. & *conſ.* 552. *n.* 1. *tom.* 3. Gozadin. *conſ.* 103. *n.* 10. Gregor. Lopez *in l.* 11. *tit.* 14. *p.* 5. *gloſſ.* 1. *in princ.* Gratian. *regul.* 418. *limit.* 7. *n.* 8. Minſyngerius *ſingular. obſerv. centur.* 3. *obſerv.* 73. *n.* 7. & 8. Barboſa *in l. ſi alienam* 12. *n.* 20. *in fin. ff. ſolut. matrim.* Joſeph. Ludov. *deciſ. Peruſ.* 26. *n.* 16. Cancer. *variar. reſol. p.* 2. *cap.* 16. *n.* 62. & 63. Thuſc. *litter. C. concl.* 213. *n.* 38. & *litt. T. cunclu.* 86. *n.* 19. 23. & *ſeqq.* Paz *in praxi*, 1.*tom.* 4.*p. cap.* 4. *n.* 1. & 7. Scaccia *de commerciis*, §. 2. *gloſſ.* 5. *n.* 408. & §. 7. *gloſſ.* 5. *n.* 84. ubi dicit eſſe communem concluſionem, & ſervari in praxi, Volaño *in Curia Philipp.* 2.*p.* §. 25. *n.* 11. Frezza *de præſentat. inſtrumentorum, part.* 9. *q.* 11. Surdus *dec.* 335. *n.* 6. & 22. Bobadill. *lib.* 2. *Polit. cap.* 20. *n.* 50. Avend. *de cenſibus, cap.* 109. *ex n.* 1. ſignificat Anna *ſingul.* 28. *in fin.* ibi: *Et quia non allegavit anteriora jura.* De jure Caſtellæ probatur *in l.* 41. *tit.* 4. *lib.* 3. *Recop.* ubi Azeved. notat, & Gutierr. *in repet. l. nemo poteſt, n.* 391. *ff. de leg.* 1. Rodrig. *de execution. cap.* 8. *ex n.* 2. (Salgad. *de Reg. protect. p.* 4. *cap.* 8. *n.* 65.) alios allegavi *ſupra tit.* 2. *diſp.* 8. *n.* 10. ubi dixi Doctores Hiſpanos prædictam legem extendere ad omnia Tribunalia, & ſic uſu eſſe receptam, & *ibidem n.* 11. notavi diſcrimen inter jus commune, & jus Regium Caſtellæ.

6 In caſu autem, quo uxor ſe opponit executioni factæ per alios creditores in bonis mariti vergentis ad inopiam, petens ſe declarari eſſe præferendam, & tuendam quoad ſuam dotem, quòd ſuperſedendum ſit in executione, & uxorem via ordinaria audiendam, ſentiunt Bald. novellus *de dote, 7.p. privil.* 18. *n.* 2. *in fin. verſ. Si autem mulier vellet,* & *privil.* 24. *n.* 2. Neguſant. *de pignor.* 5.*p. membr.* 1. *ex n.* 29. Afflict. *deciſ.* 199. & ibi Addentes, Theſaur. *deciſ.* 207. Franch. *dec.* 54. Grammat. *dec.* 92. *ex num.* 17.

17. Cacheranus *decis.* 132. *n.* 12. Cartarius *decis.* 8. Giurba *dec.* 16. *& decis.* 61. *ex n.* 15. Gayl. *observ. pract. lib.* 2. *observ.* 92. Rebuff. *tom.* 2. *in Constit. Regi. tract. de constitution. reddituum, art.* 1. *gloss.* 14. *n.* 43. Cassanæus *in consuetud. Burgund. Rubr.* 4. §. 17. *verb. Parson mari, n.* 9. Stracca *de decoctoribus, 5. p. n.* 12. Joann. Vincent. de Anna *singul.* 598. Fabius de Anna *conf.* 63. *&* 69. Prosp. Petra ad Capicium *dec.* 41. *addit. ult.* Thesaur. *q. forens. lib.* 2. *q.* 65. *n.* 6. Maresc. *lib.* 2. *variar. resol. cap.* 121. *ex n.* 22. Paz *in prax.* 1. *tom.* 4. *p. cap.* 4. *n.* 4. Barbosa *in l. si constante* 25. *in princ. n.* 61. *ff. solut. matrim.* Rodriguez *de execution. cap.* 8. *ex n.* 10. Colerus *de proceff. execut.* 2. *p. cap.* 3. *ex n.* 264.

7 Hæc conclusio probatur primò efficaciter, quoniam cum creditor primò veniens in judicium agit via executiva contra debitorem, & post alius creditor supervenit movens contra debitorem eundem aliud judicium executivum, petens, simul se præferri creditori prius agenti, duæ diversæ lites considerari possunt, quæ sunt per unam, & eandem sententiam diffiniendæ. Prima est lis executiva contra debitorem, in qua unus creditor alteri par est. Secunda est lis inter creditores ipsos super prælatione: quæ non est lis executiva, unus enim creditor contra alterum executivè agere non potest, cum neuter habeat alterum obligatum. Ergo dum de hoc jure tractatur, cujus discussio præjudicialis est sententiæ ferendæ super executione, suspendenda est via executiva, & agendum ordinaria inter ipsos creditores, donec unus ostendat contra alterum jus prioritatis, & potioritatis, quod solet esse satis intricatum, cùm nonnunquam derivetur ex cessionibus aliorum creditorum, aut privilegiis, quæ consistunt in facto, & indigent probatione.

8 Confirmatur ex eo, quòd quando duæ causæ complicatæ sunt, quarum una appellationem admittit, & non est executiva, altera quia est executiva, appellationem non admittit, cùm super utraque pronuntiatur, tota sententia est appellabilis, & executio fieri nequit, etiam pro parte sui inappellabili, & executiva, ut docet Bald. *conf.* 141. *n.* 7. *vol.* 1. Contardus *in l. unic. limit.* 2. *n.* 45. *& limit.* 24. *ex n.* 1. *C. si de moment. possess.* Menoch. *de adipiscend. poss. remed.* 3. *n.* 287. *& de recuper. possess. remed.* 9. *n.* 321. Horatius Barbat. *super pragmat. de assistentia gloss.* 1. *n.* 50. Scaccia *de appellationib. q.* 17. *limit.* 6. *memb.* 9. *n.* 84. Giurba, qui plures refert *decis.* 101. *ex num.* 1. Ergo ratione complicationis istarum litium creditorum inter se, & cum debitore, processus executivus fiet ordinarius, & sententia alioqui executiva futura non erit executiva inter ipsos creditores.

9 Secundò, quoniam creditoris posterius Judicem adeuntis pro impetranda sui crediti satisfactione interest magis, debitoris bona conservari in eodem statu, ut tempore, quo vendantur possit de eorum pretio sibi satisfieri, quàm subjici incertæ cautionis periculo, si solveretur creditori prius venienti cum cautione de restituendo, *l. pupilli* 6. *ff. quod falso tut. author. l. cogi* 16. §. *idem quærit, & ibi gloss. verb. Cautionis, l. qui ita* 66. §. *etiam, ff. ad Trebell.* Aut enim creditor prius dimissus, & fidejussor ejus poterunt decedere, aut propter intervallum temporis non eandem fidem habebunt, *l. Carbonianum* 3. §. *causæ cognitio, versic. Finge esse testes, ff. de Carbonia. edict.* præsertim cùm pecunia facillimè expendatur, difficulterque recuperetur, bona autem judicialiter vendita vendantur libera. Ita fiet, ut postquam creditor tardius ad judicium veniens obtineat sententiam contra priorem dimissum, qua declaretur potior, non inveniat, ex quo sibi satisfiat, & opus erit novo judicio contra creditorem, qui pecuniam consumpserit, aut fidejussorem minus idoneum dederit, quod indicant quotidiana experimenta. Satius ergo erit, viam executivam suspendere, donec patefactis utriusque creditoris juribus Judex pronuntiet, cui prius, & de qua quantitate, cui verò posterius sit satisfaciendum de pretio bonorum debitoris existentium, quam jus litigatoris incerto cautionis committere, cum in mora modici

temporis parvum ſit præjudicium, aut damnum, *l. ſi debitori* 21. *ff. de judiciis.*

10 Contrariam tamen prædictæ concluſioni ſententiam, quinimò tertium oppoſitorem in judicio comparentem, & oſtendentem jura ſua contra debitorem, atque item contra creditorem, qui prius comparuit, aut ſit jus prioris hypothecæ, aut actio perſonalis privilegiata; non impedire viam executivam prius motam, ſed procedendum eſſe ad ſententiam, & venditionem bonorum, & ex eorum pretio ſatisfaciendum creditori prius accedenti ad judicium, devenientique ad ſententiam, oppoſitione non obſtante, præſtita tamen per prædictum creditorem cautione de indemnitate, aut reſtitutione creditori tardius venienti in caſu ſuccumbentiæ tuentur Thuſc. *litter. T. concl.* 86. *n.* 13. *& ex n.* 16. tametſi non poſsit colligi ſatis clarè ejus ſententia quoad præſentem articulum ob ea, quæ adjungit. Item Mareſcot. *lib.* 2. *var. reſol. cap.* 121. *n.* 3. qui tamen ibi non agit de creditore deducente in judicium actionem perſonalem, ſed realem. Clariùs ei ſententiæ adhærent Coſta *tract. de re integr. diſt.* 95. *n.* 6. *&* 8. Giurba *dec.* 61. *n.* 2. 6. *&* 7. *&* 18. Volaño *in Curia Philippica*, 2. *p.* §. 26. *n.* 9. Milanenſis *dec.* 12. *ex n.* 128. *lib.* Salgad. *d. cap.* 8. *n.* 66.

11 Probatur primò ex textu *in l. cum idem* 57. *ff. de petit. hæred. & in l. is à quo* 57. *ff. de rei vendicat.* ubi ſententia lata pro primo litigatore, etiamſi ſuperveniat tertius oppoſitor, executioni mandatur, præſtita cautione per eum, pro quo ſententia lata eſt, de reſtituendo ſecundo litigatori in caſu ſuccumbentiæ.

12 Secundò ex textu *in l. à Divo Pio* 15. §. *Sed & illud, verſ. Quod ſi res. ff. de re jud.* ubi concurrentibus duobus creditoribus ſuper eodem pignore, non impeditur executio, ſed pignus venditur emptori cum onere ſolvendi debitum anterius priori creditori, & reliquum pretium convertendi in rem judicatam. Cum quo textu de jure Caſtellæ convenit, *l.* 38. *tit.* 13. *p.* 5. & Paulus *in dict.* §. *Sed & illud*, *n.* 1. *verſ. Secunda limitatio.* Alexand. *n.* 2. *&* 4. Jaſon. *in princ.* dicunt, quæſtionem pignoris non retardare executionem. Conſentit Gregor. Lopez *in l.* 11. *tit.* 14. *p.* 5. *gloſſ.* 1. *in fin.* & Neguſant. *de pignor.* 6. *p. memb.* 1. *num.* 30.

13 Nihilominus non eſt recedendum à propoſita concluſione, quæ veriſsima eſt. Neque obſtant in contrarium adducta. Nam ad textus *in l. pen. ff. de petit. hæred. & in l. is à quo, ff. de rei vendic.* dicendum eſt, loqui de caſu diverſiſsimo, videlicet, quando agitur ad hæreditatem, vel rem aliquam ſingularem actione reali, aut, inquam petitionis hæreditatis, aut rei vendicationis, & tertius ſe opponit contendens, illas eaſdem res ad ſe pertinere, quibus caſibus primum judicium non retardatur, & qui prius devenit ad ſententiam, prius obtinet executionem, ſed præſtatur cautio tertio oppoſitori de reſtituendo illi in caſu victoriæ. Quæ cautio conſervat integrum jus oppoſitoris ſine ulla deterioratione, etenim rem poſſeſſam à reo primi judicii, ſi ipſe oppoſitor vincat, eodem modo poterit avocare à novo poſſeſſore, quo avocaret à primò: at in noſtro caſu cùm agatur actione perſonali ad obtinendam pecuniam à debitore, ſemel venditis bonis, ſi pecunia ex venditione redacta veniat ad manus primi litigantis, difficillimè poterit recuperari, cùm tam facilè poſsit expendi: quare jus tertii oppoſitoris multum læderetur, etiamſi cautio adhibeatur. Ideò ſecurius eſt, bona debitoris pignorata conſervàri, & differri eorum venditionem, quouſque Judex poſsit diffinire, cui prius, & quantum ſolvi debeat, cui poſterius, & inter iſtos caſus benè agnovit diſcrimen, Natta *conſ.* 327. *n.* 1. & Bart. *in d.* §. *Si ſuper rebus.* De limitationibus autem prædictæ, *l. is à quo*, vide Vincentium de Franchis *deciſ.* 261. *ex num.* 3. Afflictis *deciſ.* 15. *n.* 2. *&* *deciſ.* 235. & ante eos Felinum *in cap. veniens* 38. *ex n.* 8. *de teſtibus*, ſuperius commemoratum, *num.* 1. In quibus autem caſibus procedat, vide longam remiſsionem apud Anton. de Amato *reſolut. variar. lib.* 2. *reſol.* 99. *num.* 30. 31. *&* 32.

Ad

14 Ad ſecundum dicendum eſt, text. *in d. §. Sed & illud, verſ. Quòd ſi res, aut §. quòd ſi res*, & Doctores allegatos loqui de caſu, quo quis obtinuerat pro ſe ſententiam, & non erant bona debitoris, quæ poſſent capi in cauſam judicati præter pignus apud alium creditorem inventum, cum quo non erat controverſia ſuper proprietate, quia vel obtinens ſententiam cedebat tenenti pignus, aut nolebat contendere: eo caſu, ait Juriſconſultus, pignus eſſe vendendum cum onere ſatisfaciendi ei, apud quem pignus erat, quem videtur præſupponere potiorem eſſe, reliquum verò pretii in executionem judicati convertendum. Nos agimus de caſu longè diverſo, ſcilicèt *cùm tertius opoſitor agit contra creditorem* prius moventem judicium executivum, contendens ſe præferri debere, & ſua jura contra debitorem potiora eſſe. Tunc dicimus, in prima executione ſuperſedendum donec utriuſque creditoris jura examinentur, & diſcutiantur, & diffiniatur, quis ſit potior ex illis, & primò ſatisfaciendus.

15 Retenta igitur prædicta noſtra concluſione, eam limita primò, ſi debitor eſt idoneus, & ſolvendo utrique creditori, & habet plura bona, quàm capta in cauſam judicati in prima executione, tunc relinquenda ſunt pignora controverſa, & alia capienda, juxta text. *in d.l. à D. Pio, §. Sed & illud*, & ibi tradita à DD. cum quo textu de jure Caſtellæ convenit *l. 3. tit. 27. p. 3.* & ita faciendum eſſe notat Parlad. *lib. 2. rer. quotid. cap. fin. 5. p. §. 11. n. 60.* quo caſu non impeditur prima executio per oppoſitionem tertii, ut notavi *ſupra n. 4.*

16 Limita ſecundò, ſi oppoſitio iſtius tertii ſit calumnioſa, *ſolum eo fine facta*, ut retardetur executio; nam tunc non ſolum non impeditur executio prius facta, ſed neque admittenda oppoſitio, argumento *cap. ſuſcitata 6. de in integr. reſtit.* Hanc limitationem tradunt Jaſon. *in l. 4. §. Condemnatum, n. 11. ff. de re jud.* Covarr. *in pract. cap. 16. num. 2.* Avendañ. *de exeq. mandat. 1. p. cap. 16. n. 6.* Peguera *deciſ. 7. n. 22. 2. p.* Gail. *pract. obſervat. lib. 1. obſerv. 69. n. 5. & 6. & obſerv. 70. n. 20.* Mareſcot. *variar. reſol. lib. 2. cap. 121. n. 15.* Rodriguez *de execut. cap. 8. n. 2. verſic. Caterum*, Parladorius *ubi ſupra.*

17 Limita tertiò, ſi primus litigator non peteret ſibi ſolvi, ſed pignora in cauſam judicati capta vendi, ut de pretio ſatisfiat ei, qui potiora jura habuerit, auditis ſuper pretio tàm ipſo, quàm tertio oppoſitore, non enim debet impediri bonorum venditio à quocumque petatur, etiamſi alter contradicat. Nam cùm actus venditionis ſit omnibus utilis, qua fronte poterit recuſari, impediri, aut contradici? Hæc limitatio colligitur ex textu *in d. §. Sed & illud, in verſ. Quòd ſi res*, eamque tradunt Neguſant. *de pignorib. 6. p. membr. 1. n. 30.* poſt Bart. Alex. & Jaſ. *ibi* Joann. Faber. *in l. ſi eo tempore, n. 4. C. de remiſſ. pignor.* & Thuſc. *litt. C. concl. 1059. n. 4. & litt. E. concl. 489. n. 2.*

18 Illud pro coronide adjicio, juxta adnotata per Doctores tractantes de tertio oppoſitore, hos tertios oppoſitores eſſe in triplici genere: Primum eorum, qui veniunt ad litem ad coadjuvandum actorem. Secundum eorum, qui veniunt ad litem ad coadjuvandum reum. Tertium eorum, qui veniunt ad excludendum tàm actorem, quàm reum. In primo, & ſecundo genere regula eſt, iſtos tertios oppoſitores ita eſſe admittendos, ut aſſumant litem, & eam proſequantur in eodem ſtatu, in quo tempore oppoſitionis invenitur, & quo ab ipſis principalibus litigantibus ſuſtinebatur. In tertio verò oppoſitorum genere regula eſt, eos admitti debere ad cauſam agendam ab initio, ita quidem ac ſi ab aliis cœpta non eſſet, & non teneantur eam aſſumere in eo ſtatu, in quo erat inter primos duos litigatores tempore oppoſitionis, & cum ipſi ad litem accedunt. Adnotarunt Covarr. *in pract. cap. 13. in princ. cum ſeqq.* Barboſa *in l. ſi alienam 12. ex n. 16. verſic. Pro vera igitur reſolutione, & in l. Titia 35. ex num. 7. propè medium, ff. ſolut. matrim.* Gail. *obſerv. pract. lib. 1. obſerv. 70. & 71.* Fabius de Anna *conſ. 97. & 98.* Peguera *deciſ. 67. 2. p.* Cancer. *variar. reſol. 2. p. cap. 16. ex n. 1.* Igitur oppoſitor iſte, de quo

in

in hac disputatione actum est, pertinet ad tertium genus, nam venit contra reum debitorem, ut exigat sibi debitum: venit etiam excluſurus actorem, cùm contendat se illi præferendum esse: ac per consequens litem non tenebitur assumere in eo statu, quo tempore oppositionis invenietur, sed noviter cum illo agendum est dato novo termino, & processu denuò compilato.

SUMMA DISPUTATIONIS XIII.

1 *EX beneficio inventarii actiones hæredis contra defunctum, quæ alioqui confunderentur, non confunduntur, sed manent salvæ contra hæreditatem.*

2 *Proponitur difficultas, de qua tractatur.*

3 *Distinguuntur duo casus, primus est, si hæres se opponeret executioni factæ per alium creditorem contra defunctum tanquam reus.*

4 *Hæres opponens se executioni tanquam reus incontinenti debet probare exceptiones, quas allegat.*

Exceptiones postulantes altiorem indaginem non admittuntur in via executiva, ibi.

5 *Quod instrumentis probari potest, non debet hæres offerre se probaturum per testes.*

Præsumitur calumnia, & falsitas contra eum, qui quod potest probare instrumentis, vult probare per testes, ibi.

6 *Exceptione discussionis inventarii non probata solet provideri à Judice, ut executio fiat in bonis hæreditariis.*

7 *Secundus casus est, cùm hæres mavult se opponere tanquam actor, & tunc suspendenda est executio.*

Hoc casu datur curator hæreditati aditæ, cum quo agat hæres tanquam cum reo, ibi.

8 *Utilius est hæredi se opponere executioni factæ in bonis defuncti velut actorem, quàm se opponere velut reum.*

DISPUTATIO XIII.

Utrum executionem impediat hæres debitoris cum beneficio inventarii, qui se opponit exequutioni, tanquam creditor?

1 EX resolutione præcedentis disputationis colligenda est hujus resolutio, quæ à paucis tacta est. Pro quæ præsupponendum est, inter alia privilegia, & beneficia, quæ consequitur hæres ex confectione inventarii, illud esse præcipuum, & celeberrimum, ut actiones hæredis contra defunctum, quæ non confecto inventario, per additionem hæreditatis confunderentur, & extinguerentur, quia actio, & passio non essent in eodem subjecto compatibiles, neque possibile eundem sibi ipsi debere, *l. debitori 7. C. de pactis, & ibi gloss. verbo, confussa est*, quæ refert concordantes, Baldus *n. 2. & 3.* Angelus *n. 1.* Salic. *n. 2.* Fulgos. *n. 1.* Paul. *n. 3.* Alex. *n. 2. & 4.* Jaſ *n. 1. & 4.* Decius *n. 1. & 4. & ex n. 15.* Alciatus *n. 12. & ex n. 19.* Sicardus *in princ. & n. 1. cum seqq.* tamen confecto inventario actiones non confunduntur, sed hæredi adversus hæreditatem manent salvæ, ac si hæreditas addita non fuisset, *l. cum scimus, ultima, §. in computatione, versic. Si verò, C. de jure deliber.* notant omnes relati *ubi supra, & in dict. §. in computatione*, Rolandus *de inventario, 4. p. §. decima utilitas, in tract. variis de inventario, q. 170. ex n. 1.* Porcellinus *ibid. q. 5. n. 6. & 7.* Monticulus *q. 132. ex n. 11. & q. 134. ex n. 140.* Phanucius *q. 242. ex n. 13. & q. 244. ex n. 41. & n. 80. cum seqq.* Crassus *q. 264.* Spino *q. 273. n. 42. versic. Secunda est utilitas, quæ est gloſſa 35. ſpeculi testamentorum*, Valasco *consult. 52. n. 43.* Padilla *in l. cùm secundum, ex n. 12. & ex n. 24. C. de fideicomm.* Thesaurus *q forens. lib. 3. q. 44.* Riccius *collectan. 1462.* Marescotus *vatiar. resol. lib. 1. cap. 37. ex n. 1.* ubi an, & quo tempore defuncti hæres, & ejusdem creditor censendus sit sibi, de suo credito satisfeciſſe. De jure Castellæ est *l. 8. tit.*

tit. 6. p. 6. ubi Gregorius *gloss. 3.* Limitat tamen eam communem concluſionem Menchaca *de ſucceſſ. creat. lib. 1. §. 6. n. 46. verſic. Licet autem*, Meritiſsimus Regens Fabius Galleot. *controv. 5. lib. 2. ex n. 20.*

2 Ponamus igitur, iſtum hæredem cum beneficio inventarii conventum eſſe via executiva à creditore defuncti, & quoniam ipſemet hæres contra defunctum haberet inſtrumentum guarentigium, cujus actionem reſervavit immunem à confeſsione beneficium inventarii, velle ſe opponere executioni factæ in bonis defuncti per alium creditorem quemadmodum poſſet quilibet creditor extraneus, quo caſu, & fortè ſingulari dandus eſſet curator aditæ hæreditati, cum quo iſti duo creditores poſsint proſequi judicium adverſus hæreditatem, dubitatur hoc caſu, an ſit ſuſpendenda via executiva.

3 Exiſtimo, diſtinguendos eſſe duos caſus. Primus eſt, ſi iſte hæres cum beneficio inventarii opponeret ſe executioni, non tanquam actor, ſed tanquam reus, contendens, executionem locum non habere, quia facta in bonis hæredis propriis, non hæreditariis, & quia ipſe ultra vires hæreditatis non teneatur, omniaque bona hæreditaria ſint conſumpta in ſolvendis creditoribus aliis primò venientibus, & ſibi ipſi inter alios, ac per conſequens ſe non poſſe moleſtari, juxta textum *in d. l. cùm ſcimus, §. & ſi præfatam, & §. ſin verò creditores, C. de jure deliber.* Hoc caſu ſi hæres hæc, quæ allegaret, probaret incontinenti, oſtenſo inventario ſolemni, & inſtrumentis ſolutionum aliis creditoribus factarum, abſolvendus eſſet ab executione, cùm juxta dicta *ſupra diſp. 9. n. 13.* hæres cum beneficio inventarii non teneatur ultra vires hæreditatis.

4 Dixi, *incontinenti probaret quæ allegat*, quoniam non ſatis eſt allegare exceptionem, niſi probet, ut dixi *ſupra d. diſput. 9. n. 14.* Addidi, in continenti, quia cauſa executiua ſummaria eſt, habetque breves dilationes, intra quas exceptiones objectæ probari debent, quod ſi probari non poſsint, quia altiorem indaginem requirant, aut poſtulent longiores dilationes, quàm ſuſtineat via executiva, in ea admittendæ non ſunt, *l. in hac actione 3. §. ibid. ff. ad exhibend. l. ſi quis 11.* & *ibi* Bart. *n. 3. C. depoſiti*, idem Bart. *in l. 4. §. condemnatum, n. 2. & 3.* Alex. *n. 4. & 5.* Jaſon *n. & ſeqq. ff. de re jud.* Antonius de Canario *de execut. inſtrument. q. 5. n. 14.* Parlador. *lib. 2. rerum quotid. cap. fin. 5. p. §. 11. n. 40.*

5 Dixi item, *oſtenſo inventario, inſtrumentis ſolutionum*, nam non debet offerre hæres ſe probaturum iſta per teſtes, quia adverſus eum, qui vult teſtibus probare, quod poteſt probare inſtrumentis, præſumitur calumnia, & falſitas, Bellamera *deciſ. 610. n. 1.* Craveta *conſ. 134. n. 30. & conſ. 178. n. 5. vol. 1. & conſ. 814. n. 6. & 7. vol. 5.* Curtius Junior *conſ. 64. n. 3. vol. 1.* Menoch. *conſ. 207. num. 37. lib. 3. & de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 20. n. 22.* Thuſcus *littera P. concluſ. 772. n. 2.*

6 Quod ſi non oſtenderit, omnia bona hæreditaria eſſe conſumpta, exceptio non proderit, quoniam interloqui ſolet Judex, *executio fiat in bonis hæreditariis*, & ſic in bonis hæreditariis procedet, & peragetur executio, exceptione oppoſita non obſtante. Si verò in cauſam judicati capta eſſent pignora, non contenta in inventario ſolemniter facto, & hæredis propria, relinquenda ſunt, & non procedetur ad eorum venditionem, niſi creditor probaret, alia bona hæreditaria ejuſdem, vel majoris valoris ab hærede fuiſſe in proprios uſus conſumpta. Hæc juxta jus commune, & Regium Neapolitanum. De jure Caſtellę omnes iſtæ probationes faciendæ ſunt intra decendium indultum litigantibus via executiva, de quo loquuti ſumus *ſupra hoc eod. tit. 3. diſput. 1. n. 19.* alioqui executio, & venditio bonorum perficietur.

7 Secundus caſus eſt, ſi hæres, qui poteſt ut reus ſe defendere, mallit aſſumere partes actoris, & opponere ſe executioni factæ in bonis defuncti, per alium creditorem, virtute actionis ſibi competentis, non confuſæ, ſed reſervatæ ſibi beneficio inventarii, quemadmodum poſſet ſe opponere, ſi viveret defunctus, & alter creditor

ad-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

adversus illum viam executivam intentasset. Et dicendum est, si hæres cum beneficio inventarii se opponat, ut creditor executioni factæ in bonis hæreditariis per alium creditorem, dato curatore hæreditati, cum quo agatur, executionem esse suspendendam, eodem prorsus modo, quo fieret, si viveret defunctus, & duo creditores agentes contra ipsum via executiva contenderent de prælatione. Probatur ex textu *in prædicta l. scimus, §. in comput. versic. Si verò, aut §. si verò, C. de jure deliber.* cujus verba sunt: *Si verò & ipse* (scilicet hæres) *contra defunctum aliquas habeat actiones, non eæ confundantur, sed similem cum aliis creditoribus, per omnia habeat fortunam, temporis tamen prærogativa inter creditores servanda.* At alii creditores possent se opponere executionibus factis in bonis defuncti, & suspendere viam executivam, ut dictum est *disput. præced.* Ergò id similiter potest facere hæres, qui ex beneficio inventarii fungitur vice duarum personarum, debitoris nempè, & creditoris. Hæc resolutio colligitur ex traditis à Marescoto *variar. resol. lib. 1. cap. 37. & lib. 2. cap. 121. n. 25. & 26.* Surdo *decis. 92. n. 7. & cons. 7. ex n. 31. lib. 1.* Phanucio *de inventario, p. 5. n. 19* ubi multos refert, quamvis eam non clarè amplectantur.

8 Ex prædictis infertur, multò utilius esse hæredi, opponere se executioni isto secundo modo, tanquam actorem, quàm primo modo, tanquam reum; nam si opponat se primo modo, non faciet cessare viam executivam, imò verò arctabit se termino summario viæ executivæ, intra quem si non probaverit exceptiones allegatas, succumbet. At si se opponat tanquam actor, faciet suspendere viam executivam, & habebit latiorem dilationem, qua possit probare sibi incumbentia, juxta propositam actionem. Id tamen ita servari poterit, dum absit omnis calumnia, & non recedatur à limitationibus traditis *præced. disput.*

SUMMA DISPUTATIONIS XIV.

1 *Fas est creditori volenti suum recuperare agere executivè coram diversis Judicibus, & diversis processibus.*
In executivis non datur instantia, neque invenitur litis pendentia, ibidem.

2 *Creditor, qui cùm posset agere via executiva adversus suum debitorem elegit agere via ordinaria, non potest recedere à via ordinaria cœpta, & ingredi executivam.*

3 *Quod solemniter inchoatur, solemniter est per sententiam finiendum.*

4 *Qui habet duas vias, & unam eligit, illi sibi patere debet.*

5 *Contrariam sententiam; quia amplectantur.*

6 *Non potest actori invito reo à causa desistere.*

7 *Cùm reus prævenit actorem contendens, competere sibi exceptionem adversus executionem quam timet, non potest impedire viam executivam.*
Non potest alteri per alterum iniqua conditio inferri, ibidem.

8 *Reo contendente coram Ecclesiastico Judice, contractum esse usurarium, non potest impediri executio ejusdem contractus facta coram sæculari.*

9 *Contraria quorundam sententia rejicienda est.*

10 *Reo, qui per prævention̄em agit opponente exceptionem, quæ oriatur ex instrumento exequibili, executio impeditur.*

11 *Jure Neapolitano debitor utens prævention̄e impedit executionem.*

12 *Prævention̄ tamen debet fieri solemniter, servata forma* pragmat. unicæ, de prævention̄e moderanda.

13 *Cautio requisita in prævention̄e præstanda est pro forma, etiamsi à creditore non petatur.*

14 *Contraria sententia rejicitur.*
Cùm lex requirit aliquid pro forma, etiamsi à parte non petatur, adhiberi debet, ibid.

15 *Si renunciatur prævention̄i tempore contractus, prævention̄ non juvat.*

16 *Etiam si impetratur absolutio juramenti.*
Absolutio à juramento non tollit validitatem contractus jurati, ibidem.

Præ-

17 *Præventio facta tempore, quo venit, & cessit dies solutionis, non operatur suspensionem executionis.*

18 *Præventio facta eo die, quo petitur executio, non impedit executionem.*

19 *Præventio ut habeat effectum debet fieri in Magna Curia Vicariæ.*

20 Rovitus 190. *est abrogatus, & non est in usu.*

21 *Præventio an solùm in prima instantia suspendat liquidationem instrumenti, & quomodo sit intelligendum.*

DISPUTATIO XIV.

Utrùm executionem impediat exceptio litis pendentiæ in via ordinaria?

1 SUpra *tit.* 2. *disp.* 2. *n.* 16. dixi, fas esse creditori volenti suum recuperare, agere adversus debitorem apud diversos Judices, & per diversos processus executivos, adhibitisque diversis remediis, quo sibi debitum consequatur. In qua rem congessi plurimos Doctores, est enim ea doctrina communis, & ab omnibus ferè approbata, ex qua consequens est, ut non obstet viæ executivę exceptio litis pendentis executivæ, cùm duæ viæ executivæ sint compatibiles, (notat Salgado *de Regia protect. p.* 4. *cap.* 7. *n.* 171.) Quod ex eo etiam comprobatur, quod in causis executivis, in quibus non agitur actione in factum, sed imploratur officium Judicis, & agitur summariè, non datur instantia, Canarius *de execut. instrument. q.* 33. *n.* 71. Afflictis *decis.* 346. *ex n.* 1. *& n.* 12. Surdus *consil.* 542. *ex n.* 11. Marta *de jurisdict.* 4. *p. casu* 177. *n.* 8. *cum seqq.* & per consequens non datur in executivis propriè litis pendentia, Gratianus *discept. forens. tom.* 1. *cap.* 118. *n.* 44. Dubium igitur præsens est, an cùm agitur via ordinaria, sive per creditorem, sive per debitorem, si velit creditor postea agere via executiva, obstet ei exceptio litis pendentiæ, & sic cogendus sit à via executiva recedere.

2 In qua difficultate duo diversi casus distinguendi sunt. Primus est, quando idem creditor, qui elegit agere contra suum debitorem via ordinaria, cùm posset agere executiva, pœnitentia ductus vult relicta via ordinaria regredi ad viam executivam. In quo dicendum est, non posse creditorem, qui viam ordinariam elegit, ut ageret contra debitorem relicta via ordinaria cœpta redire ad viam executivam, & si id faciat, posse debitorem jure objicere illi exceptionem litis pendentiæ in via ordinaria, qua impediet viam executivam. Ita sentiunt Rodericus Suarez *in l. post rem, notabil.* 3. *n.* 2. & ad eum locum Valdès *ff. de re judicat.* Maranta *in prax.* 6. *p. tit. de instrument. productione, seu actu* 8. *n.* 31. *& post praxim, disp.* 6. *n.* 24. Marcus Salon de Paz *cons.* 39. *n.* 7. qui plurimos allegat, Avilès *in cap.* 10. *Prætorum, verb. Execucion, n.* 27. Menesius *in l. si quis major.* 41. *n.* 71. *C. de transact.* Parlador. *rer. quotid. lib.* 2. *cap. fin.* 5. *p.* §. 11. *n.* 20. Cavalcan. *decis.* 1. *n.* 16. 1. *p.* Rota Romana *diversorum, decis.* 790. *n.* 1. 4. *part.* Monterus *decis.* 22. Mastrillus *decis.* 157. Giurba *decis.* 74. *n.* 11. *& dec.* 100. *n.* 52. & 53. Azevedus *in l.* 1. *n.* 144. ubi variis modis limitat, *& in l.* 5. *n.* 31. *tit.* 21. *lib.* 4. *Recop.* Gutierr. *lib.* 5. *practic. q.* 39. *n.* 5. qui tamen statuit septem limitationes, Molina *in annotationib. ad suos libros de primogen. n.* 16. Gonzalez *in regul.* 8. *Cancellariæ, gloss.* 6. *ex n.* 191. Cæsar de Grassis *dec.* 191. *n.* 2. *alioqui* 2. *de sentent. excommunicat.* Riccius *decis.* 179. *ex n.* 5. 2. *p.* Valenzuela *cons.* 49. *ex n.* 11. *& propriè n.* 15. *& 16.* Avendañ. *in l.* 45. *Tauri, gloss.* 7. *n.* 8. Gregor. Lopez *in l.* 19. *tit.* 22. *p.* 3. *gloss.* 18. Sessè *de inhibitionibus, cap.* 2. §. 3. *n.* 47. Grassis *de exceptionib. in præludio, n.* 64. Maresc. *variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 38. *ex n.* 4. Farinac. *decis.* 366. *n.* 3. *in criminalib.* Scaccia *de judiciis, lib.* 1. *cap.* 62. *n.* 33. *& cap.* 76. *n.* 9. *& de appellationib. q.* 17. *limit.* 9. *ex n.* 45. ubi dicit, ita tenere communiter omnes, Cancer. *variar. resolut. p.* 1. *cap.* 17. *ex n.* 34. *&* 35. Anton. Massa Gallesius *ad formulam cameral. obligat. ad tertiam particulam, q.* 2. *alias q.* 11. *ex n.* 4. Marta *de jurisdict.* 4. *p. centur.* 2. *q.* 177. *ex n.* 1. Freza *de præsent. instru-*

mentor.p. 9.q.9. per tot. & n. 20. idem Riccius *collect.* 152. (Salgado *de Regia protect. p.4. dict.cap.7. n.* 172.) Colerus *de processibus executiv. 3.p. cap.* 5. *ex n.* 34. qui latè probat, & optimè tractat. Facit pro hac parte quod tradit Negusant. *de pignor. 4.p. n.* 25. *probatur primò ex textu in Auth. qui semel, C. quomod. & quando Judex, & cap. causam 3. de dolo, & contumacia*, ubi qui litem inchoavit, tenetur eam terminare, & non potest ab ea desistere invito collitigante, nè sit in potestate creditoris judicium semel cœptum illudere, id enim ei permitti non debet, *l. si quis rem* 30. *ff. de recept.arbitr. l.si Prætor jusserit* 75. ibi: *Alioquin lusoria erunt hujusmodi edicta, & decreta Prætorum, ff. de judiciis*, & non debet calcari Judicis authoritas, aut processus, ut ait Bald. *in l.qui crimen 3. n.*14. *C. de iis, qui accus. non poss.*

3 Secundo, quia quod solemniter inchoatur, solemniter est per sententiam finiendum, ut docuit Glossa celebris *in l. proinde* 25. *§. notandum, verb. Æstimandæ in fin. ff. ad l. Aquil.* quam notat, & sequitur Francisc. Curt. *in additione ad Alexand. in l. vinum* 22. *n.*22. *ad verb. Fallit, ff. si certum petat.* Ergo via ordinaria semel inchoata, per sententiam ordinariam est finienda.

4 Tertio, quoniam qui habet duas vias, & ex illis unam eligit, illa sibi patere debet, etenim alteri videtur renuntiare, *l. si mulier* 21. *§.ult. in fine, ff. quod metus causa, l. si creditores hæreditarii* 5. ibi: *Sed ei, quod semel postulaverunt, stare debent, ff. de separationib. l.cujus bonis 9. ff. de curatoribus furiosis, & aliis.* Faciunt tradita ab Anton. Gabriele *lib.2. commun.tit.de actionib. concl.* 2. præsertim *n.* 10. Ergo, qui cùm posset agere via executiva, eligit ordinariam, executivæ videtur renuntiasse, & procedere debet ordinaria, quam sibi patere voluit, non regredi ad executivam, quam sibi occlusit.

5 Contrariam sententiam, quinimò etiamsi creditor elegerit agere contra suum debitorem via ordinaria, & cœperit illa agere, posse illum regredi ad executivam, si tamen reo reficiat expensas litis ordinariæ, & illi agenti via executiva non obstare exceptionem litis pendentiæ, tuentur Paz *in prax. 1. tom. 4.p. cap.2. n.2. & cap.3. n.*31. Rebuff. *tom.1. in Constit. Regi tractat. de litteris obligatoriis, art.6. gloss.3. n.*7. Parlador. sibi non constans, *dict. cap. fin. 1.p.§.4. n.*4. ubi tamen agens de confessione rei post datum libellum, & judicium cœptum via ordinaria, ait, posse executioni mandari, Felicianus *de censib. tom. 1. lib.3. cap.2. n.*9. Gutierr. *lib.3. practic. q.39. inter limitationes, n.*7. Rodriguez *de executione, cap.6.n.2. versic. In posteriori verò*, Paz *de tenuta, cap.* 22. *ex n.* 6. Volaño *in Curia Philipp. 2.p. §. 1. ex n.*2. Villadiego *in Politica, cap.2. n.*21.

6 Nihilominus non est recedendum à prædicta resolutione; si enim hæc posterior sententia vera esset, sequeretur inde, posse quemcunque litigatorem, qui cœpit agere, refectis reo expensis à lite desistere, & invito reo, postquam ipse in judicio comparuit, renuntiare instantiæ, non enim est excogitabilis ratio disparitatis. At invito reo actorem non posse à causa desistere, probant text. *in l. ubi acceptum* 31. *ff. de judiciis, & in d. Auth. qui semel, C. quomodo, & quando Judex*, & docent Abbas Panormitan. *in cap. ex tenore* 16. *de rescript. n.*2. Antonius de Butrio, *n.*2. Felinus *n.*1. Decius *n.*1. & 6. Jason *in l. nulli* 10. *n.*1. & 3. *C. de judiciis, & clarius in l. post quam liti* 4. *n.*9. *C. de pact.* Alexand. *ibid. n.* 3. Paulus *n.*1. Sicardus *n.* 26. & 27. Neque obstant, quæ pro posteriori sententia considerant, Paz, Felicianus, & Rodriguez, nam illis omnibus satisfacit latè, & benè Colerus *ubi supra.*

7 Secundus casus est, cùm reus timens, ne conveniatur à suo creditore via executiva, prævenit creditorem agens via ordinaria, & contendens sibi competere exceptionem aliquam adversus instrumentum executivum, vel sententiam obtinentem vim rei judicatæ, petit, sic declarari à Judice, quod facere potest, *l. si contendat* 29. *& ibi Glossa*, & Doctores *ff. de fidejussor.* Anton. Gomez *tom.3. variar. cap.1. n.*20.

Paz

Paz *in prax. tom. 3. cap. 9. §. 2.* Avendañ. *in l. 4. & 5. tit. De las excepciones, n. 50. in fine, verſic. Et nota,* Cartarius *deciſ. 20. ex n. 1.* In hoc caſu dicendum eſt, non impediri viam executivam poſteà intentatam à creditore; ſed eſſe proſequendam contra debitorem, exceptione litis pendentiæ non obſtante. Ita ſentiunt Bald. *conſ. 261. primo quæritur, ex n. 1. volum. 1.* Angelus *in l. 4. §. condemnatum, n. 4. ff. de re judic.* Afflictis *deciſ. 30. & dec. 31.* Molina *in annotationibus ad ſuos lib. de primog. n. 16. verſic. Quibus adjicitur,* Canarius *de executione inſtrument. q. 51. n. 90. in princ.* Azeved. *in l. 1. n. 142. & 143. tit. 21. lib. 4. Recop.* Parlador. *lib. 2. rer. quotid. cap. fin. 5. p. §. 11. ex n. 22.* Giurba *deciſ. 100. ex n. 3.* Cartarius *deciſ. 2. ex n. 3. & dec. 113.* Cancer. *variar. reſolut. 2. p. cap. 3. ex n. 19.* Graſsis *de exceptionib. in prælud. ex n. 56.* Probatur, quoniam non debet eſſe in poteſtate debitoris fraudare creditorem, auferreque illi viam executivam quæſitam ex inſtrumento ſui contractus, interveniente ejuſdem debitoris conſenſu, & voluntate, hanc enim fraudem jura non permittunt, *l. nè in poteſtate 31. l. ſi quis rem 35. ff. de recept. arbit. cap. ult. de reſcriptis.* Neque debet alteri, per alterum iniqua conditio inferri, *l. non debet 74. ff. de reg. jur.* Barboſa *axiomate 22.* præſertim contra fidem contractus, aut authoritatem ſententiæ.

8 Amplia prædictam reſolutionem, ut etiamſi lis ordinaria à debitore ſuſcitata pendeat coram alio Judice, ut ſi reus coram Eccleſiaſtico Judice prætenderet, contractum eſſe uſurarium, nihilominus non ſit ſuſpendenda, aut retardanda via executiva mota à creditore coram ſæculari, ob exceptionem litis pendentiæ coram Eccleſiaſtico. Ita ſentit Angelus *in d. §. condemnatum, n. 4.* Ripa *n. 29.* Roderic. Suarez *in l. poſt rem, ff. de re judicat. in declarat. legis Regni, q. 5. n. 15.* Afflictis *d. deciſ. 30.* Parlad. *ubi ſupra, n. 23.* Avendañ. *in l. 4. & 5. tit. De las excepciones, n. 31. verſic. Quartò fallit, in fin.* Barzius *de guarentigia, 3. p. q. 22.* Canarius *de execut. inſtrum. q. 52. n. 91.* Rebuffus *tom. 1. in Conſtit. Regi, tract. de litteris obligatorum art. 2. gloſſ. unic. n. 22.* Maſcard. *de probationib. volum. 2. concl. 687. exceptio nullitatis, n. 13.* Giurba *d. deciſ. 100. n. 7.* Gratian. *diſcept. forenſ. volum. 1. cap. 118. n. 43.* Graſsis *de exception. in prælud. n. 60.* Rodriguez *de executione, cap. 6. n. 21.* Quæ ampliatio probatur eadem ratione, qua ſuperior reſolutio.

9 Ex quo venit rejicienda eorum ſententia, qui contra hanc ampliationem crediderunt, objecta à debitore exceptione litis pendentię coram Eccleſiaſtico ſuper injuſtitia contractus, contendente illo eſſe uſurarium, & illicitum, ſuperſedendum eſſe coram laico proceſſum executivum factum virtute inſtrumenti à creditore. Inter quos ſunt Franciſcus Marcus *deciſ. 44. n. 4. 1. p.* Vivius *deciſ. 304. n. 1.* Maſtrillus *dec. 157. ex n. 6. & in ſpecie n. 41.* Gutierrez *de juramento confirmat. 1. p. cap. 2. ex n. 11.* nituntur enim falſis fundamentis, & invalidis.

10 Limita tamen primò hujus caſus reſolutionem, ſi exceptio, quam opponit debitor coram Judice, antequam contra eum petatur executio, contineatur in ipſo inſtrumento exequendo, vel conſtet ex illo: nam eo caſu non poterit creditor petere poſtea executionem ejuſdem inſtrumenti, ſed ſuperſedendum erit in exequendo. Ita ſentit Canarius *de execut. inſtrument. q. 51. n. 90. in fin.* Cartarius *dec. 20. ex n. 14.* Ratio eſt, quia cùm exceptio continetur in inſtrumento, vel ex eo conſtat, non minus eſt guarentigiata exceptio, quàm actio, nec minus meretur executionem, ut docuit Baldus *in l. ex iis prædiis 5. n. 1. C. de eviction. argum. l. eum, qui ita 56. §. qui ita, el 1. ff. de verbor. obligat.* Anton. de Canario *de execut. inſtrum. q. 26. n. 56. 57. & 58.* Seraphinus *de privileg. jurament. privil. 77. n. 31. verſ. Decimoquinto, & ultimo,* Cartarius *dec. 20. n. 15.* Parlador. *lib. 2. rer. quotid. cap. fin. 5. p. §. 11. n. 26. & 27.* Ergo quemadmodum inſtrumentum executioni mandatur pro actore contra reum, ita debet mandari pro reo contra actorem. Ac proinde quando poſt judicium debitoris creditor vult, inſtrumentum executioni mandari contra ipſum, non erit locus executioni.

11 Limita ſecundo, attento jure Neapolitano, juxta quod debitor veritus, ne creditor utatur contra ipſum via executiva virtute inſtrumenti, poteſt illum prævenire, allegans, contractum inſtrumento contentum eſſe uſurarium, vel nullum, aut reſcindendum ob illatam vim, vel metum, vel ob enormem læſionem, aut ſe ſatisfeciſſe. Quæ prævention e facta non poterit creditur poſteà procedere via executiva contra debitorem, niſi finito primum judicio prævention is. Ita ſtatuitur *in Ritu* 168. *Ritu* 189. *Ritu* 190. & notat Caravita *in d. Ritu* 168. *ante n.* 1. *verſic. Secundo nota, & ad Rit.* 186. *in princ. ad Rit.* 189. *ex n.* 3. *& ad Rit.* 190. *per tot.* Anibal Troiſius *ad eoſd. Ritus*, & Franciſcus Scaglionus *ad Rit.* 166. *ex n.* 59. Muſcatell. *in prax. lib.* 2. *p.* 1. *gloſſa in forma, ex n.* 78. *& in practica fidejuſſoria*, 2. *p. q.* 8. *ex n.* 5. Franciſcus Anton. *de judice*, Roberto *de liquidat. inſtrument. conſid.* 4. *ex n.* 58. Bernard. Pandus *de præſentat. & execut. inſtrum.* 4. *p. declarat.* 19. *ex n.* 110. Eruditiſsimus amicus noſter Aloiſius Riccius *collect.* 460. Galterius *in practica inſtrument.* 3. *p.* 2. *princip. Rubr.* 2. *n.* 2.

12 Sublimita primò dictam ſecundam limitationem, ut niſi prævention fiat ſolemniter præſtita fidejuſsione de ſolvendo debitum, & pœnam decem unciarum, in caſu ſuccumbentiæ in cauſa prævention is, non poſsit ipſa prævention impedire viam executivam creditoris, neque ullum habitura ſit effectum. Ita ſtatuitur *in pragmat. Malitiis litigantium, unica, de præventione moderanda*, ubi notat Rovitus *ex n.* 1. Afflictis *dec.* 137. Maranta *conſ.* 31. Muſcatell. *ubi ſupra*, Riccius *de collectan.* 460. Vivius *deciſ.* 204. *ex n.* 1. Caravita *ad Rit.* 189. *ex n.* 4. Galterius *in pract. inſtrum.* 3. *p.* 2. *principalis, Rubr.* 2. *n.* 10. Novarius *ad pragmat. Regni Neapolit. collect.* 193. *in princ.*

13 Amplia ſublimitationem, ut iſta fidejuſsio requiratur pro forma prævention is, & ſit præſtanda, etiamſi à creditore non petatur. Hanc ampliationem probant verba prędictæ pragmaticæ unicæ, ubi verbum, *Niſi*, quod importat conditionem, arguit fidejuſsionem requiri pro forma, ut pluribus proſequitur Caravita *in pragm.* 5. *§. ad S. C. Macedonianum, §.* 10. *ex n.* 4. ubi multos allegat, & ſentiunt idem Caravita *in d. Ritu* 189. *n.* 6. *&* 7. Maranta *conſ.* 31. Freza *de præſentat. inſtrument. p.* 9. *q.* 3. *ex n.* 12. Franciſc. Anton. *de jud.* Roberto *de liquidat. inſtrum. d. conſid.* 4. *n.* 59. Galterius *in practica inſtrum.* 3. *p.* 2. *princip. Rubr.* 2. *ex n.* 13. Rovitus *in d. pragmat. unic. num.* 4. *de prævent. moder.* in ſimili tradit Surdus *dec.* 57. *n.* 4. *ex verſ. Magis tamen.*

14 Quare improbanda eſt eorum ſententia, qui crediderunt, prædictam fidejuſsionem non debere præſtari, niſi petatur, inter quos ſunt Troiſius *in d. pragmat. unic. n.* 4. *de prævent. moder.* Bernard. Pandus *de præſentat. inſtrum.* 4. *p. n.* 118. & in ſimili Giurba *deciſ.* 103. *n.* 13. Quamvis enim veriſsimum ſit id, quod nos etiam probavimus *priore tom. tit.* 1. *diſp.* 2. *q.* 7. *ſect.* 1. *n.* 797. cum multis allegatis, & tradit Franch. *dec.* 487. *n.* 9. poſt multos, requiri petitionem, ut effectum habeat, quod lex fieri præcipit, id tamen locum non habet, quoties lex requirit aliquid pro forma; tunc enim ille, qui ex actu ſe juvare vult, debet legis formam obſervare, etiamſi pars adverſa nihil petat, alioqui non conſequuturus legis beneficium ex actu invalido, & nullo.

15 Secundò ſublimita dictam ſecundam limitationem, ſi fuerit renuntiatum prævention i tempore contractus; nam tunc prævention ſubſequuta non operabitur. Ita Caravita *ad Rit.* 168. *n.* 1. Freza *de præſentat. inſtrum.* 9. *p. q.* 1. *ex n.* 35. Franch. *deciſ.* 670. *n.* 3. Urſill. ad Afflict. *deciſ.* 387. *n.* 2. Galter. *in pract. inſtrument.* 3. *p.* 2. *princ. Rubric.* 2. *n.* 26. Novar. *ad pragmat. Regn. Neapolit. collect.* 193. *n.* 2. *in fin.* Et ex eo probatur, quòd quilibet poteſt juri in favorem ſuum introducto renuntiare, *l. ſi quis in conſcribendo* 29. *C. de pact.*

16 Amplia iſtam ſecundam ſublimitationem, ut procedat, etiamſi impetretur abſolutio, ſeu relaxatio juramenti adhibiti in contractu, in quo fuerit adjecta renuntiatio prævention is; nam nihilominus renuntiatio ſuas vires non amittit, & prodeſt cre-

creditori ad petendam executionem ex inſtrumento,prævention̄e non obſtante. Ita ſentit,& deciſum refert Franchis *dec.* 670. & ad eam notat Riccius, *& collectan.* 152. *&* 460. Ant.Gagliardus *tract.de abſolutione à juramento*,§.3. *ex n.* 38.*ad* 46.Carraba *ſingul.* 86. Galterius *ubi ſupra n.*27. *&* 28. Novarius *in d.collectan.* 193. *n.*3. Ratio eſt, quia adhuc impetrata abſolutione à juramento adhibito in contractu,per juramentum confirmato,contractus ipſe ſuas vires non amittit,neque pacta illi adjacentia, ſed ex illo manet creditori jus integrum. Abſolutio enim, ſeu relaxatio juramenti ſolum operatur,ut poſsit abſque perjurio agere, qui juramento fuerat obſtrictus ad non agendum, quoniam juramenti abſolutio ſolum impetratur ad effectum agendi. Explicat optimè Gagliardus *ubi ſupr.* Theſaur.*dec.* 165.*n.*9.*dixi priore tom. tit.* 1.*diſp.*2. *q.*4. *n.*210. *in fin.& n.*213.

17 Sublimita tertiò, ſi prævention̄e fiat eo tempore, quo venerit, & ceſſerit dies ſolutionis obligationis habentis paratam executionem,nam tunc tarda iſta prævention̄e non operatur, neque impeditur per eam obligationis executio. Ita ſtatuitur *in pragmat.*47. *cap.*1.*de offic.magiſtri juſtitiarii*, quæ in noviſsima compilatione eſt *pragmat.*44.incipit *Audivimus*,notant Muſcatellus *in prax. lib.*2. *p.*3. *gloſſ. in forma*, *n.*78. Conſtantinus Papa,apud Caravitam *ad Rit.*186. *in addit.*

18 Sublimita quartò, ut prævention̄e non habeat effectum impediendi executionem, ſi eadem die,qua petita ſit executio, facta fuerit prævention̄e : hoc enim caſu via executiva non impeditur. Hæc ſublimitatio, præter quam quod eſt conſequens ex præcedenti, ſtatuitur *in Ritu* 186. ubi notat Caravita *ante n.*1. *& nn.ſeqq. præſertim n.*6.*in fin.* Afflictis *deciſ.*387.Franciſc.Antonius *de liquidation.inſtrumentor. conſid.*4. *n.*58. Bernard.Pandus *de præſentat. & execut.inſtrument.*4.*p.declarat.*19.*n.*120. Muſcatellus *dict.gloſſa in forma*,*n.*86. *cum ſeqq.* Galterius *in praxi inſtrumentor.*3.*p.*2.*princip. Rubr.*2. *n.*4.

19 Sublimita quintò,ut prę̨vention̄e debeat fieri in Magna Curia Vicariæ,ad hoc ut per illam poſsit impediri liquidatio inſtrumenti, & ejus executio. Nam ſi facta fuerit in aliis Curiis, nullius erit roboris, & momenti, & non impediet liquidationem : excepto uno caſu,videlicet,ſi Clericus ſit creditor, quo caſu poterit à debitore fieri prævention̄e in Curia Eccleſiaſtica, & valebit ad impediendam liquidationem. Ita ſtatuitur *in Ritu* 190. & ibi notat Caravita *in princ.* & Maranta *conſil.* 31. *n.*6. Qui Ritus fortaſsis ortum habuit ex conſuetudine Regni Franciæ, quam commemorat idem Caravita *n.* 1. & Gulielmus Bened. *in repetit. cap. Rainuntius, verb. Et uxorem nomine Adelaſiam,deciſ.*2.*n.*126. *de teſtamentis*, ut videlicet quoties agitur de reſcindendo, aut cancellando inſtrumento facto à Notario publico,aut Regio,debeat agi coram Judice Regio.Animadverti autem oportet, circa prædictum *Rit.*190. ſi Clericus faciat prævention̄em in Curia ſæculari, ibi præſtaturum cautionem, ut notat Minadous *deciſ.*4.& Novarius *ad pragmat.Reg. collectan.*193. *n.*4.

20 Sed hunc Ritum de generali conſuetudine hujus Regni non ſervari, teſtatur Caravita *d. n.*1. & correctum eſſe autumat per *pragmat.*1.*de prævent.moderanda*, quæ prævention̄em permittere videtur coram quocunque Judice, idem de non uſu conteſtatur Joan.Franc.Scaglionus,*ad Rit.* 166. *n.*59. Ego exiſtimo, prædictum *Rit.* 190. ortum habuiſſe ex *Ritu* 54. in quo dicitur, fuiſſe præeminentiam Mag. Cur. Vicar. ut cognoſceret de liquidationibus inſtrumentorum,de qua nullam aliam Curiam potuiſſe cognoſcere,ut notat Caravit. *ad prædictum Rit.*54. *n.*1. Tapia *ad Ritum* 166. *gloſſ.*1.*ad verb.Item quòd ſi debitores, verſic.Adde, quòd præſentatio, & ad verbum dict.Curiis*,*n.*6.*lib.*3.*Jur.Neapolitan. Rubr.* 45. cùm autem decens non eſſet, ut impediretur quis agere ſuper liquidatione Magn.Cur.ſuperius Tribunal, ob prævention̄em factam in Curiis inferioribus,ſtatutum eſt, ut prævention̄, quæ Magnam Curiam impeditura erat,nè procederet ad liquidationem, fieret in ipſa eadem Mag. Cu-

Curia. Sed nunc cùm ille *Rit.* 54. aut ob privilegia Baronibus indulat, quibus communicata ſunt privilegia Magn. Cur. Vic. ut notat Tapia *ubi ſupr.* aut ob uſum contrarium introductum, ſit abrogatus, prædictus quoque *Rit.* 190. qui ex illo originem duxit, non ſervatur, ſed præventiones fiunt in omni Curia indifferenter, quemadmodum in omni Curia fiunt liquidationes.

21 Sublimita ſextò, ut exceptio præventionis ſuſpendat liquidationem inſtrumenti, donec duraverit prima inſtantia prærentionis: at prolata ſententia in cauſa præventionis, ſi ab ea appelletur, & cauſa introducatur in Tribunal ſuperius, pendente appellatione non ſit amplius ſuperſedendum in liquidatione, ſed inſtrumentum vires reaſſumat non ulterius impeditum, & poſsit, appellatione in cauſa præventionis non obſtante, liquidari. Hanc ſublimitationem tradit Muſcatell. *in pract. fidejuſſoria, 2. p. q. 8. n. 29. & 30.* quem ſequitur Galterius *in practic. inſtrument. 3. p. 2. princip. Rub. 2. n. 24.* Rationem reddunt, quia ſuſpenſio viæ executivę, & liquidationis fundabatur in illa fidejuſsione de ſolvendo debitum, & pœnam, juxta *pragmat. unic. de præventione moder.* prædicta autem fidejuſsio manet vacuata, & extincta per appellationem à ſententia lata in judicio prærentionis. Etenim fidejuſsio illa non durat pro ſecunda inſtantia, *l. cùm apud Sempronium 20. ff. judicatum ſolvi*, quo fiet, ut liquidationem impedire non poſsit. Verùm de hac ſublimitatione maturius cogitandum eſt; nam cum regulariter fidejuſſiones primæ inſtantiæ, jam ita ſoleant accipi, ut durent etiam pro ſecunda inſtantia, ut notatur in textu ipſo *in d. l. cùm apud in fin.* & notarii, aut actuarii hiſce temporibus ob magnas litigantium calumnias, & ſubterfugia redditi ſint cautiores, ſi ita acciperetur fidejuſsio, ceſſaret fundamentum Muſcatelli.

SUMMA DISPUTATIONIS XV.

1 *PRo quantitate illiquida, non proceditur ad executionem.*

2 *Creditor poteſt petere executionem pro liquido, etiamſi conjungatur cum illiquido, ſuſpenſa executione illiquidi.*

3 *Non impeditur executio liquidi, etiamſi debitor faciat depoſitum liquidi, & præſtet cautionem pro illiquido.*

4 *Cùm ex illiquido tota ſumma, in qua continetur liquidum, redditur illiquida, impeditur executio.*

DISPUTATIO XV.

Utrùm executio liquidi retardetur ex illiquido?

1 CErtum eſt, non poſſe pro quantitate debita, quæ illiquida eſt procedi ad effectualem executionem, & venditionem bonorum debitoris, ut conſtat ex dictis *ſupra hoc eod. tit. diſp. 3. n. 40. 41. & 42.* & probat apertè text. *in l. ſi reſiduum 5. in fin. C. de diſtract. pignor. & ibi gloſſ. ult.* ubi venditio bonorum pro illiquida quantitate, quam debitor obtulerat, quando fuiſſet liquida, dicitur improba, & nullum jus auferre debitori, *l. 3. & 4. C. de ſentent. quæ ſine certa quant. profer.* notat Giurba *deciſ. 60. n. 1. & 2.* qui allegat plurimos. Dubitamus tamen, quando debitor eſt obligatus ad ſolvendam aliquam quantitatem liquida, ſimul cum alia illiquida, ut ſi ſe obligaſſet ſolvere centum ducatos cum intereſſe, quod liquidum non eſt, aut ſi ageret creditor ad quantitatem liquidam ſibi debitam, & objiciatur exceptio compenſationis quantitatis illiquidę, aut ſimilis, an poſsit creditor petere executionem, & illam perficere pro quantitate liquida, non obſtante illiquida quantitate ſimul debita, aut exceptione illiquida, antequam fiat liquidatio integra.

2 Sit concluſio, cùm in obligatione debitoris continetur aliquid liquidum, ſimul cum illiquido, aut cùm creditum eſt liquidum, & excepriones objectæ illiquidæ, & multis ambagibus innodatæ, & quæ non poſsint in continenti liquidari; ſcilicet in termino ſummario viæ executivæ, creditor poterit petere, & proſequi uſque ad fi-

finem executionem pro liquido, neque illiquiditas alterius partis debiti; vel exceptionis objectæ retardabit executionem liquidi. Ita sentiunt Cynus *in l. per hanc, n. 8. C. de tempor. & reparat. appellat.* Baldus *cons. 152. ad evidentiam, n. 2. in fin. vol. 3.* Surd. *decis. 184. n. 4.* Bellonus *decis. 191. n. 6.* Sesse *dec. 88. n. 4.* Antonius Faber. *lib. 8. Cod. tit. 8. diffinit. 12.* Intrigliolus *decis. 10. n. 12. lib. 2. singul. 50. n. 5.* Menoch. *de adipisc. possess. remed. 4. n. 596. versic. Declaratur,* Caravita *ad Ritum 167. ex n. 28.* Joann. Vincent. de Anna *allegat. 136. n. 3. & 4.* Coler. *de process. execut. p. 3. cap. 1. n. 46.* Escobar *de ratiociniis, cap. 21. n. 1. & 2. & cap. 31. n. 7.* Giurba *decis. 15. num. 1. vers. Tunc quia, & decis. 61. n. 3.* Thesaur. *quæst. forens. lib. 2. q. 96. n. 12.* Scraderus *de feudis, tom. 1. 9. p. princ. 2. p. sect. 11. n. 65.* Muscatel. *in prax. lib. 1. p. 3. gloss. actorem, n. 15.* Probatur apertè ex textu *in l. quidam existimaverunt 21. ff. si certum petat. & in l. statu liber. rationem 5. in princ. ff. de statu liber. l. si residuum 5. C. de distract. pignor. l. ultima, C. de compensat.* Et istis locis notant Scribentes, qui consilium dant debitori, ut solvat liquidum, & offerat illiquidum, vel cautionem pro eo, ut sic cuitet molestiam executionis. Ratio autem est, quia cùm duæ causæ sunt separatæ, una non impedit aliam, ut sic illiquidum, quod distinctum est à liquido, nulla ratione potest impedire, quin liquidum suam executionem habeat.

3 Amplia prædictam conclusionem, ut non impediatur executio liquidi, etiamsi debitor faciat depositum quantitatis liquidæ, donec illiquidum liquidetur, aut etiamsi offerat, & præstet fidejussionem pro toto debito. Ita docet Bart. *in l. item liberatur 6. §. 1. n. 3. ff. quib. mod. pign. vel hyp. solu.* Jason *in l. sancimus 13. n. 13. & 14. C. de judiciis, & cons. 216. n. 2. 3. & 4. vol. 2.* Surdus *decis. 184. n. 5.* Sesse *decis. 88. n. 4.* Ratio est, quia executio liquidi non impeditur, nisi solutione, per quam obligatio tollitur, *principio instit. quib. mod. toll. obligat.* Depositum autem, & fidejussio non sunt solutio, ut rectè expendit Jas. *ubi sup.*

4 Limita tamen eandem conclusionem, si ita conjungatur illiquidum cum liquido, ut ratione partis illiquidæ tota summa reddatur illiquida; nam tunc impeditur executio liquidi, donec illiquidum liquidetur. Hanc limitationem tradit Milanensis *decis. 1. n. 27. & 28. lib. 2.* Intrigliol. *lib. 2. singul. 50. n. 6.* & probatur ex textu *in l. pecuniam, quam 36.* ubi Doctores, *ff. si cert. petat. & in l. si servus 14. §. bove surrepto, ff. de condict. furtiva,* & probatur item hæc sublimitatio ex iis, quæ diximus *supra hoc tit. disput. 7. ex n. 8. & n. 24. & 25.*

SUMMA DISPUTATIONIS XVI.

1 *NUllitas potest opponi contra sententiam, aut per modum exceptionis, aut per viam actionis.*

2 *Cùm nullitas opponitur tanquam exceptio, & constat ex actis, aut potest incontinenti probari, impedit executionem, aut requirit altiorem indaginem, & eam non impedit.*

3 *Quòd nullitas requirens altiorem indaginem impediat executionem, limitatur diversis modis, remissivè.*

4 *Nullitas quando dicatur constare incontinenti.*

5 *De jure Castellæ dicitur nullitas probari incontinenti, quando vel constat ex actis, aut probatur intra decendium.*

6 *De jure Neapolitano, ut nullitas impediat executionem, debet constare ex actis, sine ulla extrinseca probatione.*

7 *Notatur error Roviti.*

Ratio decidendi ad pragm. 5. §. quæ in præsenti, de officio S. R. C. *ibid.*

8 *Terminus decem annorum præfixus de jure Neapolitano ad proponendam nullitatem per viam actionis, non comprehendit casum, quo proponitur nullitas per viam exceptionis.*

Quæ temporalia sunt ad agendum, sunt perpetua ad excipiendum, ibid.

9 *Exceptiones, quæ simul possunt proponi per viam actionis, non sunt perpetuæ, sed temporales.*

10 *Quando remedium potest proponi etiam per*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

per viam actionis, potest jure imputari ei, cui competit, cur non egerit.

11 *Nullitas potest proponi per viam actionis, & per viam exceptionis: & sic videtur esse temporalis proposita per via exceptionis.*

12 *Omnis reus, qui habet exceptionem potest ea uti per viam actionis.*

13 Textus in l. nam postea 9. §. si minor, ff. de jurejur. *explicatur.*

14 *Multi dicunt, prædictum textum non loqui de exceptione, sed de replicatione.*

15 *Exceptio postquam nata est, est perpetua, tamen ejus nativitas potest impediri statuto tempore.*

16 *Exceptio aliquando identificatur cum actione, & tunc exceptio est temporalis, sicut actio: aliquando differunt, & tunc quamvis actio sit temporalis, exceptio est perpetua.*

17 *A regula generali, exceptiones esse perpetuas excipitur restitutio in integrum, & querela inofficiosi testamenti.*

18 *Non rectè sumitur argumentum à remedio restitutionis, aut querelæ ad remedium nullitatis.*

Interpretatio pragm. 77. cap. 21. de offic. S.R.C. *ibid.*

19 *Casus nullitatis propositæ per viam exceptionis, non comprehenditur sub dispositione prædictæ* pragm. 77. in cap. 25. *ubi statuitur tempus proponendis exceptionibus contra sententias, ad impediendam executionem.*

20 *Quando proponatur nullitas per viam actionis.*

21 *Nullitas proposita per viam actionis non impedit executionem, sed pendente processu nullitatis sententia, vel instrumentum mandantur executioni contra debitorem.*

Nullitas, quæ proponitur agendo requirit processum, & viam ordinariam judicii, ibidem.

Antequam proferatur sententia non potest habere executionem, ibidem.

22 *Iniquum esset, ut debitor posset fraudare creditorem, & auferre illi viam executivam.*

23 *Nullitas proposita per viam actionis, quæ constat ex actis in promptum impedit executionem.*

24 *De jure Neapolitano nullitas proposita per viam præventionis servata forma Regiæ pragmaticæ contra contractum, aut instrumentum impedit executionem.*

25 *De stilo S.C. quamvis allegetur per viam actionis nullitas contra sententiam, si constat ex ipsis actis, impedit executionem.*

26 *De jure Neapolitano, non potest dici de nullitate duarum sententiarum conformium.*

27 *Restitutio in integrum, neque est propriè actio, neque exceptio, quamvis utroque modo proponi possit.*

28 *Restitutio proposita incidenter per modum exceptionis contra executionem sententiæ, cujus justificatio constat ex actis, impedit executionem sententiæ.*

29 *Si læsio, quæ justificat restitutionem non constat ex actis, aut non probatur incontinenti, sed requirit altiorem indaginem, non potest admitti in via executiva exceptio restitutionis.*

30 *Æquivocatio Doctorum de hac re.*

31 *Quidam credunt, restitutionem peti non posse post cœptam viam executivam.*

Restitutio incidenter, & per viam exceptionis peti non potest, nisi cœpta executione, ibidem.

32 *Notatur lapsus* Joannis Vincentii de Anna, & Roviti, *circa tempus petendi restitutionem.*

Quando executio dicatur cœpta, vel perfecta remissivè, ibidem.

33 *Detegitur æquivocatio Doctorum, circa petitionem restitutionis, & vim ejus suspendendi executionem, & explicatur, quod videantur loqui de restitutione petita per viam actionis, non de petita incidenter, & per viam exceptionis, &* n. 34.

35 *Restitutionem non posse objici in via executiva, tanquam exceptionem, multi sentiunt.*

36 *Reprobatur prædicta sententia, & ostenditur, restitutionem objici posse in via executiva, etiam stante statuto rejiciente omnes exceptiones.*

Restitutio nunquam censetur sublata, nisi expressè prohibeatur, ibid.

37 *Explicatur* l. 1. tit. 21. lib. 4. Recopil. Castellæ.

Re-

38 *Reſtitutio propoſita per viam actionis ſi conſtat ex actis, aut in continenti, impedit executionem, ſi verò petit altiorem indaginem, non impedit.*

39 *Reſtitutione petita in omni caſu ſuperſedendum in executione contra Bartol. qui ſenſerint.*

Probant ex textu in l. unica, C. in integrum reſtitutione poſtulata, *ibid.*

40 *Ob præſumptam calumniam ſententia mandatur executioni, reſtitutione etiam in integrum poſtulata.*

Exceptio firmat regulam in contrarium, ibib.

41 *Reſtitutio eſt ſimilis appellationi.*

42 *Petitio reſtitutionis poſtquam exceptio cœpta eſt, non impedit, quin perficiatur executio.*

43 *Petitio reſtitutionis contra executionem cœptam, non impedit jam facta, neque illa retractat, ſed tamen impedit facienda.*

44 *Reſtitutio calumniosè petita non impedit executionem.*

45 *Reſtitutio petita contra ſententiam Principis non impedit executionem.*

46 *Reſtitutio petita impedit executionem actus irretractabilis.*

47 *Reſtitutio regulariter petitur per viam actionis in S.C. Neapolit. contra ſententias.*

Læſio in eodem S.C. quæ juſtificat reſtitutionem petitam probari debet ex eiſdem actis, nulla admiſſa exteriori probatione, ibidem.

48 *Rejicitur limitatio quorundam, ut videlicet reſtitutio petita contra ſententiam aſſiſtentiæ, non impediat executionem.*

49 *De jure Caſtellæ nullitas non poteſt opponi contra ſenten ias Tribunalium ſuperiorum, à quibus non poteſt ſupplicari, & quid ſi petatur contra ſententias, à quibus poteſt ſupplicari?*

50 *Idem ſtatuitur de remedio reſtitutionis.*

DISPUTATIO XVI.

Utrùm executionem impediat allegatio nullitatis, aut reſtitutionis in integrum?

1 PRimùm agemus de nullitate, poſtea de reſtitutione in integrum. Nullitas autem opponi poteſt contra ſententiam, & inſtrumentum, aut tempore, quo cœpta eſt, aut comminata executio, tanquam exceptio eam impediens: aut antequam fiat executio, tanquam actio ad impediendam executionem, quæ timetur. Quos caſus oportet diſtinguere, ut poſsit haberi certa reſolutio.

2 Primus igitur caſus eſt, cùm nullitas objicitur ſententiæ, aut inſtrumento poſt cœptam executionem ad impediendum ejus curſum, aut obtinendam victoriam, ut in caſu, quo executio, & captura pignorum fieret ſine citatione rei, ut fit in Caſtella virtute cujuslibet inſtrumenti guarentigii, ut dixi *hoc tit. diſput.* 1. *n.* 27. & in Regno Neapolitano virtute obligationis apud acta, ut dixi *ſupra tit.* 2. *diſput.* 1. *n.* 38. *& in d. diſput.* 1. *eod. n.* 27. vel objicitur nullitas eo tempore, quo eſt expeditum mandatum de parendo virtute ſententiæ, aut præceptum de ſolvendo cum comminatione executionis virtute inſtrumenti guarentigiati, ad impediendam ipſam executionem. Quibus temporibus nullitas objecta planè objicitur per modum exceptionis. Et hoc caſu diſtinguendum eſt. Aut nullitas objecta conſtat ex actis, vel poteſt in continenti probari, & impedit, ſeu extinguit executionem. Etenim quod nullum eſt, nullum poteſt habere effectum, *l.* 4. *§. condemnatum, ff. de re judic. l. non putavit* 8. *§. non quævis, ff. de bonor. poſſeſſ. contra tab. l. non dubium* 5. *C. de legibus, l. ſi aut nullum* 4. *C. de legit. hæred. cap. illuc* 8. *de jure patron. cap. non præſtat* 52. *de regul. jur. in* 6. Decius *in cap. in litteris* 9. *n.* 16. *de offic. & poteſt. jud. deleg.* Roland. *conſ.* 59. *n.* 3. *vol.* 3. Gail. *obſerv. pract. lib.* 1. *obſerv.* 113. *n.* 2. Aut nullitas propoſita, ut conſtet, & probetur, requirit altiorem indaginem, & non impediet executionem ſententiæ, aut inſtrumenti: quia in via executiva non admittuntur exceptiones requirentes altiorem indaginem, Bart. *in d. l.* 4. *§. condemnatum, n.* 3. Roman. *conſ.* 76. *n.* 3. Bellonus *commun. opinion. litt. E. verb. Exceptiones*, Canarius *de execut. inſtrument. q.* 5. *n.* 15. *& q.* 11. *n.* 22. Gail. *ubi ſupra n.* 11. Con-

tardus *in l. unica, limit.* 7. *n.* 26. 61. & 62. *C. ſi de moment. poſſ.* cum multis, quos allegat. Hanc reſolutionem amplectuntur *in d.* §. *condemnatum*, Bart. *ex n.* 2. Angelus *n.* 2. & 3. Cumanus *ex n.* 2. Paulus *n.* 2. Imola *n.* 9. Alex. *n.* 4. & 5. *cum ſeqq.* Jaſon *ex n.* 5. Zaſius *ex n.* 4. Ripa *n.* 10. & 11. Bald. *in l.* 1. *n.* 1. & 2. Salic. *n.* 5. *C. nè liceat in una, eademque cauſ. tertio provoc.* Covarr. *in pract. cap.* 24. *n.* 6. & *cap.* 25. *in princip.* Anton. Gabriel *lib.* 2. *commun. tit. de exceptionib. concl.* 4. Afflictis *dec.* 283. idem Baldus *in l. ab executione* 5. *n.* 8. *C. quorum appellat. non recipi*, Philippus Franchus *in cap. dilecto* 63 *ex n.* 26. *de appellat.* Rota *deciſ.* 3. *de exceptionibus, aliàs deciſ.* 280. *in novis*, & *deciſ.* 5. *de litis conteſt. aliàs* 340. *in novis*, Socinus *regula* 163. *in princ.* & *verſic. Primò fallit*, Lancellot. *de attentatis, cap.* 17. *n.* 93. Vantius *de nullitat. tit. quot*, & *quibus modis nullitas in judicio propon. num.* 32. Contardus *in d. limit.* 7. *ex n.* 27. & *ex n.* 56. Rebuff. *tom.* 1. *in Conſtit. Regi, tract. de ſent. executoriis, art.* 7. *gloſſ.* 10. *n.* 3. & 4. Joannes Garcia *de expenſis*, & *meliorat. cap.* 24. *ex n.* 11. *in fin.* Minſyng. *ſingul. obſerv. cent.* 4. *obſervat.* 64. Vivius *lib.* 2. *commun. opinion. opinion.* 197. *nullitas*, Scaccia *de appellat. q.* 19. *remed.* 1. *concl.* 5. *n.* 4. & *ex n.* 23. & *n.* 34. Giurba *deciſ.* 100. *n.* 8. Intrigliolus *deciſ.* 10. *n.* 6. & 7. Gaſpar Roder. *de annuis reddit. lib.* 1. *q.* 10. *n.* 29. *circa fin.* Cencius *de cenſib.* 2. *p. cap.* 2. *q.* 4. *art.* 1. *n.* 8. Argelius *de acquir. poſſeſſ. q.* 2. *art.* 1. *ex n.* 69. Parlad. *lib.* 2. *rer. quotid. cap. fin.* 1. *p.* §. 1. *n.* 11. & 12. 5. *p.* §. 11. *n.* 11. ac proinde adverſus executionem hanc exceptionem nullitatis exiſtimat admittendam. Item Avend. *in l.* 4. & 5. *tit. De las excepciones, n.* 26. Azevedus *in l.* 1. *ex n.* 191. *tit.* 21. *lib.* 4. *Recop.* Rodriguez *de execut. cap.* 6. *n.* 6. & *n.* 17. Colerus *de proceſsib. execut.* 4. *p. cap.* 1. *ex n.* 134. & *ex n.* 154.

3 Nota tamen ſecundam prædictæ reſolutionis partem, nempè quòd nullitas requirens altiorem indaginem, non impediat executionem, variis modis limitare Cumanum, Alexandrum, Jaſonem, Zaſium, qui referunt quoſdam caſus, in quibus nullitas ſuſpendit executionèm, etiamſi requirat altiorem indaginem.

4 De jure communi tunc dicitur nullitas probari in continenti, cùm vel conſtat ex actis, & inſtrumentis ſine ulla extrinſeca probatione, aut cùm in continenti, ideſt intra terminum ſummarium, & brevem, quem patitur via executiva, probari poteſt, & ſic offert condemnatus, vel per inſtrumentum obligatus, in continenti probare, ut notant prædicti Doctores, & in ſpecie Ancharr. *in Clement.* 1. *n.* 4. *de ſentent.* & *re jud.* Veſtrius *in praxi Romanæ Curiæ lib.* 8. *cap.* 1. *n.* 7. & Colerus, qui latè tractat *de proceſſ. execut.* 4. *p. cap.* 2. *ex n.* 2. & *n.* 16. & 17. Franchus *in repet. cap. dilecto* 63. *num.* 29. *de appellat.* poſt Bart. & Baldum, Canarius *de execut. inſtrumentor. q.* 9. *n.* 19. nos de verbo, *in continenti*, latè egimus *ſupra, tit.* 2. *diſput.* 5. *ex n.* 20.

5 De jure Caſtellæ dicitur nullitas probari in continenti, quando vel ex eiſdem actis conſtat, aut probatur intra decendium, quod conceditur illo jure reis ad probandas ſuas exceptiones, ut dixi *ſupra, hoc tit. diſp.* 1. *n.* 29. Si verò nullitas non probaretur intra decendium, non impediret executionem, notavit Parlad. *lib.* 2. *rerum quotid. d. cap. fin.* 1. *p.* §. 1. *n.* 12. & Rodriguez *de executione, cap.* 6. *n.* 17. Quid verò circa nullitates ſententiarum ſervandum ſit, juxta jus Caſtellæ vide *in l.* 2. & 6. *tit.* 17. *libr.* 4. *Recop.* & ad eas Azeved.

6 De jure Neapolitano objecta nullitate ſententiæ impeditur executio, ſi nullitas conſtat ex ipſis actis, ſine ulla extrinſeca probatione; ſi verò nullitas egeat extrinſeca probatione, executio ſententię non impeditur. Sic ſtatuitur *in pragmat.* 5. §. 2. *quæ in præſenti, de offic. S.R.C.* & ibi notat Rovitus *n.* 17. *in fine*, & *n.* 18. *ibi tamen n.* 19. & 20. eam limitat. Cum qua pragmatica videtur convenire practica Franciæ, de qua teſtatur Rebuffus *ubi ſupra.*

7 Qua in re lapſus eſt Rovitus dum *d. n.* 18. credit, dictam pragmaticam eſſe conformem juri communi. Quamvis enim partim cum illo conveniat, partim diſcrepat. Convenit quidem, quatenus ſtatuit, nulli-

ta-

tatem, quæ conſtat ex actis impedire executionem: at diſcrepat, quatenus univerſim decernit, nullitatem, quæ requirit probationem extra acta, non impedire executionem. Etenim juxta jus commune ex communi prædictorum DD. ſententia, nullitas, quæ poteſt in continenti probari, etiamſi aliunde, quàm ex actis quærenda ſit probatio, impedit executionem. Habet autem diſpoſitio prædictæ pragmaticæ eam decidendi rationem, quam conſideravit Rebuffus *ubi ſupra*, videlicet, quoniam quamvis, qui nullitatem allegat, habeat ex parte ſua paratas in promptu probationes: altera pars adverſa poterit fortaſsè eas rejicere, & reprobare, & interim poteſt eſſe longa mora, quam non eſt æquum, ut expectet executio. Inde fit, ut executio non retardetur ob nullitates, quæ probandæ ſunt per extrinſecas probationes.

8 Attento etiam eodem jure Neapolitano advertendum occurrit, terminum decem annorum præfixum per *pragmat. 77. cap. 21. de offic. S.R.C.* quæ in noviſsima compilatione eſt *pragm. 4. de dilationibus*, ad proponendam nullitatem contra ſententias per viam actionis, correcto quoad hoc jure communi, quod concedebat terminum triginta annorum, non comprehendere caſum, quo nullitas proponeretur per viam exceptionis ad impediendam ſententiæ executionem; quinimò in eo caſu ſervanda eſt generalis regula, ut quæ temporalia ſunt ad agendum, ſint perpetua ad excipiendum, *l. purè 5. §. fin. ff. de doli mali, & met. except. l. petendæ 6. C. de tempor. in integr. reſtit. l. licet 5. C. de except.* Panormit. *in cap. ſi autem 9. n. 5.* Felinus *n. 6. de reſcript.* Angel. Aretinus *in §. actionum, n. 119. in fin. Inſt. de action.* Neguſantius *de pignor. 5. p. princip. membr. 3. 1. p. num. 35.* Thuſc. *litt. T. concl. 27.* Joannes Garcia *de nobilitate, gloſſa 6. §. n. 7. & 8.*

9 Sed huic animadverſioni fortiter obſtat limitatio ſolemnis prædictæ generalis regulæ, *temporalia ad agendum, ſunt perpetua ad excipiendum*, tametſi non omnibus nota, videlicet eam non procedere, cùm ea, quæ proponuntur ad excipiendum, poſſunt ſimiliter proponi per viam actionis: tunc enim exceptiones non ſunt perpetuæ, ſed temporales, & durant pro eo tempore, quo durat actio, non ulterius. Exemplum primum ſit in integrum reſtitutio, quæ & poteſt proponi per viam actionis, & per modum exceptionis, & tamen etiamſi proponatur per viam exceptionis, non poteſt opponi ultra quadriennium, ultra quod non protenditur reſtitutio intentata per viam actionis, *l. ultima, C. de tempor. in integ. reſt.* ubi Doctores *gloſſ. ult. in l. Reſpublica 4. C. ex quib. cauſ. major.* & ibi notant Doctores *cap. 1. de in integr. reſtit. in 6. Clement. 1. eod. tit. l. 8. tit. 19. p. 6. l. 7. tit. 29. p. 3.* Anton. Gomez *tom. 2. var. cap. 14. n. 7.* Quam limitationem probat textus *in l. nam poſtea 9. §. ſi minor. ff. de jurejur.* eamque tradunt Bart. *ibi in princ.* Paulus *n. 10.* Alex. *n. 15.* Jaſon *n. 23.* tametſi dubius, item dubius, Bartholom. Socinus *n. 7.* Cynus *in l. ſupervacuam, ultima, n. 9. C. de tempor. in integr. reſtit.* Albericus *in l. ſi quis libertatem 7. n. 4. ff. de petit. hæredit. & in l. necnon 28. §. exemplo, ff. ex quib. cauſ. majores*, Felinus *in cap. ſi autem 9. n. 6. col. 2. verſic. Procedit ergo de reſcript.* Gulielmus Rodoanus *de reb. Eccleſ. non alien. q. 78. cap. 2. n. 14.* Sforzia Oddus *de reſtit. in integr. 1. p. q. 35. art. 7. ex n. 41.* Anton. Gomez *tom. 2. variar. cap. 14. n. 8.* Joannes Garcia *de nobilitate, gloſſ. 6. d. §. 1. n. 7. & 8.* Secundum exemplum eſt querela inofficioſi teſtamenti, de qua loquitur text. *in l. Papinianus 8. §. fin. ff. de inofficioſ. teſtam. & in l. necnon 28. §. exemplo, ff. ex quib. cauſ. major.* ubi querela inofficioſi lapſo quinquennio, quo proponi poteſt agendo, *l. contra majores 16. C. de inoffic. teſtament.* non poteſt proponi excipiendo.

10 Ratio autem hujus limitationis redditur ab omnibus, quia quando remedium poteſt proponi tàm per viam actionis, quàm exceptionis, poteſt jure imputari ei, cui competit, cur non egerit, ſicut imputatur quando habet actionem, quia in poteſtate illius eſt, an, & quando agere velit, & ita remedium illud eſt temporale. Secus eſt, quando ſolum proponi poteſt per viam ex-

ceptionis, quia tunc non potest imputari ei, cui competit, cur remedio suo usus non fuerit, cùm non fuerit in sua potestate, an adversarius agat, & occasionem ei præstet se defendendi, & suam exceptionem proponendi. Ita fit, ut exceptio sit perpetua, quamvis actio sit temporalis, quæ ratio videtur desumpta ex textu *in l. petendæ 6. C. de tempor. in integr. restit.*

11 Cùm igitur nullitas sit ejus naturæ, ut possit proponi per viam actionis, atque item per viam exceptionis, & per consequens remedium anomalum, videbatur inferri, cùm finiatur decennio proposita per viam actionis, *juxta d. pragmat. 77. cap. 21. de offic. S. R. C.* decennio quoque præludendam viam eam proponendi per viam exceptionis, & non esse perpetuam, ut diximus *n. 8.*

12 Sed mihi displicebat ista solemnis limitatio sic generaliter intellecta, & ratio, qua probatur à Doctoribus. Occurrebat enim ratio contra eam, cui nescio, quid responderi possit. Nempè, quòd omnis debitor, seu reus, qui habet exceptionem, potest ea uti tanquam actione, eamque proponere in judicio, præveniens suum creditorem, eumque ad judicium provocans; contendens à Judice declarari, eam exceptionem sibi competere, ut dixi *supra hoc tit. disput. 14. n. 7.* & probat textus *in l. si contendat 29. ff. de fidejussor.* prosequitur ultra citatos à me *ibi*, Felinus *in cap. si autem 9. n. 6. col. 3. versic. Ultimo circa gloss.* & *ibid.* Panormit. *n. 5. in fin.* Decius *n. 21. de rescript.* Ex quo consequens est, si ob id temporalis debeat esse exceptio, quòd possit per viam actionis proponi, possitque tunc imputari eam habenti, cur non eam in judicium deduxerit, & per viam actionis proposuerit, ut omnis exceptio sit temporalis, siquidem similiter poterit imputari reo, cur proponens exceptionem suam, actorem, seu creditorem ad judicium præveniendo, non provocaverit, & regula illa celebris, *qua temporalia sunt ad agendum, esse perpetua ad excipiendum*, universim erit falsa, & nunquam verificari poterit. Cumque hæc mecum cogitarem, inveni Barthol. Socinum *in d. l. nam postea 9. §. si minor, n. 7. ff. de jurejur.* objicere hanc eandem rationem contra doctrinam Bartoli, & aliorum, & relinquere cogitandum, quasi cui nihil, quod responderi posset, occurreret, quam considerationem latius prosequitur Decius *ubi supra.* Et gavisus sum, incidisse me in eandem cogitationem, quæ doctissimis, & accutissimis viris venerat in mentem, id, quod non semel mihi accidit.

13 Igitur ad prædictum textum *in d. §. si minor*, qui totam hanc materiam conturbavit, variis modis respondent Doctores, quo salvent prædictam celebrem regulam, perpetua esse ad excipiendum, quæ temporalia sunt ad agendum. Notantes in primis, in integrum restitutionem, de qua in prædicto textu sermo est, non peti jure actionis, neque item esse verè exceptionem, sed officio Judicis nobili expediri, quod ipse J.C. planè indicat ibi: *Præterea exceptio ista, sive cognitio*, quasi corrigens dictum suum, dum restitutionem vocaverat exceptionem, & appellans eam pro priori vocabulo, *Cognitionem*, ut ibidem animadverterunt Scribentes. Quemadmodum etiam querela inofficiosi, neque est actio, neque accusatio, sed expeditur officio Judicis, ut docet Bart. *in d. §. si minor, n. 3.*

14 Primò dicunt, prædictum textum non loqui de exceptione; sed de replicatione, quæ venit ad coadjuvandum actionem, ut accedit duplicatio ad coadjuvandam exceptionem, & sic, quemadmodum actio temporalis est, ita quoque replicatio est temporalis: non secus, ac duplicatio est perpetua, quia exceptio ab ipsa coadjuvata est perpetua. Ita respondet Accursius *in d. §. si minor, verb. Statutum tempus*, quem ibi sequitur Salic. *n. 7. in fin. & n. 8. & in l. licet 5. n. 1. in fin. C. de exception.* & *ibi* Cynus *in fine*, & Baldus *ante n. 1.* Paulus *in d. §. si minor, n. 9.* Antonius Butrius *in cap. si autem 9. n. 8.* Panormit. *n. 5. circa finem*, Felinus *n. 6. col. 1. versic. Limita 3.* Imola *n. 4.* Decius *ex n. 28. de rescriptis.*

15 Secundò dicunt, exceptionem, postquam nata est, esse perpetuam, verùm ejus nativitatem impediri posse statuto tempore.

re. Quare si minor negligat intra quadriennium restitutionem petere, exceptio non orietur, ac per consequens non poterit esse perpetua, nam non entis nullæ sunt qualitates, *l. ejus, qui in Provincia* 41. *versic. Quoniam tunc, ff. si certum petat.* Exceptio autem non oritur, neque competit, nisi post obtentam restitutionem, *l. exceptiones* 7. *§. ult. ff. de exception. gloss. in l. necnon* 28. *§. exemplo, verb. Nacto, ff. ex quib. caus. major,* Bart. *in d. §. si minor, in fine princip.* Ita idem Bart. *in eod. §. si minor, n.* 5. Paul. *n.* 9. Fulgosius *n.* 6. Romanus *n.* 17. Socinus *n.* 7. Anton. Faber. *in verb. Præterea exceptio ista in rationalibus,* Felinus *in d. cap. si autem, d. n.* 6. *versic. Limita* 5. *de rescript.*

16 Tertiò dicunt, exceptionem aliquando identificari cum actione, & non differre ab illa, nam cui damus actionem, majori ratione exceptionem concedamus necesse est, *l.* 1. *§. quod autem ait Prætor, ff. de superficiebus, l. invitus* 199. *§. cui damus, ff. de regulis juris.* Et tunc, cùm actio est temporalis, exceptio etiam est temporalis. Secus ubi exceptio differt actione, & non ex eo competit, quòd quis actionem habeat, sed ob diversam causam, & æquitatem; nam tunc exceptio erit perpetua, quamvis actio sit temporalis, *ut in d. l. purè, §. fin. ff. de doli mali, & met. exception.* Ita Cynus *in d. l. licet in fin. C. de except.* Fulgosius *in d. §. si minor. n.* 6. Anton. de Butrio *in d. cap. si autem, n.* 8. Panormit. *num.* 5. Imola *n.* 4. Decius *n.* 24. Felinus *n.* 6. *versic. Limita* 6. *& versic. Quare dixit Bartol. cum versic. Sequenti de rescriptis.*

17 Quartò ego considero, quòd *in d. l. purè* 5. *§. fin.* statuitur regula generalis, exceptiones esse perpetuas; quamvis actiones sint temporales, à qua regula excipitur restitutio in integrum *in d. §. si minor,* limitata prædicta regula, atque item querela inofficiosi testamenti. In exorbitantibus autem non sumitur argumentum, ut extendatur dispositio de uno casu ad alterum propter identitatem rationis, *l. quòd verò contra* 14. *l. jus singulare* 16. *ff. de legib.* Bart. & Romanus *in l. si verò* 65. *§. de viro, ex n.* 1. *ff. solut. matrim.* Solorzan. *de Jure Indiarum, tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 21. *ex n.* 41. Quare non rectè sumitur argumentum à remedio restitutionis, aut querelæ, ad remedium nullitatis, ut quod disponitur in primis, censeatur dispositum in postremo. Quemadmodum non rectè colligitur ex eo, quòd petendæ restitutioni solum detur terminus quadriennii, *l. ult. C. de emptor. in integ. restit.* & quinquennium proponendæ querelæ inofficiosi, *l. Papinianus* 8. *§. ult. ff. de inofficios. testam. l. contra majores* 16. *l. si quis filium* 24. *in fin. C. eod. tit.* simili modo proponendæ nullitati solum esse concedendum tempus quadrienni, aut quinquennii.

18 Eadem prorsus ratio occurrit in dispositione *d. pragm.* 77. *cap.* 21. *de offic. S. R. C.* de qua *supra n.* 8. *&* 11. quia cùm illa sit, non solum exorbitans, sed correctoria juris communis, ut ipse textus asserit, quatenus coarctat tempus proponendi nullitatem per viam actionis intra decennium, quod de jure communi extendebatur ad triginta annos, non debet extendi correctio, ultrà id, quod in ipsa pragmatica expressum est, neque intelligenda etiam de nullitate, quando proponitur per viam exceptionis. Nam si Legislator ita intelligere voluisset, non adjecisset verba limitativa: & facilè potuisset exprimere per verba generalia, nullitatem, nisi intra decennium proponi non posse, quæ verba comprehenderent utrumque casum proponendi nullitatem, tam per viam actionis, quàm per viam exceptionis. Quod si id non expressit, sed loquutus est solum de nullitate proposita per viam actionis, signum est, noluisse corrigere jus commune in alio casu, quàm expresso, *cap. ad Audientiam* 12. *de decimis,* ubi notat Abbas *n.* 2. *cap. inter corporalia* 2. *versic. Unde si circa, de translat. Episcop. l. unic. §. sin autem ad deficientis, C. de caducis tollend.* ibi: *Nam si contrarium volebat, nulla erat difficultas conjunctim ea disponere,* Mantica *de tacit. & ambig. convent. lib.* 3. *tit.* 1. *ex n.* 4. Peregrin. *de fideicomm. art.* 11. *n.* 33. 34. *&* 35. etenim quod non mutatur, quare stare prohibetur, *l. sancimus* 27. *in princ. C. de testam. l. præcipimus*

32. *in fin. C. de appell. Authent. de administrantib. offic. in fin.*

19 Juxta idem jus Neapolitanum occurrit secundò advertendum circa eandem *pragmat.77. de offic.S.R.C. seu 4.de dilationib.in cap.25.* dum statuitur ibi,omnes exceptiones, quæ opponuntur adversus sententias, vel decreta diffinitiva S.C. ad finem impediendi executionem,debere proponi intra triginta dies ab intimatione sententiæ, vel decreti, & elapsis prædictis triginta diebus, etiamsi opponantur,non impedire executionem : non comprehendi sub hac dispositione nullitatem propositam per modum exceptionis,quæ etiamsi opponatur post terminum illorum trigintà dierum, nihilominus impediet executionem, dummodò constet ex actis,& non sit opus aliunde probari,juxta *dict. pragmat. 5. cap. 2. de officio S.R.C.* Ratio autem est, quia *dict. pragmat.77. in cap.25.* etiamsi posterior loquitur per verba generalia : dicta autem *pragmat. 5.* quæ prior est, loquitur specialiter de nullitate.Succedit igitur certissima conclusio, videlicet specialiter statutum derogare statuto, aut legi generali, *l. sanctio leg.41. ff.de pœnis,in toto jure 81. ff.de reg.jur.* quæ locum habet,sive specialis provisio subsequatur generalem, & sit posterior, sive generalem præcedat, & sit prior,ut notat Dec. *in d.l.in toto jure, n.7. versic.Et ista conclusio,& n.11.* Cagnolus *n.* 8. Pelaez, qui allegat plurimos *de majoratibus,2.p. q.12. num.1.& 2.* (dixi *tit.1. disput.2. q.8. sect.5.n.1212.*) Hæc quoad primum casum.

20 Secundus casus est, quando nullitas proponitur per viam actionis.Proponitur autem per viam actionis,quando nulla mota lite ab alio creditore, aut actore super executione sententiæ,aut instrumenti, neque petita executione, reus ipse,aut debitor obligatus ex sententia,aut instrumento, petit,sententiam, vel instrumentum declarari nulla, movens ipse primus litem, adversariumque præveniens nondum provocatus. Vel quando facta jam executione,& quiescente adversario,qui eam obtinuit, victus proponit nullitatem sententiæ, aut instrumenti executorum, contendens, omnia revocari debere. Etenim animadvertere oportet, nullitatem non esse propriè exceptionem, ut notat Grassis *tract. de exceptionib.except.20. n.3.* qui plurimos allegat, non enim venit directo contra actionem, sed contra radicem actionis similis in eo restitutioni in integrum; & sic est remedium anomalum, quod interdum vicem habet actionis, interdum induit officium exceptionis. Proponitur autem tanquam exceptio, quando adversario agente,& litem movente reus conventus opponit nullitatem. Latiùs prosequitur Scaccia *de appell. q.19. remed.1. concl.3. n.1.& 3. cum seqq.*

21 Hoc autem casu dicendum est, nullitatem non impedire executionem sententiæ, aut instrumenti: sed pendente causa nullitatis à reo mota, sententiam, vel instrumentum esse executioni mandanda contra debitorem. Hanc sententiam amplectitur Angelus *in l.1.n.5. ff. nil novari appellat.pend.* Baldus *in l. si quando 7. n.5. C.de ord.cognit.& in l.appellat.3. n.10. C. de appellat.& in l.unic.n.1.C.ne liceat in una, eademque caus.* Alexand.*in l.4.§.condemnatum, n.32. ff. de re jud.* Philipp. Franc. *in cap.dilecto 63. n.32.de appellat.* Vantius *de nullitatib. tit.quot,& quib.mod. nullitas, n.* 29. Contard. *in l.unic. limit.7. n.19. C. si de moment. possess.* Lancellot.*de attent. cap.* 17. *ex n.* 17. Octavianus Vestrius *in praxi Romanæ Curiæ, lib.* 8. *cap.1. n.* 7. Socinus *regul.163.versic.Primò quando aliàs, litt.E. regul.13.* Canarius *de execut.instrum. q.51.* Gutierrez *de juram. confirm. 1.p. cap.2. n.* 29. Azeved.*in l.1.n.143. tit.21.lib.4.Recop.* Rebuff. *tom.1. in Constit.Regi. tract.de sent. provisional.in præfat. n.132.& tom.2. tract. de rescissionib. contractuum, art.unico, gloss.4.n.7.* Giurba *decis.100. num.1.& 3.* Scaccia *de appellat.q.19. remed.1. concl.4. ex n.1. 7. & 24.* Rota *decis.3. de except. in novis,aliàs decis.280.* faciunt quæ congerit Asinius *in praxi judicior. §. 31. cap.2. ampliat.11.* Muscatellus *in prax. lib.2.part.1. glossa in forma,n.94.* Rationem reddit Baldus,& reliqui, quoniam nullitas, quæ pro-

po-

ponitur agendo, requirit processum, & viam ordinariam judicii. Via autem ordinaria non potest excludere, aut impedire viam executivam: quia via ordinaria desiderat, & expectat sententiam, qua declarentur sententia, vel instrumentum nulla. Ergo non potest statim impedire executionem, quia hoc esset dare effectum, & executionem sententiæ, prius quàm proferretur sententia, contra regulas juris communis, *l. 1. C. de execut. rei jud. l. si cum nulla 58. ff. de re judicat.*

22 Secundò, quoniam iniquum esset, ut debitor timens, ne conveniretur à creditore, præveniendo ipsum solum proposita nullitate, & nondum probata, fraudaret creditorem, auferens illi viam executivam, & illum illudens se liberaret à celeri, & brevi exactione debiti, ad quam se obligaverat, ut dicebam *suprà disp. 14. n. 7.*

23 Limita tamen primò hujus casus resolutionem, si nullitas sententiæ, aut instrumenti, aut contractus constaret in promptu ex ipsis actis, aut instrumento, aut probaretur incontinenti: tunc enim etiam nullitas proposita per viam actionis impediret executionem posteà intentatam. Hæc limitatio colligitur ex eadem ratione, qua diximus, nullitatem notoriam, quæ constaret ex actis, vel instrumento impedituram executionem cùm proponitur per viam exceptionis, quia similiter militat in hoc casu. Etenim quod constat, nullum esse, nullum effectum potest operari, *l. 4. §. condemnatum, cum similibus, ff. de re judic.* Augustus Barbosa *axiom. 164.* Atque hanc limitationem amplectuntur Anton. Gabr. *lib. 2. communit. tit. de exceptionib. concl. 4. n. 1. & 2.* Octavianus Vestrius *in praxi Romanæ Curiæ, lib. 8. cap. 1. n. 7. vers. Mitigaretur tamen,* Contard. *in l. unic. limit. 7. ex n. 57. & n. 63. C. si de moment. possess.* Scaccia *de appellat. q. 19. remed. 1. concl. 4. ex n. 25. & ex n. 29. & n. 86.* planè sentit Afflict. *decis. 283.* & Anton. de Amato *variar. resolut. lib. 1. resol. 36.*

24 Limita secundò de jure Neapolitano, si reus, aut debitor facta præventione solemni alleget, contractum, aut instrumentum, aut testamentum esse nulla, ac proinde non posse procedi ad executionem eorundem, & præstet cautionem in casu succumbentiæ, servata forma *Regiæ pragmaticæ Malitiis, unicæ, de prævent. moderanda,* nam eo casu impedietur executio, donec finita sit causa præventionis: juxta *dicta supra disp. 14. ex n. 11. & d. pragmat. unic. & Ritus* dicto loco allegatos notat Muscatellus *in prax. lib. 2. p. 1. gloss. in forma, n. 94.*

25 Limita tertiò de stilo S.R.C. Neapolitani; ubi contra sententiam allegaretur nullitas, esset non servata forma præventionis, quæ tamen nullitas constaret ex actis sine ulla necessitate extrinsecæ probationis: nam ea nullitas allegata etiam per viam actionis, ut ferè semper allegatur, impedit executionem. Dixi, *ut ferè semper allegatur,* nam reus condemnatus subitò post prolationem sententiæ, & non expectata petitione victoris pro illius executione, non provocatus proponit nullitates adversus sententiam: & sic non opponitur nullitas per modum exceptionis: & eo non obstante, semper impeditur executio, donec declaratur, non obstare nullitates propositas. Hæc autem consuetudo, seu stilus originem duxit à *pragmat. 5. cap. 2. de offic. S.R.C.* quæ generaliter statuit, *quando allegantur nullitates ex eisdem actis, tunc prout juris ratio expostulat, & usu receptum est, quousque discutiantur in executione supersedendum.* Quæ verba generalia utrumque casum comprehendunt, sive allegentur nullitates per viam actionis, seu per viam exceptionis. Et ubi lex non distinguit, neque nos distinguere debemus, *l. 3. in fin. ff. de offic. Præsid. l. Imperator 8. §. ult. ff. de postul. l. non distinguemus 37. in princ. ff. de recept. arbitr. l. de pretio 10. ff. de public. in rem act. l. 1. §. quod autem, ff. de aleat. l. ult. C. de hæredit. vel act. vend.* Ludov. Roman. *in l. si verò 65. §. de viro, n. 19. ff. solut. matrim.* Socinus *reg. 284. litt. L. Thusc. litt. D. concl. 508. & litt. L. concl. 261.* Surdus *cons. 271. n. 27. & 28. lib. 2.* Castillo *de usufruct. cap. 3. n. 81. & quot. controv. lib. 4. cap. 14. n. 5.* Augustus Barbosa *axiom. 136. n. 4.* Hujus autem stili meminit Lancellot. *de attentatis,*

cap.

cap. 17. *n.* 86. *&* *n.* 139. *&* 140. Afflictis *dec.* 356. *n.* 1. Scaccia *de appellat. q.* 19. *remed.* 1. *concluſ.* 4. *n.* 91. Muſcatell. *in prax. lib.* 2. *p.* 1. *gloſſ. nullitatis, n.* 49. Quam eandem conſuetudinem ſervari Florentiæ teſtatur Paulus Caſtrenſis *in Authent. quæ ſupplicatio, n.* 3. *C. de precib. imper. offerend.* Decius *conſ.* 103. *in princip. & n.* 1. Lancellot. *ubi ſup. ex n.* 83. Scaccia *d. concl.* 4. *num.* 2. *verſ. Primò advertendum, & n.* 90. Contard. *in l. unic. limit.* 7. *num.* 23. *C. ſi de moment. poſſeſſ.* Quid autem ſpecialiter ſtatutum ſit in Regno Neapolitano circa exceptionem nullitatis objectę in via executiva intentata pro exactione redituum cenſualium, vide apud *pragmat.* 1. *de cenſib.* quæ negat, eſſe admittendas exceptiones nullitatis, & falſitatis, & ſolum decernit admittendam exceptionem ſolutionis.

26 Occurrit tandem advertendum juxta jus Neapolitanum, non poſſe dici de nullitate duarum ſententiarum conformium ſub pœna ducatorum ſex: eſſe item impoſitam pœnam dicentibus de nullitate ſententiæ S. C. calumniosè, ſi ſuccumbant, per *pragmat.* 5. *cap.* 3. *de offic. S. R. C.* quæ augetur per *pragm.* 77. *cap.* 24. quæ hodie eſt *pragmat.* 4. *de dilationibus,* in noviſsima compilatione, quæ circa nullitates proponendas multa decernit *cap.* 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. *&* *d. cap.* 24. *&* *in pragm.* 78. *ſeq. eod. tit.* quæ in noviſsima compilatione eſt *pragm.* 5. *de dilationib.* vide item Muſcatell. *ubi ſupr. in tota d. gloſſ.*

27 Deveniendo ad ſecundum caput de reſtitutione in integrum: Tertius caſus eſt, quando reſtitutio in integrum proponitur contra executionem per viam exceptionis. Ea enim neque eſt vera actio, neque exceptio: ſed propriè pertinet ad officium Judicis nobile, quo expeditur, *l. quod ſi minor* 24. *§. ult. ff. de minor. l. nam poſteà* 9. *§. ſi minor, ff. de jur. jurand.* & ibi Doctores Fachin. *controv. jur. lib.* 12. *cap.* 17. *verſ. Ad ultimum,* Octavianus Veſtrius *in praxi Romanæ Curiæ, lib.* 8. *cap.* 3. *n.* 3. poteſt autem in judicium deduci tanquam actio, & tanquam exceptio: eodem modo, quo de nullitate dictum eſt, Bart. Bald. & cæteri *in d. §. ſi minor,* Veſtrius *in d. cap.* 3. *n.* 19. Contard. *in l. unic. limit.* 8. *n.* 60. *&* 61. *C. ſi de moment. poſſ.*

28 Igitur in hoc caſu, primò dicendum eſt, exceptionem reſtitutionis objectam incidenter, ſeu in modum exceptionis contra executionem ſententiæ, aut inſtrumenti, cujus juſtificatio conſtet ex actis, vel poſsit in continenti probari, impedire executionem ſententiæ, vel inſtrumenti exequibilis. Ita ſentit Bartol. *in l.* 4. *§. condemnatum, n.* 3. *ff. de re jud. & in l. ſi Prætor* 75. *§. Marcellus, n.* 4. *ff. de judiciis, & in l. defendente* 21. *n.* 2. *&* 3. *ff. de author. tutor.* Bald. *in l. judicati* 4. *n.* 4. *in fin. C. ſi ex falſ. inſtrum.* Joannes de Imola *in d. §. condemnatum, n.* 9. Cumanus *n.* 5. Alexand. *n.* 26. Jaſ. *n.* 26. Ripa *n.* 30. Zaſius *n.* 14. Alciatus *in l. ſi cauſa cognita* 32. *n.* 8. *&* 9. *C. de tranſact.* Maranta *in ſpeculo aureo, part.* 6. *tit. de execut. n.* 58. Didac. Perez *in l.* 5. *tit.* 8. *lib.* 3. *Ordin. col.* 1111. *verſ. Utrum autem,* Roder. Suarez *in l. poſt rem, ff. de re judic. in declarat. leg. Regni, poſt limitationes, §. ſed pro evidentia, n.* 44. Covarruv. *in pract. cap.* 25. *n.* 7. Avilès *in cap.* 10. *Prætorum, verb. Execucion, n.* 68. Gutierr. *lib.* 1. *practicar. q.* 134. Paz *in prax.* 1. *tom.* 4. *p. cap.* 3. *n.* 9. Joannes Garcia *de nobilit. gloſſ.* 6. *§.* 2. *ex n.* 17. latiſſimè *uſque ad finem ejuſdem §.* Rodrig. *de executione, cap.* 6. *n.* 7. Parlador. *lib.* 2. *rer. quotid. cap. fin.* 5. *p. §.* 11. *n.* 53. Afflictis *dec.* 356. Franch. *deciſ.* 86. *&* *dec.* 702. Capic. *deciſ.* 53. Maſtrill. *deciſ.* 30. Theſaur. notabili *dec.* 181. Minſyngerius *ſingul. obſerv. cent.* 1. *obſerv.* 48. Rota *diverſ. deciſ.* 807. 4. *p.* Canarius *de execut. inſtrument. q.* 21. *n.* 48. *&* 49. Franciſc. Marcus *deciſ.* 53. *ex n.* 9. 2. *p.* Lancellot. *de attentat. cap.* 28. *n.* 118. Contardus *in l. unic. limit.* 8. *n.* 59. *&* 62. *C. ſi de moment. poſſ.* Menoch. *de adip. poſſeſſ. remed.* 4. *num.* 910. Sforcia Odd. *de reſtit. p.* 1. *q.* 42. *art.* 6. *ex n.* 22. *&* *q.* 43. *art.* 6. *ex n.* 91. *&* *art.* 7. *ex n.* 94. Thuſc. *litter. R. concl.* 293. *ex n.* 2. Ricc. *collect.* 188. Cevall. *in ſpecul. practic. q.* 830. *ex n.* 16. Trentacinq. *lib.* 2. *variar. tit. de appellat. reſol.* 1. *n.* 27. *&* 28. Fachin. *controv. lib.* 12. *cap.* 16. Olanus *in concord. litt. E. n.* 24. Ratio autem eſt, quia ſi cauſa

re-

reſtitutionis conſtat ex actis, aut probatur in continenti, reſtitutio concedi debet, conceſſa autem reſcindit contractus,& inſtrumenta, quare non poterit eorum executio ſuſtineri.

29 Secundò dicendum eſt, ſi læſio, quæ juſtificat reſtitutionem in integrum, non conſtet ex actis, neque in continenti probari poſsit, ſed requirat altiorem indaginem, exceptionem reſtitutionis non debere admitti in via executiva, neque ob eam impediri, aut retardari executionem, eodem modo, quo de nullitate dictum eſt ſuperius. Ita docent Bart. Bald. Ripa, Contardus, Menoch.& cæteri, qui ſentiunt, exceptionem reſtitutionis in integrum poſſe, & debere admitti in via executiva,& quibus ſunt Doctores Hiſpani, *n. præced. allegati.* Ratio eſt, quia via executiva eſt ſummaria, & brevis, in qua non admittuntur exceptiones requirentes altiorem indaginem, ut dixi *ſupra num.* 2. & communiter docent Scribentes *in d. l.* 4. *§. condemnatum, ff. de re jud.*

30 Adverſus hanc ſecundam concluſionem, duobus modis inſurgunt Doctores. Alii reprobantes hanc Bartoli doctrinam, & diſtinctionem; eo quòd credant, petitam reſtitutionem in integrum, ſive in continenti poſsit conſtare de ejus juſtificatione, ſive requirat altiorem indaginem, ſemper ſuſpendere executionem. Sed quoniam loquuntur in genere, & non loquuntur ſpecificè de reſtitutione in integrum incidenter objecta per modum exceptionis in via executiva, eorum verba magis adaptantur ad reſtitutionem in integrum propoſitam principaliter per viam actionis, ideò eos poſteà referemus, cùm agamus de quarto caſu.

31 Alii ex eo reprobant iſtam communem doctrinam, quòd credant, reſtitutionem peti non poſſe, poſt petitam, & cœptam executionem; ut poſt expeditum mandatum de parendo, juxta conſuetudinem Regni Neapolitani, aut poſt litteras executoriales expeditas, & virtute earum capta pignora, aut decretam eorum venditionem, etiamſi executio non ſit perfecta. Iſti conſequenter dicturi ſunt, non poſſe reſtitutionem in integrum allegari incidenter, tanquam exceptionem in via executiva. Exceptio enim non objicitur, niſi actione intentata, aut officio Judicis excitato. Et ſi reſtitutio tanquam exceptio alleganda eſt incidenter, debet allegari poſt petitam executionem, vel cœptam: quoniam eo tempore objiciuntur exceptiones contra executionem, non anteà, quam incipiat: & incidens nunquam cadit, niſi in cauſa principali cœpta, cujus reſpectu incidens dicitur. Ex iſtis ſunt Rota apud Farin. 1. *p. tom.* 1. *dec.* 370. *n.* 2. Puteus *deciſ.* 277. *die prima Junii, lib.* 2. Seraphin. *dec.* 777. *n.* 12. Benedict. de Barzis *tract. de guarentigia,* 3. *p. q.* 21. Canarius *de execut. inſtrum. q.* 21. *n.* 48. Franciſc. Marcus *dec.* 53. *n.* 13. *circa fin.* 2. *p.* qui allegat Franciſc. Aret. apud quem tamen nihil ad hunc articulum attinens reperitur, Scaccia *de appellat. q.* 19. *remed.* 2. *n.* 109. Lancellot. *de attentat. cap.* 18. *ex n.* 116. Benintendis *deciſ.* 85. *n.* 15. Maſtrill. *deciſ.* 30. Mareſcot. *variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 121. *n.* 14. Gratian. *dec.* 172. *ex n.* 3. Mantica *dec.* 219. *n.* 3. & 5. Rota *diverſorum, dec.* 346. *n.* 6. 1. *p.* Thuſc. *litt. R. concl.* 293. *n.* 8. & 18. Joan. Vincent. de Anna *in repet. cap.* 1. *de vaſſallo decrepitæ ætatis, ex n.* 239. Rovitus *in pragmat.* 1. *de minorib. n.* 25. *verſic. Quod procedit,* & *n.* 26. & 28. & *deciſ.* 91. *n.* 22.

32 Quatenus verò Anna, & eum ſequutus Rovitus exiſtimant, hanc doctrinam locum habere in reſtitutione, quæ petitur poſt expeditum mandatum de parendo in hoc Regno Neapolitano, quaſi petatur poſt cœptam executionem, quia expedito mandato dicatur cœpta executio, atque adeò ſit præcluſa via petendæ in integrum reſtitutioni, falluntur manifeſtè, & loquuntur contra textum expreſſum *in l. defendente* 21. *ff. de authorit. tutor.* ubi poſtquam Procurator Cæſaris expedierat mandatum de parendo, pro executione ſententiæ condemnatoriæ, dicens: *facias judicata,* nihilominus poſteà petita,& conceſſa fuit pupillo condemnato reſtitutio. Quando verò executio dicatur cœpta, vel perfecta, tra-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ctat eleganter Bartol. *conſ. 36. ſtatuto civitatis Aſsiſii, vol. 1. & in l. is qui 39. ex n. 2. ff. ex quib. cauſ. majores*, Bald. *in l. conſentaneum 8. n. 43. C. quomodo, & quando Judex.*

33 Ego attentius hæc meditatus exiſtimo, Doctores paulò antè allegatos *n. 31.* paſſos maximam æquivocationem in hoc articulo. Cùm enim dicunt, reſtitutionem petitam poſt cœptam executionem, non impedire, nec ſuſpendere cœptam executionem, non videtur agere de reſtitutione propoſita incidenter per modum exceptionis in via executiva, quę niſi cœpta executione objici non poteſt, ut advertimus *ſupra d. n. 31.* Sed potius loquuntur, aut intelligendi ſunt, loqui de reſtitutione propoſita per modum actionis, & principalis petitionis, poſtquam petita eſt, vel cœpta executio. De qua multi probabiliter ſentiunt, eo tempore, & eo modo petitam, non ſuſpendere executionem cœptam, prædicti videlicet *d. n. 31.* allegati. Multi tamen alii ſunt, qui credant, veriſimilius, judicio meo, ea quæ facta fuerint in proceſſu executivo tempore petitæ reſtitutionis, in ſuo robore manſura, & non revocanda pendente cauſa reſtitutionis; ſed tamen acta proceſſus executivi ſuperventura poſt petitam principaliter reſtitutionem, ut venditionem pignorum, aut ſubhaſtationem, aut poſſeſſionem, vel adjudicationem, bonorum executorum nondum proviſa, ſuſpendi, & impediri debere, donec cauſa reſtitutionis definiatur. Quos commemorat, & ſequitur Scaccia *de appellationib. q. 19. remed. 2. num. 72. in fin. & n. 110.* ubi dicit, eſſe veram eorum opinionem, & ſervari in praxi, Sforcia Oddus *de reſtit. 1. p. q. 43. art. 6. n. 91.* Lancellot. *de attentat. cap. 18. num. 117. & 118.* juncto *num. 13. & 14.* iterum dicam *infra n. 43.*

34 Non video autem, prædictos Doctores *d. n. 31.* allegatos loqui in ſpecie de caſu, quem modò examinamus, videlicet quando reſtitutio in integrum opponitur incidenter in via executiva adverſus executionem jam cœptam, quemadmodum poſſet opponi exceptio ſolutionis, aut compenſationis, aut pacti de non petendo, aut aliæ ſimiles, de quo caſu in ſpecie loquitur Contard. *in l. unic. limit. 8. n. 59. C. ſi de moment. poſſeſſ.* Hæ autem exceptiones in via executiva non opponuntur, niſi poſt cœptam executionem: ut de jure Caſtellæ, poſt ſubhaſtata pignora capta in cauſam judicati, & tempore, quo debitor executioni cœptæ ſe opponit, ut dixi *hoc tit. diſput. 1. n. 29.* De jure communi, & Neapolitano, tempore, quo eſt expeditum mandatum de parendo, aut præceptum de ſolvendo cum comminatione executionis, ut dixi *d. q. 1. n. 26.* aut tempore, quo poſt capta pignora intimatur mandatum de reluendo, aut quo ſubhaſtantur pignora, & antè perfectam executionem, tunc enim poſſunt opponi exceptiones, quæ admitti ſolent in via executiva, & ſic durante proceſſu executionis intentatæ, & cœptæ, non anteà. Quæ exceptiones non impediunt curſum proceſſus executivi uſque ad ſententiam, vel decretum ultimum; verùm ſi probentur, liberandus eſt reus, & abſolvendus ab executione cœpta, reſtituendaque ſunt illi pignora in cauſam executionis capta. Igitur idem prorſus dicimus de reſtitutione in integrum oppoſita incidenter executioni per modum exceptionis, quæ ſive conſtet ex actis, ſive in continenti læſio probari poſſit, id eſt intra brevem, & ſummarium terminum proceſſum executivi, intra quem cæteræ exceptiones in via executiva admittendæ, probandæ ſunt, impediet executionem, non quidem ita ut proceſſus executivus ſiſtere debeat, & non progredi ulterius, ſed eodem modo, quo aliæ exceptiones executioni obſtant, videlicet, ut conſtando Judici de læſione, & juſtificatione reſtitutionis objectæ tempore, quo prolaturus eſt ultimum decretum viæ executivæ, debeat conceſſa reſtitutione reum liberare, & ab executione abſolvere, jubendo, illi pignora capta in cauſam judicati, ſeu executionis, libera reſtitui, quia executio locum non habuerit; quemadmodum fieret probatis aliis exceptionibus, quæ in via executiva admittendæ ſunt. Si verò reſtitutio, aut quælibet alia exceptio altiorem requireret indaginem, non obſtaret

viæ

viæ executivæ, quia lapſis ſummarii Judici executivi brevibus dilationibus, & exceptionibus non probatis, executio perficitur, illarum allegatione non obſtante, & procedendum eſt ad venditionem bonorum debitoris, & ſatisfactionem creditoris ex eorum pretio, atque ita intelligendus eſt Bartolus, & alii ejus ſequaces, præſertim Hiſpani, quos allegavi *ſupra n.* 28. *&* 29. quorum ſententiam expreſsè ſequitur Scaccia *de appellationib. q.* 19. *remed.* 2. *n.* 67. *&* 109. *in fin.* qui alios allegat, & Contardus, quem *ſupra* retuli hoc eodem numero.

35 Verum eſt, contrariam huic reſolutioni ſententiam ſequutos alios, quinimò reſtitutionem non poſſe objici incidenter tanquam exceptionem in via executiva, ſtante ſtatuto, in quo rejiciantur in via executiva exceptiones aliæ præter ſolutionem aut falſitatem, aut pactum de non petendo, ut eſſe ſolet in multis Civitatibus, & eſt in Caſtella *l.* 1. *tit.* 21. *lib.* 4. *Recop.* juncta *l.* 2. *eod. tit.* Verba *dict. l.* 1. ſunt: *Mandamos, que contra las obligaciones, y contratos, y compromiſſos, ò ſentencias que tengan aparejada execucion, que no ſea admitida, ni recibida por nueſtros Juezes, ninguna otra excepcion, ni defenſion, ſaluo paga del deudor, ò promiſſion, ò pacto de no le pedir, ò excepcion de falſedad, ò excepcion de uſura, ò temor, ò fuerça, y tal, que de derecho ſe deua recibir; y ſi otra qualquiera excepcion ſe alegare, no ſea recibida, ni el que la puſiere ſea oìdo. Y no embargante otras qualeſquiera excepciones, el Juez proceda à execucion del tal contrato, ò ſentencia, y lleuela à deuido efecto.* Ob quæ verba rejectam eſſe exceptionem reſtitutionis, exiſtimarunt Bald. *in l. in cauſæ* 14. *n.* 2. *&* 3. *ff. de minorib.* Olanus *in concord. antinomiar. litt. E. n.* 24. *in fin.* juncto *n.* 22. *anteced. in fin.* Avendañ. *in l.* 4. *&* 5. *tit. de las excepciones, ex n.* 44. ubi *num.* 45. latè probat Cancer. *var. reſol. p.* 2. *cap.* 3. *n.* 46. & Parlador. *d. cap. fin.* 5. *p.* §. 11. *n.* 54. loquens de reſtitutione, quæ competit ex alia cauſa, quàm minoris ætatis. Et ratio eſt, quia prędicta lex rejicit non ſolum alias exceptiones, ſed defenſionem quoque, quo verbo cenſetur rejecta reſtitutio, ut proſequitur Honded. *conſil.* 18. *n.* 85. *lib.* 1. poſt Bartolum, & Alexandrum, quorum ſententiam, ait, communiter receptam, & colligitur ex traditis à Carolo de Graſsis *de exceptionib. except.* 21.

36 Nihilominus non eſt recedendum ab ea ſententia, quam communiſsimam credimus, videlicet reſtitutionem poſſe objici incidenter, & tanquam exceptionem in via executiva, etiam ſtante ſimili ſtatuto, quam ſequuntur multi ex allegatis *ſup. n.* 28. & Canar. loquens in caſu ſimilis ſtatuti *de execut. inſtrument. q.* 5. *n.* 13. Honded. *d. conſil.* 18. *ex n.* 82. *lib.* 1. qui allegat plurimos Fachineus *controv. jur. lib.* 12. *cap.* 17. Sforcia Odd. *de reſtit.* 1. *p. q.* 42. *art.* 6. *ex n.* 22. & in ſpecie *n.* 26. *cum ſeqq.* Ratio eſt, quia remedium in integrum reſtitutionis nunquam cenſetur ſublatum, niſi expreſsè prohibeatur, quantumcunque ſit generalia ſtatuti verba, ut pluribus in eam rem relatis proſequuntur Honded. & Fachineus *ubi ſup.* Sforcia Odd. *de reſtit.* 1. *p. q.* 15. *art.* 6. *ex n.* 44. qui dicit, eſſe magis communem ſententiam, Contardus *in l. unic. limit.* 8. *ex n.* 4. *C. ſi de moment. poſſ.*

37 Neque obſtat per *d. l.* 1. Caſtellæ ſublatam eſſe defenſionem, quo verbo comprehenditur reſtitutio: nam niſi exprimatur reſtitutio, non eſt cenſenda prohibita, ut prædicti Doctores cenſuerunt. Deinde, quoniam quamvis prædictæ legis verba in principio ſint generalia, poſteà ipſamet lex ſe reſtringit, ac limitat, ubi admittit omnes exceptiones, quæ de jure poſſunt admitti, præſertim jungendo *d. l.* 2. *eod. tit.* Ob quam reſtrictionem Caſtellani admittunt in via executiva plures alias exceptiones, in *d. l.* 1. non expreſſas, dummodò ſint legitimæ, ut pluribus proſequitur Parlador. qui latè, ſed non ineptè loquitur *in d. cap. fin.* 5. *p.* §. 11. *ex n.* 1. Paz *in praxi,* 1. *tom.* 4. *p. cap.* 3. *per tot.* Azeved. *in d. l.* 1. *ex n.* 59. *tit.* 21. *lib.* 4. *Recop.* Oroſcius *in l. tale pactum* 40. *in princ. n.* 42. *&* 43. *ff. de pact.* conſonat Colerus *de proceſſ. execut. p.* 4. *cap.* 1. *ex n.* 51.

38 Quartus tandem caſus eſt, cùm reſtitutio petitur, & in judicium deducitur per modum actionis, & principaliter dum

allegatur à reo contra ſententiam, aut inſtrumentum, antequam creditor petat executionem, vel poſt perfectam executionem. Quo caſu Bart. *in d. l.* 4. *§. condemnatum, n.* 3. *ff. de re jud.* & aliis locis allegatis *ſuprà n.* 28. & Doctores illum ſequuti, utuntur eadem diſtinctione ſuperiùs adducta, videlicet, ut ſi reſtitutio poſsit juſtificari probata incontinenti læſione, aut conſtet ex ipſis actis, aut inſtrumento, impediat petitio reſtitutionis executionem, & viam executivam, ne poſsit creditor ea uti virtute ſententiæ, aut inſtrumenti, niſi poſt expeditum proceſſum reſtitutionis, & ea non obtenta. Si verò poſtulet altiorem indaginem, non impediat executionem ſententiæ, aut inſtrumenti. Et hæc ſententia, cujus ſectatores refert Sforcia Odd. *de reſtitut. 1. p. q.* 43. *art.* 4. *n.* 63. habet maximam æquitatem. Iniquiſsimum enim eſt, actorem, qui vicit, & ſententiam pro ſe poſt longam litem conſequutus eſt, denuò prætextu reſtitutionis nova lite, longiore fortaſsis, & requirente altiorem indaginem moleſtari, fraudarique ſententiæ poſt tantos labores quæſitæ fructu, vel executione: niſi de læſione in promptu conſtaret, in quam Bartoli ſententiam ego magis inclino.

39 Contrariam tamen ſententiam, quinimò executionem ſemper impediri petita prius in integrum reſtitutione, etiamſi requirat altiorem indaginem, tuentur Imola *in d. l.* 4. *§. condemnatum, num.* 9. Cuman. *n.* 5. Alexand. *n.* 26. Jaſ. *n.* 26. Ripa *n.* 30. *in fin. ff. de re jud.* qui dicunt, contra Bartolum eſſe communiorem ſententiam, Maranta *in praxi, ſeu ſpeculo aureo, 6. p. tit. de appellat. ex n.* 108. qui nulla diſtinctione facta ait, per petitionem reſtitutionis executionem ſententiæ impediri, *& tit. de execut. n.* 58. eodem modo loquitur Galuppus *in praxi S. C. p.* 3. *cap.* 3. *ex n.* 3. Lancellot. expreſsius *de attentat. cap.* 18. *ex num.* 19. Scaccia *de appellationib. q.* 19. *remed.* 2. *ex num.* 68. Sforcia Odd. *de reſtit. 1. p. q.* 43. *art.* 4. *n.* 63. *ex verſ. Sed contrariam*, Contard. *in l. unic. limit.* 8. *n.* 49. *C. ſi de moment. poſſ.* Aſinius *in praxi judicior. §.* 31. *cap.* 2. *limit.* 5. *ex n.* 2. Magon. *deciſ. Florent.* 138. *ex n.* 4. Carrocius *de remed. contra præjudiciales ſententias, except.* 48. *ex n.* 1. Cephal. *conſ.* 116. *ex n.* 7. *lib.* 1. Minſynger. *ſingul. obſervat. cent.* 1. *obſerv.* 48. *ex n.* 1. qui tamen *obſerv.* 49. *ſequent.* ait, petitâ reſtitutione contra ſententiam, ordinem juris ſervari debere, & eſſe cauſam plenariam, in qua cauſam reſtitutionis actor plenè probare debeat. Hæc ſententia eatenus convenit cum prima, quatenus aſſerit, reſtitutione petita ſuperſederi debere in executione ſententiæ, ſi de cauſa reſtitutionis in promptu conſtet: differt tamen in eo, quod aſſerit, ſuperſederi debere, etiamſi in promptu non conſtet, & ſic ejus fundamenta à majoritate rationis convincunt etiam priorem ſententiam. Sunt autem ſequentia. Primò probatur ex textu *in l. unic. C. in integr. reſtit. poſtulata, ne quid novi fiat*, quæ generaliter loquitur.

40 Secundò, ex *cap. ſuſcitata 6. de in integr. reſtit.* ubi ob præſumptam calumniam ſententia mandatur executioni, non obſtante reſtitutione poſtulata. Exceptio autem firmat regulam in contrarium, *l. nam quod liquidè* 4. *§. ult. ff. de pen. legat. l. quæſitum* 12. *§. idem reſpondit domo inſtructa, verſ. Denique Neratius, ff. de fund. inſtruct.* Decius *in l.* 1. *n.* 21. *ff. de regul. jur. & in cap. cùm dilecta* 4. *n.* 14. *de confirmat. util. vel inutil.* Everard. *in locis legalib. loco* 9. *ab exceptione ad regulam, & loco* 99. *ab ſpeciali.* Ac per conſequens ubi calumnia non fuerit præſumpta, ſuſpendenda erit executio ſententiæ, in integrum reſtitutione poſtulata.

41 Tertiò, quia reſtitutio eſt ſimilis appellationi quoad ſuſpendendam executionem, *l. Præſes* 43. *ff. de minor. d. l. unica, C. in integr. reſtit. poſtulata.* Sed appellatio ſuſpendit executionem indiſtinctè, ſive requirat, ſive non requirat altiorem indaginem, *l. uni, ff. nil novari appellat. interpoſita.* Ergo ſimiliter reſtitutio, quo argumento utuntur Imola *in d. §. condemnatum, num.* 9. Jaſ. *n.* 27.

42 Dato tamen, hæc ſententia vera eſſet, quæ negari non poteſt, quin ſit fortaſ-

taſſe magis communis, limitanda eſt primò, ſi reſtitutio petatur ante cœptam executionem: ſecus ſi prius quàm reſtitutio, executio petatur, & cœpta ſit; tunc enim reſtitutionis poſtulatio non impediet, quin perficiatur executio. Ita ſentiunt allegati *ſup. n.* 31.

43 Hæc tamen limitatio ſublimitanda eſt, ut procedat quoad jam facta, cùm reſtitutio petitur, ſecus quoad facienda. Nam cùm natura reſtitutionis ſit, ut ſuſpendat futura, & impediat, ne quid novi fiat, *dict. l. unic. C. de in integr. reſtit. poſtulata*, nulla poteſt inveniri ratio, cur reſtitutio non ſit impeditura omnes actus executionis, qui nondum ſunt facti, cùm reſtitutio poſtulatur. Ac per conſequens cùm ſtatim poſt capta pignora in cauſam judicati reſtitutio poſtulatur, captio pignorum manebit in eodem ſtatu, nulla facta novitate ſine ulteriori progreſſu ad ſubhaſtationem, venditionem, aut adjudicationem, dummodò tamen juſtificetur læſio in continenti, aut conſtet ex ipſis actis, & ex revolutione cartarum, ut dici ſolet. Cæterùm ſi reſtitutio tandiu dilata requireret altiorem indaginem, crederem, limitationem locum habere, ut executio, illa non obſtante, perficienda ſit. Iniquum enim eſſet, eſſe in poteſtate debitoris illudere actorem, & differre executionem ſententiæ, vel inſtrumenti jam cœptam, & in eo caſu crederem item, ſequendam ſententiam Bartoli *in d. l. 4. §. condemnatum, n. 3. ff. de re jud.* quam ſuperiùs ſequutus ſum. Non enim debuit debitor, qui non poterat breviter de jure ſuo docere, hoc ſuum jus tamdiu retricere, juxta *l. ſi quis fortè 6. in princ. ff. de pœnis*, & adverſarium ſuum tantis modis vexare, eſt enim maxima præſumptio calumniæ, ut notat Scaccia *de appellat. q. 19. remed. 2. n. 109. verſ. Ego verò.*

44 Limita ſecundò, ſi adſit præſumptio, aut ſuſpitio calumniæ contra eum, qui poſtulat reſtitutionem, & quòd reſtitutio poſtuletur animo prorogandi litem, & protrahendi ſolutionem debiti: tunc enim executio non ſuſpenditur; ſed non obſtante poſtulatione reſtitutionis procedendum eſt ad executionem. Ita ſtatuitur *in d. cap. ſuſcitata 6. de in integr. reſtit.* ubi docent omnes Canoniſtæ, Lancellot. *de attentat. cap. 18. n. 55.* Veſtrius *in pract. Romanæ Curiæ, lib. 8. cap. 3. n. 15. & 16.* Maranta *in ſpeculo, 6. p. tit. de appell. n. 110. & tit. de executione, n. 58.* Minſynger. *ſingul. obſervat. cent. 1. obſerv. 48.* Sforcia Oddus *de reſtit. 1. p. q. 43. art. 1. n. 47. & art. 5.* latè *ex n. 69.* Scaccia *de appellation. q. 19. remed. 2. ex num. 85.* Contardus *in d. l. unic. limit. 8. n. 53. & 54.* Magonius *d. deciſ. Florent. 138. n. 6. ex verſic. Sed quia, cum num. ſeqq.* Cephal. *conſ. 116. ex n. 10. lib. 1.* Ratio eſt, quoniam malitiis non eſt indulgendum, *l. in fundo 38. ff. de rei vendic. l. 19. in fin. tit. 32. p. 3.* Hippol. de Marſil. *ſingul. 177.* Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 28. n. 94. & 95.* Perez de Lara *de anniverſ. lib. 1. cap. 22. n. 30.* Barboſa *axiom. 143.*

45 Limita tertiò, ſi reſtitutio petatur contra ſententiam Principis, nam non ſuſpenditur executio hujuſmodi ſententiæ. Hanc tradit Covarr. *in pract. cap. 25. n. 7.* Afflictis *dec. 356.* Capic. *dec. 53.* Maranta *in ſpeculo, p. 6. d. tit. de appell. n. 109.* Lancellot. *de attentat. d. cap. 18. ex n. 101.* qui refert multos, Scaccia *de appellat. d. remed. 2. num. 107.* Oddus *d. q. 43. art. 2. n. 51.* Contard. *d. limit. 8. num. 53.* probat textus *in l. minor autem 19. §. ſin autem Princeps, & §. idem Imperator, ff. de minorib.* Ratio eſt propter præſumptionem ſententiæ Principis, & ſummam ejus authoritatem: ex qua reſultat magna præſumptio calumniæ contra petentem reſtitutionem adverſus ipſam, & multi Doctores exiſtimant, in hac limitatione fundari deciſionem *d. cap. ſuſcitata.*

46 Sublimita tamen omnes præcedentes limitationes, ut non ſit procedendum ad executionem, petita in integrum reſtitutione in omnibus prædictis caſibus, in quibus diximus, executionem non impediri, ſi actus, de cujus executione tractatur eſſet irretractabilis, & irreparabilis, ut contingeret, ſi tractaretur de exequenda ſententia capitali in criminalibus, aut mutilationis membri, aut torturæ, aut, ut multi dicunt, carcerationis, nam iſtis caſibus ſemper

per impeditur executio reſtitutione poſtulata, nulla facta diſtinctione. Hanc ſublimitationem tradit Lancellot. *de attentat. d. cap.* 18. *n.* 134. ubi multos allegat, Sforcia Oddus *de reſtit. q.* 43. *art.* 1. *n.* 17. *art.* 5. *n.* 86. *& art.* 8. *ex n.* 97. Scaccia *de appellat. q.* 19. *remed.* 2. *ex n.* 73. qui allegat etiam multos.

47 De ſtilo recentiori S. R. C. Neapolitani reſtitutio in integrum ſemper poſtulatur adverſus ſententias ejuſdem per modum actionis. Non enim ſpectat victus, ut victor incipiat agere contra ipſum via executiva, fortaſsis quia Advocati ſibi perſuaſerint, non debere reſtitutionem concedi poſt cœptam executionem, de quo quid ſentiendum ſit, dixi *ſupra*. Et quamvis antiquitus tempore Afflict. *d. deciſ.* 356. & Capic. *d. deciſ.* 53. ut ex eiſdem conſtat, rarò reſtitutio adverſus ſententias S.C. poſtularetur, & rarò hac via impediretur earum executio, fortaſsis ob textum *id d. l. minor autem* 19. *§. ſin autem, §. idem Imperator, ff. de minoribus*, cùm S. C. repræſentet Principem, & ſit ſupremum ejus Conſiſtorium, noſtris tamen temporibus frequentiſsimè poſtulatur, & ſemper impeditur executio, quouſque definitur articulus reſtitutionis. Illud tamen verum eſt, læſionem examinari ex eiſdem actis, nulla admiſſa exteriori probatione: & ſic uſus videtur approbaſſe ſententiam Bart. *in dict. §. condemnatum*, ſumpto fortaſsis exemplo ex iis, quæ in remedio nullitatis ſtatuta ſunt *in pragm.* 5. *cap.* 2. *de offic. S.R.C.*

48 Ex quo venit rejicienda limitatio illa, cujus meminit Lancellot. *de attentat. d. cap.* 18. *n.* 100. poſt Marantam *in ſpeculo aureo, 6. p. tit. de appellat. n.* 111. & Afflict. *d. deciſ.* 356. *n.* 1. refert Sforcia Oddus *de reſtit.* 1. *p. d. q.* 43. *art.* 1. *n.* 26. videlicet, ut reſtitutio petita adverſus ſententiam aſsiſtentiæ, quæ habet executionem paratam ex *Ritu M.C.V.* 259. confirmato, ut creditur, per *pragmat.* 2. *de appellationibus* (de quo latiſsimè egimus *ſupra tit.* 2. *diſput.* 8. *ex n.* 14.) non impediat executionem. Etenim ſecundum ſtilum hodiernum petita in integrum reſtitutione, tàm contra ſententiam aſsiſtentiæ prolatam in M.C.V. quàm in S. R. C. ſemper ſuſpenditur executio, donec deciditur articulus reſtitutionis, qui ſemper ſummariæ expeditur ex eiſdem actis, nullis admiſsis exterioribus probationibus.

49 De jure Caſtellæ ſtatutum eſt *in l.* 4. *tit.* 17. *lib.* 4. *Rec.* ut non poſsit opponi nullitas contra ſententiam Tribunalium Superiorum Conſiliariorum, aut Auditorum Regiorum, à qua non poteſt interponi ſupplicatio, quæcunque ſit nullitas, ſive ſit ex defectu juriſdictionis, ſive ſit notoria, & conſtet ex actis, ſed illa ſententia ſit executioni mandanda, ita ut deinceps de illa re jam deciſa nunquam poſsit ulla lis ſuſcitari. Itaque nullitas nullo modo impedit executionem Tribunalium ſuperiorum ſententiæ in judicatum tranſeuntis. Si verò proponatur nullitas contra ſententias prædictorum Tribunalium, à quibus poteſt interponi ſupplicatio, videlicet ſententias primæ iſtantiæ, ſtatuitur, ne ſeorſim de nullitate tractetur, ſed reſervetur nullitatis exceptio, aut ejus deciſio in tempus diffinitivæ. Ratio autem eſt, quia in Tribunalibus ſuperioribus non attenditur nullitas proceſſus, ſi aliàs acta ſint juſta; & non debet quæſtio de nullitate ſeorſim examinari, ſed ſimul agi de juſtitia: Valaſcus *de jure emphiteutico, q.* 6. *n.* 14. Additio ad Bellamer. *deciſ.* 306. Gamma *deciſ.* 324. Giurba *deciſ.* 70. *ex n.* 1. Gayl. *obſervat. pract. lib.* 1. *obſerv.* 42. *ex n.* 1. Anna *alleg.* 93. *n.* 7. Franch. *deciſ.* 643. *n.* 2. *&* 3. Minſyng. *ſingular. obſerv. cent.* 1. *obſerv.* 27. & limitat *cent.* 5. *obſerv.* 93. *n.* 7. facit Rota *in antiquis, deciſ.* 1. *de libelli oblation. aliàs deciſ.* 145. De cujus legis quartæ interpretatione videantur Bobad. *libr.* 2. *Polit. cap.* 20. *ex n.* 48. Joann. Garcia *de nobilit. gloſſ.* 47. *n.* 28. Gutierrez *lib.* 1. *pract. q.* 96. *n.* 10.

50 Hanc prædictam legem quartam declaravit Dominus noſter Rex Philippus III. per Pragmaticam promulgatam Madriti 26. die Jun. anni 1615. ut eſſet etiam intelligenda de remedio reſtitutionis in integrum: ſtatuendo, ne prædicta reſtitutio peti poſſet, aut obtineri contra ſententias,

tias, à quibus non potest supplicari; neque retardari debere earum executionem ob restitutionem petitam, aut sub eo prætextu suscitari litem jam sopitam, aut retractari sententias latas, sublata hac maxima occasione differendi, & renovandi lites.

SUMMA DISPUTATIONIS XVII.

1 NOn semper *Judex, qui sententiam protulit, eam mandat executioni.*

2 *Exceptiones sunt in triplici genere.*

3 *Quædam exceptiones opponuntur non contra sententiam, sed contra executionem sententiæ.*

4 *Exceptio expensarum, compensationis, inventarii, & similes post sententiam opponi possunt.*

5 *Exceptiones modificativæ oppositæ in causa principali ante sententiam, & rejecta à Judice, non possunt post sententiam opponi.*

6 *Aliæ exceptiones objiciuntur contra actionem intentatam, cujusmodi sunt exceptiones peremptoriæ.*

Istæ post sententiam objici non possunt, ibi.

7 *Multoties exceptiones etiam peremptoriæ possunt objici post sententiam.*

8 *Magnum discrimen versatur quoad rejectionem exceptionum per processum ad ulteriora inter exceptiones incompatibiles cum justitia sententiæ, & eas, quæ repugnant justitiæ.*

Quando censeatur cognitum de viribus exceptionis, remissivè, ibi.

9 *Qui exequuntur sententias, aut sunt meri, aut mixti executores, & in quo differant.*

10 *Merus executor nullas exceptiones potest admittere, aut de illis cognoscere.*

11 *Coram executore mixto possunt proponi omnes exceptiones, quæ coram Judice principali requirente.*

12 *Exceptiones respicientes merita causæ, & quæ possunt opponi post sententiam, si proponantur coram Judice requisito, eas debet admittere, non ut eas definiat, sed ut videat, an militent, an non militent, & si videat eas non subsistere, procedit ad executionem, si verò subsistant, supersedendo ab executione remittit eas definiendas Judici requirenti.*

13 *Quid sentiat* Bartol.

14 *Exceptiones modificativas Judex requisitus potest diffinire.*

Cui committitur executio censetur commissum, ut faciat omnia, quæ concernunt executionem, ibi.

15 *De exceptione nullitatis, aut restitutionis contra sententiam potest requisitus cognoscere: sed tamen causam plenè instructam sine diffinitione remittit ad Judicem requirentem definiendam.*

16 *Contrariam sententiam tenet* Socinus.

17 *Quæ tamen rejicitur, & explicatur* text. in l. de qua re, ff. de judiciis.

18 *In casu, quo inferior requirit Superiorem pro executione suæ sententiæ, potest requisitus cognoscere de nullitate sententiæ requirentis, & super illa pronunciare.*

19 *Proponitur quæstio, an possit tertius se opponere executioni sententiæ coram Judice requisito.*

20 *Coram requisito potest tertius se opponere.*

Super exceptione esse exequutum in bonis alienis, potest requisitus cognoscere, & pronunciare, ibi.

21 *Cùm tertius oppositor allegat nullitatem sententiæ, vel instrumenti coram Judice requisito, vel similes exceptiones, aut prætendit se esse præferendum creditori, qui obtinuit pro se sententiam, potest requisitus admittere exceptionem, & de ea cognoscere, non ut eam definiat, sed ut processum instructum definiendum remittat ad requirentem.*

DISPUTATIO XVII.

Utrum exceptiones, quæ legitimè possunt objici contrà executionem, sint allegandæ coram Judice requisito, an coram requirente?

1 NOn semper idem Judex, qui sententiam protulit, eam mandat executioni, sed interdum per alium. Quod nonnunquam fit implorato brachio, seu auxilio alterius Judicis ordinarii, cùm sit etiam Judex ordinarius, qui sententiam protulit, ut *in l. à Divo Pio XV. §. sententiam*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

tiam Romæ, ubi notant Scribentes, *ff. de re judic.* Hipolyt. de Marsil. *singul.* 138. Judex Decianus *tract. crimin. libr.* 4. *cap.* 38. *n.* 2. Bossius *diversor. tract. tit. de sentent. n.* 115. Colerus *de proceff. execut.* 1. *p. cap.* 3. *ex n.* 224. Vincent. Carrocius *tract. de remediis contra præjudiciales sententias, except.* 22. *q.* 30. *ex n.* 1. Gratianus *discept. forens. tomo* 1. *cap.* 146. *per tot.* Rebuffus *tom.* 2. *in Const. Reg. tract. de litteris requisitor. in præfat. n.* 25. *cum seqq.* Cancer. *variar. resol. p.* 2. *cap.* 15. *n.* 1. *cum seqq.* (Salgad. *de Reg. protect. p.* 4. *cap.* 6. *n.* 63.) ego dixi *tit.* 1. *disp.* 2. *q.* 1. *ex n.* 16. *& q.* 7. *ex n.* 756. Nonnunquam verò Delegatus profert sententiam, & executionem ejus committit Ordinario, aut Executori, ut in *cap. Pastoralis* 28. §. *quia verò, de offic. de potest. judic. delegat.* Iis verò casibus occurrit dubium, coram quo Judice reus exceptiones suas contra executionem sit allegaturus, an coram Judice principali sententiam proferente, an coram eo, cui executio demandata est, vel est requisitus ad eam exequendam: & quas Judex requisitus debeat admittere, & de quibus cognoscere, quasque diffinire: quarum verò cognitionem, & decisionem debeat remittere ad Judicem principalem, qui sententiam protulit. Ego tetigi hanc difficultatem *d. tit.* 1. *q.* 7. *n.* 780. ubi remissi lectorem ad Bart. Menoch. Cancer. & alios, quibus addendi sunt Canonistæ *in d. cap. Pastoralis* 28. §. *quia verò, ubi bona glossa, verb. Et si sciat, de offic. & potest. judic. deleg.* Idem *in cap. de cætero* 5. *de sent. & re judic.* Legistæ *in d. l. à Divo Pio, in princ.* & *ibi* Zasius *in* §. *sententiam Romæ, ex num.* 5. Afflict. *in proœmio Constitutionum, ex n.* 50. Minsynger. *singul. observ. cent.* 3. *observat.* 69. Farin. *in praxi crimin. q.* 97. *ex n.* 67. *ad* 108. Scaccia *de appellat. q.* 17. *limit.* 10. *ex n.* 37. Rodrig. *de executione, cap.* 2. *ex n.* 40. Hector Capic. Latro *decis.* 82. (Bobadilla *lib.* 2. *Polit. cap.* 20. *ex n.* 45.)

2 Pro resolutione hujus difficultatis præsupponendum est primò, exceptiones, quæ opponi possunt contra sententiam (& idem contra instrumentum guarentigium, quod æquiparatur sententiæ transactæ in judicatum) esse in triplici differentia. Aliæ sunt, quæ opponuntur contra sententiam ipsam, ut exceptio nullitatis, quæ ideò opponitur contra illam, quia post illam oritur.

3 Aliæ sunt, quæ opponuntur, non contra ipsam sententiam, sed contra executionem sententiæ, ut est exceptio, quòd quis non possit conveniri, nisi quatenus facere potest, quæ competit marito respectu uxoris, donatori respectu donatarii, militi, & aliis similibus respectu suorum creditorum, *l. sunt qui in id* 16. *ff. de re judic.* Hæc enim, & similes exceptiones non arguunt sententiam de injustitia, sed dumtaxat ejus executionem moderantur, & modificant, & ideò post sententiam opponi possunt, *l. ex diverso* 17. §. *fin. ff. solut. matrim. l. miles* 6. *in princ. l. Nesennius* 41. §. *ultimo, ff. de re judic.* Jason. *in vers. Sed & si quis, ex n.* 1. *Instit. de action.* Imola *in cap. Odoardus, n.* 9. *per text. ibi, de solutionib.* Additio ad Capell. Tolos. *decis.* 258. *n.* 4. *&* 5. Barbos. *in l. maritum* 13. *n.* 47. *versic. Quartò amplia, ff. solut. matrim.* Surd. *decis.* 332. *n.* 1.

4 Ex quo consequens est, ut exceptio expensarum, quæ objicitur rem vendicanti, aut exceptio compensationis, inventarii, prætii ab emptore non soluti, cedendarum actionum, beneficii epistolæ Divi Adriani, etiam post sententiam, & rem judicatam opponi possint, ut singula singulis referendo probatur ex textu *in l. donum* 5. *C. de rei vendic. l. ult. C. de constit. pecun. l. Julianus* 13. §. *offerri, ff. de act. emp.* Docet Bart. *in l. in fundo* 38. *n.* 16. *ff. de rei vendic. & in l.* 2. *n.* 1. *C. de compens.* prosequitur Barbosa *ubi supra ex num.* 48. idem Bart. *in l.* 1. *ex n.* 2. Cynus *n.* 4. Bald. *ex n.* 4. Salic. *ex n.* 4. Jason. *ex n.* 11. Menesius *ex n.* 30. *usque in ff. de juris, & facti ignor.* Cùm enim prædictæ exceptiones non coarguant sententiam de injustitia, sed dumtaxat ejus executionem moderentur, & intra certos limites contineant, poterunt opponi post sententiam.

5 Regula autem ista, quòd exceptiones modificativæ opponi possint post sententiam, limitanda est, ut non procedant quando exceptiones eædem modificativæ

fue-

fuerunt oppoſitæ in cauſa principali ante ſententiam, & Judex illas expreſsè, aut tacitè reprobavit; eo enim caſu non poterunt rurſus opponi in cauſa executionis. Verbi gratia, ſi maritus condemnaretur à Judice ad ſolutionem dotis in ſolidum, quamvis ipſe ante condemnationem allegaſſet, ſe non poſſe inſolidum conveniri: vel hæres cùm allegaſſet, ſe non poſſe ultra vires hæreditatis condemnari, quia feciſſet ſolemne inventarium, nihilominus à Judice condemnaretur ad aliquid ſolvendum ultra vires hæreditatis; iſtæ exceptiones non poſſent iterum allegari poſt ſententiam tempore executionis, quia videantur rejectæ, ut inferius declarabimus *n.* 8. Ratio hujus limitationis eſt, quia harum, & ſimilium exeptionum rejectio tacita, vel expreſſa, cùm ſemel ſententia tranſit in judicatum, parit, & producit exceptionem rei judicatæ contra opponentem, *cap. quoad conſultationem* 15. *de ſentent. & re jud.* Hanc limitationem tradit *gloſſ. ultim. in l. Neſennius* 41. *ff. de re judic.* Jaſ. *in d. l.* 1. *n.* 19. *ff. de jur. & fact. ignor.* Barboſa *in d. l. maritum, n.* 48. qui alios refert Molin. *de juſtit. tract.* 2. *diſp.* 560. *n.* 24. Contra hanc reſolutionem Barboſa *ubi ſupr. n.* 49. objicit quoſdam textus difficiles, & illis reſpondet omninò ipſum videas.

6 Aliæ tandem ſunt exceptiones, quæ objiciuntur contra actionem intentatam, prout ſunt omnes peremptoriæ, quæ reſpiciunt merita cauſæ principalis. In quibus regula eſt, ut poſt ſententiam diffinitivam objici non poſsint, *l. peremptorias* 2. *C. ſentent. reſcind. non poſſe*, veluti ſi reali actione conventus, præſcriptionem, vel perſonali exceptionem pacti de non petendo oppoſuerit. Ratio eſt, quia exceptiones peremptoriæ arguunt ſententiam de injuſtitia, & tendunt ad eam repugnandam, & revocandam, & reſcindendam; ideò non admittuntur; quia poſt rem judicatam nihil amplius quæritur, *l. poſt rem* 56. *ff. de re judic.* Quod verò dixi de exceptione pacti de non petendo, ut non poſsit opponi poſt ſententiam, intelligendum eſt, quando pactum factum eſt ante ſententiam, ſecus erit, ſi factum ſit poſt ſententiam, nam tunc poterit poſt ſententiam opponi, & de ea exceptione loquitur in Regno Neapolitano *pragmat.* 47. §. 2. & §. 3. *de offic. Magiſtr. Juſtiar. & pragmat.* 1. *de procuratoribus*, ubi imponitur pœna non probantibus novam conventionem allegatam, & ſtatuitur modus, quo ſit proponenda.

7 Prædicta tamen regula habet plures limitationes, (ut notat Gratian. *regul.* 348.) ſunt enim multi caſus, in quibus etiam poſt ſententiam allegari poſſunt exceptiones peremptoriæ pertinentes ad actionem principaliter in cauſa intentatam, quos Doctores latè proſequuntur *in l.* 1. *C. de jur. & fact. ignorant.* Nam exceptio Macedoniani quia odio creditorum eſt introducta, & exceptio Vellejani, quæ favore mulierum; quamvis adverſus actionem intentatam objiciantur, tamen poſt ſententiam etiam opponi poſſunt, *l. tamen* 13. ubi notat *gloſſ.* 1. *ff. ad Macedon.* Sic etiam militibus, quos arma magis, quàm jura ſcire oportet, *l. ſcimus* 22. *in fin. principii, Cod. de jure deliber.* in eo ſuccurritur beneficio ejuſdem prædictæ *leg.* 1. ut peremptoriam exceptionem omiſſam poſt ſententiam poſſint opponere (ut notat Velaſc. *de privileg. miſerabil. perſonar. q.* 17. *n.* 159.) quemadmodum & minoribus per beneficium reſtitutionis, *l. minor* 25. *annis omiſſam* 37. *ff. de minoribus.*

8 Quoniam verò *ſuperius n.* 5. diximus exceptionem tacitè reprobatam à Judice, allegatam ante ſententiam, non poſſe iterum poſt ſententiam allegari: & tacita rejectio exceptionis non videtur in alio conſiſtere, quàm in proceſſu ad ulteriora, non habita ratione exceptionis, magis quàm ſi oppoſita non eſſet, Judex enim, qui exceptionis oppoſitæ rationem non habet, & ad ulteriora procedit, quaſi nulla eſſet propoſita exceptio, planè eam videtur tacitè rejicere velle, argumento textus *in cap. ex parte* 67. *de appellationib. & in cap. ſuborta* 21. *in fin. de ſent. & re judic.* ego dixi *ſupr. tit.* 2. *diſp.* 5. *n.* 8. & *n.* 30. eſt diligenter animadvertendum, eſſe ſingulare diſcrimen inter exceptiones peremptorias, quæ ſunt in-

compatibiles in juſtitia ſententiæ, ex una parte, & exceptiones modificativas, quæ ſunt compatibiles cum juſtitia ſententiæ pronunciatæ, ex altera. Nam exceptiones primi generis Judex, qui procedit ad ulteriora non habita ratione propoſitæ exceptionis, tacitè videtur rejicere. Exceptiones verò ſecundi generis, etiamſi Judex earum non habita ratione ulterius procedat, non intelligitur tacitè reprobare, ſed magis ad tempus executionis reſervare: & ideò poſſunt de novo, tempore executionis allegari, quaſi ad illud reſervatæ. Exemplum ſit: Dominus egit adverſus rei ſuæ poſſeſſorem rei vendicatione; poſſeſſor opponit, ſe legitimæ præſcriptionis titulo rem comparaſſe; Judex non habita ratione oppoſitæ præſcriptionis poſſeſſorem condemnavit ad rem reſtituendam, eo caſu dicendum eſt, Judicem tacitè rejeciſſe oppoſitam exceptionem præſcriptionis, juxta regulam *d. cap. ex parte, de appellation. & d. cap. ſuborta, in fin. de ſent. & re judic.* & doctrinam Bartoli *in l. à procedente* 4. *n.* 4. *C. de dilation.* & Pauli, qui notabiliter loquitur, *conſil.* 311. *n.* 3. *lib.* 2. Ratio eſt, quia prędicta exceptio præſcriptionis non eſt compatibilis cum juſtitia ſententiæ, per quam reus condemnatur, ut rem reſtituat, quæ ſi præſcriptio eſſet completa, non ad actorem, ſed ad ipſum reum pertineret, juxta textum *in l.* 3. *ff. de uſucap.* & ideò, ut ſententia cenſeatur juſta, neceſſariò dicendum eſt, Judicem videri tacitè prędictam exceptionem rejeciſſe; aliàs injuſtè judicaſſet, ſi reum effectum jam dominum per præſcriptionem, ad rei propriæ reſtitutionem condemnaſſet. Cùm igitur ſententiam approbaverit contrariam, & incompatibilem cum exceptione, videbitur reprobaſſe, & abjeciſſe exceptionem; argumento à contrariis, de quo Everardus *loco* 19. *num.* 12. *in fin.* Claudius Cantiuncula *in Topicis legalibus, loco à contrariis*, Petrus Andreas Gammarus *in dialect. legali, lib.* 2. *loco à contrariet.* quo utitur textus *in cap. cùm renunciatur* 32. *q.* 1. *& in l. ſed & ſi pupillus* 11. *§. ſi inſtitoria, ff. de inſtitor. actione*, facit *l. jus noſtrum* 7. *ff. de regul. jur.* At verò quando exceptio eſt compatibilis cum juſtitia ſententiæ, quia reſpicit moderationem executionis, & non tam propriè objicitur contra ſententiam, quàm contra executionem, non videtur Judex procedens ad ſententiam proferendam pro actore rejicere tacitè prædictam exceptionem, quæ non eſt incompatibilis cum juſtitia ſententiæ, neque eam impugnat, aut illi adverſatur; ſed potius illam in tempus executionis reſervare. Sic notat Panormit. *in cap. cùm in cauſa* 7. *n.* 25. *de juram. calum.* Igitur exceptio modificativa, quamvis ſit oppoſita ante ſententiam, ſi de ejus viribus cognitum non fuit, vel fuit cognitum, & tamen non fuit à Judice expreſsè reprobata, poterit rurſus opponi in executione ſententiæ, quia cenſetur in id tempus rejecta, & ſervata, & non in totum reprobata, juxta egregiè adnotata à Menochio *de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 64. *n.* 13. quam doctrinam docet Paulus *in l. ex diverſo* 18. *§. ſi in judicio, n.* 1. *ff. ſolut. matrim.* Ripa *in l. qui Romæ, §. duo fratres, n.* 26. *ff. de verb. obligat.* quos ſequitur Barboſa *in l. maritum* 13. *n.* 53. *ff. ſolut. matrim.* Quando verò cenſeatur cognitum de exceptione, & quod neceſſaria ſit cognitio, ut per proceſſum ad ſententiam videatur exceptio rejecta, tractat Anton. Gabriel *lib.* 2. *commun. tit. de exception. concl.* 1. *n.* 15. *&* 16. Franciſc. Marcus *deciſ.* 157. *ex n.* 1. 2. *p.* Paulus de Caſtro *in l. ult. in princ. n.* 7. *ff. ſi cert. petat.*

9 Secundò ſupponendum eſt, eos, qui ſententiam exequuntur ex mandato, vel commiſsione, aut requiſitione alterius Judicis, quoſdam eſſe meros executores, alios mixtos. Merus executor eſt ille, cui poſt latam ſententiam, & poſt integram cauſæ cognitionem ſuper omnibus exceptionibus, & illis diſcuſsis committit Judex nudam executionem rei, ut in commiſsione, quæ fit nuntio, ſeu Alguzerio, & ſervienti Curiæ, & iſte vocatur merus executor, & nullam habet cognitionem, *l. ſi ut proponis* 6. *l. executorem* 8. *Cod. de execution. rei judic.* Ratio eſt, quia omnis cognitio præceſsit, & ideò mera executio videtur commiſſa; in eoque cognoſcitur, & diſtinguitur mixtus

tus à mero executore. Mixtus vero executor dicitur ille, cui Judex committit executionem ſententiæ, antequam cognoſcat ſuper exceptionibus concernentibus executionem, (notat Bobadilla *lib. 2. Polit. cap. 20. n.* 48.) Hujuſmodi ſunt Judices ordinarii requiſiti ab aliis Ordinariis, ut ſuas ſententias exequantur, invocati in auxilium alterius juriſdictionis; vel à delegatis, qui ſtatim poſt latas ſententias nullis exceptionibus diſcuſsis contra executionem oppoſitis, aut quæ opponi poſſunt, executiones committunt, aut pro eis faciendis requirunt. Ita docent Bartol. *in d. l. à Divo Pio, in princ. ex n. 5. ad 10. ff. de re judic.* & Panormit. *in cap. Paſtoralis 28. §. quia verò, n. 3. de offic. & poteſtat. judic. deleg.* poſt *gloſſam*, notatu dignam ibi, *verb. Et ſi ſciat, & in cap. de cætero 5. n. 3. 4. & 5. de ſententia, & re judic.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. q. 38. n. 20.* ubi multos allegat, Capic. Latro *d. dec. 82. n. 15.* Farin. *in praxi crimin. q. 97. n. 80.* Scaccia *de appellat. q. 17. limit. 10. ex n. 37.* & probat text. *in l. & ſi non cognitio 4. C. ſi contra jus, vel utilit. public.*

10 His poſitis, ut accedamus ad reſolutionem propoſitæ diſputationis, primò dicendum eſt, merum executorem nullas exceptiones contra executionem admittere debere, neque de illis poſſe cognoſcere, nedum pronuntiare. Ita docet Bart. *in dict. l. à Divo Pio, in princ. n. 10.* Socinus *ibi n. 38. 39. & 40.* qui limitat duobus modis, Bald. *in d. l. & ſi non cognitio, n. 1. gloſſa in cap. de cætero 5. per text. ibi, de ſentent. & re jud.* ubi Panorm. *n. 5.* Anton. Butrius *n. 3. verſ. Dic, quòd quidam*, Felin. *n. 4.* ubi limitat in quinque caſibus, Menoch. *de arbitrar. lib. 1. d. q. 38. n. 20.* ubi refert prædictas quinque limitationes, Cancer. *variar. reſolut. 2. p. cap. 15. ex n. 33. ad 39.* referens eaſdem limitationes, Farinac. *in prax. crimin. q. 97. ex n. 67.* ubi ampliat, & limitat Scaccia *de appellat. q. 17. limit. 10. n. 37.*

11 Secundò dicendum eſt, coram mixto executore, & Judice requiſito poſſunt proponi quæ coram Judice principali requirente, aut executionem committente proponi poſſunt. Verùm circa hujus concluſionis declarationem, & ad particulares caſus applicationem, mirè variant Doctores, comminiſcentes varias diſtinctiones, (Bobadill. *lib. 2. Polit. cap. 20. ex n. 43.* Salg. *de Reg. protect. 4. p. cap. 7. ex n. 18.*)

12 Sed ut rem reſolvamus juxta ſententias veriſimiliores, & receptiores, advertendum eſt, exceptiones eſſe multiplices, & varias. Aliæ enim ſunt, quæ reſpiciunt merita cauſæ, & tamen poſſunt opponi etiam poſt latam ſententiam, ut in caſu *l. 1. Cod. de jur. & fact. ignor.* Quo caſu Judex requiſitus poteſt, & debet iſtas exceptiones admittere, & de illis cognoſcere, non quidem ut eas definiat, ſed ut videat, an verè militent, & obſtent executioni. Quòd ſi viderit, illas non ſubſiſtere, nec obſtare, & calumniosè opponi, debet illis non obſtantibus ad executionem procedere, ut *in l. ſatis 2. Cod. ad leg. Cornel. de falſis.* Si verò videat, tales exceptiones obſtare, non debet, neque poteſt ſuper illis pronuntiare, ſed debet abſtinere ab exequendo, & remittere ad Judicem principalem requirentem: quod probat text. *in l. cùm fideicommiſſum 7. ff. de confeſsis, & in l. ſi Prætor 75. in princ. & in §. Marcellus, ff. de judic.* ſumpto argumento de Judice dato ad delegatum, vel ordinarium requiſitum. Ita reſolvunt Angel. *in d. l. à Divo Pio, in princip. n. 4.* Imola *n. 5.* Cuman. *num. 5.* Alexand. *ex n. 9.* Jaſ. *n. 12. & 13. ff. de re jud. gloſſ. in d. cap. Paſtoralis 28. §. quia verò, verb. Et ſi ſciat, ff. de offic. & poteſt. jud. deleg.* Anchar. *in Clem. 1. n. 10. de ſent. & re jud.* Menoch. *de arbitrar. lib. 1. q. 38. n. 9.* Cancer. *variar. reſol. p. 2. cap. 15. n. 17. & ſeqq. & n. 23. cum ſeqq.* Carrocius *de remed. contra ſententias, except. 64. ex n. 1.* (Bobad. *ubi ſup.* Salgad. *de Reg. protect. p. 4. cap. 7. ex n. 28.* Surd. *conſ. 358. n. 14. & 15. lib. 3.*)

13 Ab iſtis ſolum diſſentit Bart. *in d. l. à Divo Pio, in princ. n. 7.* eo quòd dicit, Judicem iſtum requiſitum non ſolum non poſſe pronuntiare ſuper iſtis exceptionibus, ſed neque de illis poſſe cognoſcere, quinimò ſtatim poſtquam opponuntur, debere remittere ad principalem Judicem requirentem, qui de illis cognoſcat, & eas de-

definiat. Cujus ſententiam ſequitur, multiſque, & ſatis veriſimilibus rationibus defendit Bartholom.Socin.*ibid.ex n.*25.& Zaſius *in ead. l.à Divo Pio, §.ſententiam, n.*5. Ancharr. *ubi ſup.* (& Barboſa *in l.ſi Prætor* 75.*in princ.n.*15.20.*&* 62.*&* *in §.Marcellus, n.*8. *ff.de judic.*)

14 Secundò, alia ſunt exceptiones, quæ modificant ſententiam, ut quòd quis non conveniatur, niſi in quantum facere poteſt, quòd debitor velit, & poſsit compenſare,vel dividere obligationem ex beneficio Epiſtolæ Divi Adriani,vel quòd ſit executum in bonis alienis; & de iſtis requiſitus Judex non ſolum poteſt cognoſcere, ſed etiam ſuper eiſdem definire. Ita docet Bart.*in d. l. à Divo Pio,in princ.n.*8. quem omnes ſequuntur, ut notat Jaſon. *ibi n.*12. Zaſius *in dict. §.ſententiam, n.*5. Panormit.*in d. cap.Paſtoralis* 28. *§.quia vero, n.*3. Felinus *n.*16.Menoch.*dict.q.*38.*n.*10. Ancharr.*ubi ſupra*, & Minſynger. infrà referendus. (Larrea *deciſ.*82.*n.*6. Barboſa *in d. l.ſi Prætor* 75.*in princ.ex n.*53. *ff.de judic.* Salgad. *de Regia protect. p.*4.*cap.*7. *ex n.*39. Scaccia *de appellat.q.*17. *limit.*10. *n.* 47.) Ratio eſt,quia requiſitus de executione,aut cui illa committitur,videtur requiſitus,ut faciat omnia, quæ concernunt executionem,& ſine quibus illa perfici non poteſt, argumento *l.cui juriſdictio* 2. *ff.de juriſdict.omnium judic.*

15 Tertiò, aliæ ſunt exceptiones,quæ impugnant ſententiam, & illi opponuntur, ut exceptio nullitatis,aut reſtitutionis in integrum. De quibus Judex requiſitus poteſt cognoſcere,non tamen definire,ſententiam latam à requirente eſſe nullam,vel reſcindi debere; ſed ſi eas viderit ſubſiſtere debet ab executione ſuperſedere, & proceſſum, & cauſam plenè inſtructam remittere ad Judicem principalem,ſeu requirentem, ut illam definiat: quòd ſi viderit,non ſubſiſtere, illis non obſtantibus debet ad executionem procedere. Ita docet Bart.*in d.l. à Divo Pio,in princ. n.*9. Alexand.*n.*10.*&* 11. Jaſ.*n.*16. Zaſius *in d.§.ſententiam,n.*5. Panormit. *in d. cap.Paſtoralis, §.quia verò, n.*3.Felin.*ex n.*17.*de offic.& poteſt.jud.de-leg.* idem Felin. *in cap.de cætero* 5. *n.*3. *de ſent.& re jud.* Ancharr. *in d.Clem.*1.*n.*10. *de ſent.& re jud.*Menoch. *de arbit.lib.*1. *q.* 38. *ex n.*11. latè Afflict. *in proœm. Conſtit. ex n.*50.Minſynger.breviter,& clarè complectens omnes caſus, *ſingul.obſerv. centur.* 3. *obſerv.*69.Farin.*in prax.crim.q.*97.*num.* 74.*cum ſeqq.* & latè *ex n.*81. Peguera *dec.* 8. *2.p. ex n.*1.*&* 7. Cancer. *variar.reſolut.* 2.*p. cap.*15. *ex n.* 14. Scaccia *de appellat. q.*17.*limit.*10.*ex n.*47. Rodriguez *de execut. cap.*2. *n.*40. (Franc.Hieronym.de Leo *dec.*168. *ex n.*9. Barboſa *in d. l. ſi Prætor* 75.*in princ.ex n.*45.*&* *in §.Marcellus,n.*7. *&* 63.*&* 104.Salgad.*de Regia protect.p.*4. *cap.*6. *num.*24.*&* *cap.*7. *ex n.*18.32.*&* 48. Surd.*conſil.*358.*n.*14.*&* 15. *lib.*3. Thuſc. *litt.E.concl.*485. *n.*10.14. *&* 15.) Probat hanc concluſionem Bart.primò ex text.*in l.ſi Prætor* 75. *§.Marcellus,ff.de judic.& in cap.de cætero* 5.*de ſentent.& re judicat.* Deinde ratione,quoniam alioqui ſi poſſet requiſitus Judex decidere exceptiones nullitatis, aut reſtitutionis in integrum contra ſententiam latam à requirente,vel delegato, minor Judex,aut par revocaret, & infringeret ſententiam Judicis majoris, aut paris,contra text.*in l.nam magiſtratus* 4.*ff. de arbitr.& in l.ille á quo* 13.*§.tempeſtivum, ff. ad Trebell. & in cap.cùm inferior* 16. *de majorit. & obed.* præterquam quòd requirens ſemper cenſetur major requiſito, ut notavi cum plurimis, quos retuli *priore tom. tit.*1.*diſput.*2.*n.*30.quibus addo Menoch. *d.q.*38. *n.*14. *&* 15. Et juxta hanc doctrinam judicavit S.C. die 21. Januarii 1641.me interveniente ad relationem Illuſtris Ducis Cañani, Hortatoriam Rotæ Romanæ eſſe executioni mandandam juxtà ejus ſeriem, continentiam, & tenorem, in cauſa Barbaræ Spinolæ cum Marcelo Doria, contra quam quædam objiciebantur, reſpicientia nullitatem ſententiæ Rotæ,Actuario Fabritio Solatio. (Et idem deciſum eſt in cauſa Illuſtr.Principiſæ Jeraci cum Illuſtr.Principe ſuo marito,in qua dictum eſt Hortatoriam Rotæ Romanæ eſſe executioni mandandam juxta ſui ſeriem, continentiam, & tenorem, die 23. menſis

Ja-

Januarii, anni 1642. junctis duabus Aulis, cum adjunctis in Collaterali Consilii, Actuario de matutini ad relationem Regii Consiliarii, Thomæ de Aquino.)

16 Contrariam tamen sententiam, quinimò Judicem requisitum posse non solum cognoscere de nullitate objecta contra sententiam, aut instrumentum exequibilia, sed etiam judicare, & pronuntiare, amplexus est Bartholom. Socinus *in d. l. à Divo Pio, in princip. ex n.* 31. *ff. de re judicat.* Pro qua sententia videtur facere textus *in l. de qua re* 74. *ff. de judiciis*, cum aliis multis ab eodem Socino cumulatis.

17 Sed quamvis hæc sententia in puncto juris forsam defendi posset, saltem quoad dictam exceptionem nullitatis dumtaxat, non est in praxi recedendum ab oppositа, quæ & majori authoritate fulcitur, & communi usu receptior est. Neque obstat textus *in dict. l. de qua re*, quia ibi agitur de Judice cognoscente propria authoritate de causa aliqua independenter ab alio, qui commiserit executionem, aut pro ea requisierit, quia iste quamvis alioqui habeat ordinariam jurisdictionem, non debet egredi fines mandati, aut requisitionis, *l. & si Prætor 3. ff. de offic. ejus, cui mand. est jurisdict. l. diligenter 5. l. si quis pro eo 46. ff. mandat.* Ac per consequens non debet irritare, aut annullare sententiam Judicis committentis illi suæ sententiæ executionem, aut illum pro ejus executione requirentis; sed si quid viderit executioni obstare, remittere ad requirentem, vel principalem Judicem, decidendum, & definiendum.

18 Prædicta tamen conclusio limitanda est ex multorum sententia, ut non procedat, quoties Judex inferior, qui tulit sententiam implorat brachium Judicis superioris ad eam exequendam. Nam isto casu Judex requisitus poterit cognoscere, & decidere exceptionem nullitatis oppositam; aut concedere restitutionem adversus sententiam Judicis inferioris requirentis, cùm in eo casu cesset ratio Bartoli, & illud incommodum, quod minor Judex infringat sententiam majoris. Hanc limitationem tradit primus Speculat. *lib. 2. tit. de executione sententiæ, §. 2. n. 5.* quem sequuntur Alexand. *in d. l. à Divo Pio, in princ. n.* 15. Felinus *in d. cap. Pastoralis, §. quia verò, num.* 17. *vers. Secundo limita, & in d. cap. de cætero, n.* 3. *versic. Fallit tertio*, qui plures allegat, Menoch. *d. q.* 38. *n.* 19. (Rebuff. *in Constit. Reg. tom.* 1. *tit. de sentent. execut. art.* 7. *gloss.* 12. *n.* 19. Scaccia *de appellat. q.* 17. *limitat.* 10. *n.* 50. *&* 51.) *Limita* 2. Si nullitas esset notoria, & appareret ex tenore sententiæ, nam tunc posset Judex requisitus pronuntiare super nullitate. Sentiunt Roman. *consil.* 51. Rebuff. *ubi supra*, Surdus *cons.* 358. *n.* 15. *lib.* 3. Thuscus *litter. E. concl.* 485. *n.* 15. *&* 41. Joan. de Imola *consil.* 127. *n.* 3. Felinus *in cap. postulasti* 14. *num.* 11. *in fin. vers. Si Judex coram, de foro compet. & in cap. de cætero* 5. *n.* 4. *in fin. de sentent. & re jud.* Socin. *consil.* 83. *n.* 23. *lib.* 4. Barbos. *in l. si Prætor* 75. *in princ. ex n.* 48. *ad* 51. *& in §. Marcellus, n.* 63. *ff. de judiciis*, Scaccia *de appellat. q.* 17. *limit.* 10. *n.* 10. 38. *&* 51. *in fin.* Farinac. *in prax. crim. q.* 97. *n.* 77. Quamvis non ita clarè, nam dicit, posse in Judicem in eo casu delegare brachium, non dicit posse pronuntiare super nullitate.

19 Ex prædictis infertur utilis resolutio frequentissimæ quæstionis, utrum tertius oppositor possit se opponere executioni sententiæ, vel instrumenti coram Judice requisito, aut executore, & an eo casu Judex requisitus, seu executor debeat processum oppositionis instruere, & remittere ad Judicem requirentem, seu principalem; an verò potius possit causam oppositionis definire? quam quæstionem expressius tractarunt Doctores Hispani statim referendi.

20 Supposito autem tanquam vero, & indubitato, posse tertium, qui se opponit executioni, proponere oppositionem suam coram Judice requisito, aut executore, & ab eo audiri, & de exceptionibus ejusdem oppositis contra executionem ab eo cognosci, juxta latius tradita à Menochio *de arbitrariis, lib.* 1. *d. q.* 38. & dicta supra, distinguendi sunt duo casus. Primus est, quando tertius se opponens executioni allegat, se possidere bona, in quibus à Judice requi-

qui-

quisito, seu executore facta est executio, & sic esse executum in bonis alienis, non propriis debitoris condemnati. Et hoc casu poterit Judex requisitus, non solum de oppositione cognoscere, sed eam etiam decidere, & definire, neque opus est remittere causam ad Judicem requirentem. Ratio est, quia ista exceptio non impugnat sententiam, neque ei adversatur, sed illam quasi modificat. Circa similes verò exceptiones, non solum potest Judex requisitus cognoscere, sed illas etiam definire, & sententiam proferre, ut dixi *supra n.* 14. & sic frustra haberetur recursus ad Judicem requirentem longissimè fortasis distantem, cum maximo oppositoris dispendio, qui neque Judici requirenti subditus est, nec se illi subjecit, aut submisit. Ita sentit Zasius *in dict. l. à Divo Pio, §. sententiam, n. 5. vers. Et ita de similibus casibus. ff. de re judic.* Menoch. *d. q. 38. n. 8.* Covarr. *pract. qq. cap. 16. n. 5.* (Larrea *dec. 82. ex n. 4.* Salgad. *de Reg. protect. p. 4. cap. 6. n. 75.*) Paz *in prax. 1. tom. 4. p. cap. 4. n. 6. vers. Adverte etiam,* qui dicit se sic semel, & iterum in praxi obtinuisse, qui duo solum loquuntur de hoc casu. Ignat. Villar *in sylva responsorum, lib. 2. responso 16. cap. 4. n. 20.* Peguera *decis. 8. ex n. 3. 2. p.* Cancer. *variar. resolut. 2. p. cap. 2. n. 246. vers. Quæro 28. & n. 247.* & Azevedus *in l. 6. n. 6. ex versic.* ibi: *Hagalo executar, cum n. 7. & 8. tit. 17. lib. 4. Recopil.* qui generaliter loquitur de omnibus exceptionibus allegatis à tertio oppositore coram Judice requisito, etiam de nullitate, quarum omnium definitionem credit ab eo fieri posse, de quo statim dicemus, Covarruv. censet, hoc probari ex textu *in d. l. à Divo Pio, §. si super rebus,* cum quo convenit *l. 3. tit. 27. p. 3.* ubi executori conceditur, ut possit decidere controversiam ortam super pignore capto in causam judicati, & Judici requisito id concedit Bart. *in d. l. à Divo Pio, in princ. n. 6.*

21 Secundus casus est, cùm tertius opponit, & allegat exceptiones tangentes sententiam, & causam principalem, ut si allegaret nullitatem sententiæ, vel instrumenti, vel diceret, se esse præferendum ei, pro quo sententia lata est, & qui impetravit litteras hortatorias ad Judicem requisitum pro facienda executione, seu commissionem datam executori, & sic iste tertius oppositor prætenderet habere priorem, vel potiorem hypothecam in rebus debitoris, quam litis victor apud requirentem. Quamvis enim iste oppositor tertius non impugnet directo sententiam latam pro victore, per indirectum ei adversatur, quatenus contendit, non potuisse justè ferri, si ipse opportunius coram requirente comparuisset, & quod consequens est, ista exceptio tangit causam principalem, in qua tractatum est, an debeatur, & cui debeatur, iste autem oppositor contendit sibi deberi, & deberi sibi cum prælatione alterius, quæ quæstio non venit in examinatione executionis, ut rectè docuit Bartolus *in l. cùm fideicommissum 7. n. 3. ff. de confessis.* Et hoc casu censeo, Judicem requisitum, aut executorem posse cognoscere de oppositione, non ut eam definiat, sed ut processum instructum remittat ad Judicem requirentem, aut principalem, ut illum definiat, & causam oppositionis decidat. Ad eundem enim Judicem pertinet agere de concursu creditorum, qui reum habentem plures creditores condemnavit, & constituere quemlibet in suo loco, & gradu respectu bonorum debitoris, ex quibus sunt satisfaciendi. Non enim debet dividi continentia concursus plurium creditorum, *l. 1. & 2. ff. de quibus reb. ad eundem jud. eatur, l. nulli, C. de judiciis,* dixi latè supra, *tit. 2. disput. 2. n. 1. & 5.* Quæ resolutio prædicti secundi casus colligitur ex dictis supra *num. 12. & 15.* ubi diximus, exceptiones tangentes causam principalem, aut impugnantes sententiam, & illi adversantes, non esse decidendas à Judice requisito, sed earum diffinitionem remittendam esse instructo processu ad requirentem, quidquid contrarium, sine fundamento asseruerit Azevedus, qui loquitur contra communem sententiam Doctorum, ut vidimus supra. Et hanc nostram sententiam amplectuntur Peguera *dict. decis. 8. n. 6. & 7. 2. p.* & Ignat. Villar *dict.*

resp-

reſponſo 16. cap.4.n.20. (Conſonat Larrea *d.deciſ.82. n.3. & 9.*)

SUMMA DISPUTATIONIS XVIII.

1 *NOn poteſt fieri executio in publico ſtipendio Officialis, ſicut nec in ſtipendio militum, niſi in ſubſidium deficientibus aliis bonis.*

2 *Cenſendum eſt deficere alia bona, cùm commodè capi non poſſunt.*

Non eſt cenſendus idoneus, qui poſsidet bona extra locum judicii, ibid.

3 *Cùm ſit executio in ſtipendio Officialis ob defectum aliorum bonorum, debet ei relinqui tanta pars illius, quanta ſufficiat ad illius victum, & alimenta.*

4 *Medietas ſtipendii relinquitur Officiali, præſuppoſito, eſſe illi ſtatutum ſalarium, ut jura ſtatuunt.*

Salarium ſic debet conſtitui Officiali, ut poſt alimenta, & ordinarias impenſas aliquid ſuperſit quotannis, quod in area reponat, quo ſit ſuæ ſenectuti, vel poſteritati conſultum, ibid.

Salaria nunc Officialibus conſtituta non ſufficiunt ad congrua alimenta, ibid.

DISPUTATIO XVIII.

Utrùm executio poſsit fieri contra Officialem publicum in ſtipendio, vel ſalario?

1 DIco primo. Non poteſt fieri executio in publico ſtipendio, vel ſalario Officialis, ſicuti neque in ſtipendio militum; niſi in ſubſidium deficientibus aliis bonis, ex quibus poſsit creditori ſatisfieri. Probatur ex text. *in l.commodis* 40. juxta communem intellectum, *ff.de re jud.* ubi Bart. Angel. Cuman. Paulus, Alexand. Jaſon, *& in l.ſtipendia 4. C.de execut.rei judic.* ubi Bald. Salicet. Fulgoſ. Idem probat text. *in l.ſpem 5. C.quæ res pign.oblig. poſſ.* ubi Cynus, & cum jure communi convenit jus Caſtellæ *in l.3. tit.27. p.3.* ubi notat Gregorius, *gloſſ.6. &* 8. Ripa *in l.obligatione, n.43. ff.de pignor.* Joann. de Platea *in l.per hanc divinam 16. aliàs l.jubemus per hanc, §. ſi qua tamen, n.1. C. de erogatione milit.annon. lib.12.* Maranta *in ſpeculo aureo, p.6. tit.de execut. n.44. &* 45. Connanus *commentar.juris civilis, lib.4.cap.8.n.9.* Cavedus *deciſ.8.n.32. 1.p.* Dueñas *litt.E. regul.275.limit.4.* Colerus *de proceſsib.execut.part.2.cap.3. ex n.144.* Aſinius *in praxi judiciorum, §.31.cap.2.limitat.35.* Mozius *de contractibus, tract.de pignor. tit.de rebus, quæ pignori dari poſſunt.ex n.28.* Larrea *deciſ.85.n.3.circa fin.p.2.* Et communiter extendunt Doctores prædicti, quod ſtatuitur de ſtipendiis militum, & Officialium, ut ſimiliter intelligatur de ſalariis Doctorum legentium, de redditibus beneficiorum, de redditibus feudorum.

2 Notat tamen egregiè, & ſingulariter Cumanus *in d.l.commodis*, tunc cenſendum eſſe deficere alia bona, in quibus fiat executio, quando commodè capi non poſſunt, quia ſunt valdè remota, quamvis alibi extent. Quod confirmatur ex optima animadverſione Baldi *in l.ſciendum 15. n.7. verſic. Extra gloſſam quæro, ff. qui ſatisdare cogantur.* Ubi ait, quem non ex eo cenſeri idoneum, quòd poſsideat immobilia extra locum judicii: & quod cenſetur excuſsio legitimè facta, licèt non ſit facta de bonis extra territorium, & quemadmodum reus habens domicilium extra locum judicii, & ab illo abſens excutiendus non eſt, nè poſſit agi contra fidejuſſorem, *juxta Authent. præſente, C. de fidejuſſor.* ita neque res extra locum judicii ſitæ excutiendæ ſunt, ſumpto argumento de perſonis ad res: idem repetit *in l.ſi ego 42.§.ſed ſi cum ſcio, n.8. ff. ſi cert. petat.* ubi ait, ſi ſcholaris de Alemania ſtudens Peruſii daret Peruſii fidejuſſorem, etiam ſi prædictus Scholaris in ſuo domicilio eſſet idoneus, & ſolvendo, ſi Peruſii ubi agitur, nihil habeat, poſſe deveniri ad fidejuſſorem, non excuſſo reo principali in ſua patria, quia ubi exactio non eſt facilis, ſed conventio eſt difficilis, reus non dicitur idoneus. Conſentit Alexander *conſil.84.n.12. lib.3.* Hippolytus de Marſiliis *ſingul.220. fidejuſſor. n.3.* Anton. Gabriel *lib.3. communium, tit.de fidejuſſor. concl.*

concl. 1. *n.* 61. *limitat.* 8. Quæ doctrina planè coadjuvatur ex textu *in l.* 1. *ff. ſi quis in jus vocatus non jerit.* Ubi ſi quis dat fidejuſſorem, non ſuppoſitum juriſdictioni illius Judicis, ad quem vocatus eſt, habetur fidejuſſor pro non dato. Ergo ſimiliter qui habet bona non ſubjecta juriſdictioni Judicis, qui de cauſa cogniturus eſt, habebitur pro non idoneo, & non habente bona, argumento de perſonis ad res, quo utitur Bald. *prædictis locis*, & de quo Everardus *in locis legalibus*, *loco* 84. & Auguſt. Barb. *loco* 83. *n.* 1.

3 Dico ſecundo, cùm executio facienda eſt in ſtipendio, vel ſalario Officialis publici ob defectum aliorum bonorum, debet eidem dimitti tanta pars ſtipendii, vel ſalarii, quanta ſufficiat ad ejus victum, & alimenta. Idem dicendum eſt de milite, beneficiario, feudatario, vel Doctore legente. Ita ſentiunt *in l. ſpem* 5. *C. quæ res pignor. obligat. poſſ.* Cynus, Baldus, Angel. Salicet. Jaſon *in d. l. commodis*, *n.* 2. Ripa *in d. l. obligatione*, *n.* 43. *ff. de pignor. & in l. miles* 6. *n.* 8. *ff. de re jud.* idem Baldus *in cap. contingit* 9. *n.* 28. *de dolo, & contum.* Gregor. Lopez *in l.* 3. *tit.* 27. *p.* 3. *gloſſ.* 8. Boerius *dec.* 226. *num.* 3. Additio ad Capellam Tholoſanam *dec.* 246. *n.* 5. Rebuff. *de privileg. ſcholaſticor. n.* 223. *privil.* 112. Lara *in l. ſi quis à liberis*, §. *ſolent*, *ex n.* 33. *ff. de liber. agnoſcen.* Parlad. *lib.* 2. *rer. quotidian. cap. fin.* 5. *p.* §. 3. *n.* 32. *in fin.* Hævia Volaño *in Curia Philipp.* 2. *p.* §. 16. *n.* 11. & 12. Villadiego *in Politica*, *cap.* 2. *n.* 79. Ratio hujus concluſionis eſt, nè Officialis, miles, feudatarius, Clericus ſubtrahantur à miniſterio publico, Regio, vel Eccleſiæ, ſi illis deſint alimenta. Etenim operari, ſervire, & laborare non poteſt, qui non manducat, quemadmodum manducare non debet qui non operatur, & non laborat, juxta Paulum 2. ad Theſſalonicenſ. *cap.* 3. *n.* 10. Item ſecundò, nè Officialis, miles, feudatarius, Clericus cogantur mendicare cum dedecore, & opprobrio ſui miniſterii, & officii. Ideò Salicet. poſt Baldum, ait, dimitti Officiali hanc ſtipendii partem ob reverentiam debitam Reipublicæ, Clero verò ob reverentiam debitam Eccleſiæ. Juxta quam concluſionem vidi factam eſſe deciſionem in Supremo Indiarum Conſilio die 31. Auguſti 1621. circa executionem factam in ſalario cujuſdam Officialis Regii Provinciæ, quam vocant *Honduras*, cum dimiſſa eſt medietas ſtipendii pro victu. Ego item in hoc Regno ſic judicavi, & practicavi in executione facta in ſtipendio cujuſdam militis, ex iis, quos vocant, *Entretenidos*, nam ſimiliter juſſi ſequeſtrari medietatem ſtipendii, altera medietate illi dimiſſa, ut viveret.

4 Oportet tamen animadvertere, praxim, & taxationem iſtam quantitatis ſtipendii, quę relinquenda eſt Officiali pro victu, videlicet, ut dimittatur illi medietas ſtipendii, quando fit executio in ſalario ob defectum aliorum bonorum, præſupponere, conſtitutum eſſe ſtipendium juxta normam, & modum, quem in ejus conſtitutione ſervandum eſſe à Rege, vel Republica ſtatuunt jura, & notant Doctores. Videlicet, ut tanta ſit quantitas ſalarii, ſeu ſtipendii à Principe, vel Republica aſsignati Officiali, ut poſt alimenta, & ordinarias impenſas, aliquid ſuperſit quotannis, quod in arca reponat, quò ſit ſuæ ſenectuti, vel poſteritati proſpectum: id enim operarii quantumvis viles, dietim etiam operas ſuas locantes ſolent acquirere, & lucrari. Iniquum verò eſſet, Officiales publicos eſſe deterioris conditionis, quam viles operarios, & quoſvis mechanicos artifices. Ita videtur ſtatuere, *l. per hanc* 7. §. *ſexcenti*, *C. de advocatis diverſorum judicum.* Facit *l. jus alimentorum* 3. *in princ. verſic. Modum*, *ff. ubi pupill. educar. debeat.* Notant Menoch. *de arbitrariis*, *lib.* 2. *cent.* 6. *caſu* 514. *ex n.* 10. Maſtrill. *de magiſtrat. lib.* 1. *cap.* 21. *ex n.* 14. Illud enim, quod ſupereſſet in arca reponendum, poſſet, & deberet ſolvi creditoribus. Nam qui creditores habet, aliquid incommoditatis pati debet, & arctare ſe, ut illis ſatisfaciat, neque æquum eſt, ut condat pecuniam, aſſervans ſibi quod creditoribus abeſt. At nunc ſalaria non aſcendunt ad congrua alimenta; neque ſufficiunt ad victum ferè, juxta neceſsitatem naturalem,

UAB Biblioteca de Ciències Socials

nedum juxta decus, & honestatem dignitatibus debitam, tantum abest, ut supersit quod reponatur in arca, & opus est semper aliunde suppleri indigentias. Præsertim cùm stipendia, nec talia, qualia sunt solvantur in hoc Regno Ministris suis temporibus, nisi tardè, & cum maxima difficultate, quasi gratis darentur, ex quo fit, ut multo minus ad victum sufficiant, cùm ex eo non parum excrescant impendia. Quæ omnia expendere debet Judex, qui executionem jubet fieri in stipendio Officialis, nè reddat eum inhabilem ad serviendum, exercendumque suum ministerium. *Pauperibus vates ego sum, quia pauper amavi*, dicebat Ovidius.

SUMMA DISPUTATIONIS XIX.

1 *Distinguuntur diversi casus ad quæstionis dissolutionem.*

2 *Pro debito viri contracto ante matrimonium non potest fieri executio in bonis dotalibus aut eorum fructibus, nisi quatenus supersit satisfactis oneribus matrimonii.*

3 *Nemo obligatur ex alterius contractu.*

4 *Fructus dotis pertinent ad maritum.*

5 *Pro debito viri contracto constante matrimonio, non potest fieri executio in bonis dotalibus, aut eorum fructibus, nisi quatenus supersit de oneribus matrimonii.*

6 *Contractu debito ex mala administratione primipilatus, fit executio in bonis dotalibus uxoris.*

7 *In rebus extradotalibus pro simili debito, non potest fieri executio.*

8 *Debitum contractum pro sustinendis oneribus matrimonii deficientibus aliis bonis viri solvendum est ex bonis dotalibus.*

9 *Pro debito uxoris contracto ante matrimonium potest fieri executio in bonis dotalibus in subsidium.*

10 *Cùm potest satisfieri debito sine damno alterius creditoris, vitandum est damnum alterius, & exempla.*

11 *Pro debito uxoris contracto ante matrimonium, non fit executio in fructibus bonorum dotalium.*

Fructus dotis pertinent ad maritum me-

trimonio constante, ibidem.

12 *Pro debito uxoris legitimè contracto constante matrimonio, non potest fieri executio in bonis dotalibus, aut eorum fructibus, posset tamen fieri in parafernalibus.*

13 *Mulier juxta jura multarum provinciarum non potest contrahere sine consensu, & licentia mariti.*

Si maritus renuit præstare consensum potest cogi à Judice ad illum præstandum, aut Judex potest illum præstare, ibid.

14 *Mulier non potest contrahendo præjudicare marito.*

Optima cautela pro marito dante licentiam uxori ad contrahendum, nè sibi præjudicet, ibidem.

15 *Debitum uxoris ex ejus bonis solvendum est: bona parafernalia sunt uxoris.*

16 *Uxor per delictum non potest præjudicare marito.*

Qui non potest contrahendo præjudicare alteri, non potest etiam delinquendo, ibid.

17 *Hoc non procedit in quinque delictis relatis* in l. quinque legib. ff. de bon. damnat.

18 *Limitatur quoque de jure Castellæ.*

19 *Pro debito communi viri, & uxoris non potest fieri executio in rebus dotalibus insolidum.*

20 *Pro debito communi viri, & uxoris non potest fieri executio insolidum in fructibus rerum dotalium.*

21 *In subsidium fiet executio in dote pro parte debiti ad uxorem pertinente.*

22 *Stante statuto de societate bonorum lucratorum constante matrimonio ex lucris solvuntur debita communia viri, & uxoris, ubi quid servetur in Castella.*

23 *Si mulier renuntiet lucris non est obligata ad solutionem debitorum contractorum à marito, constante matrimonio, & limitatur.*

DISPUTATIO XIX.

Utrum executio possit fieri in bonis dotalibus, aut eorum fructibus constante matrimonio?

1 DEbitum conjugatorum, aut contractum est à viro, aut uxore,

aut utroque & ab illis, aut ante matrimonium, aut illo constante, quæ distinctio ad quæstionis hujus dissolutionem præmittenda fuit necessario.

2 Dico primò, pro debito viri contracto ante matrimonium non potest fieri executio in bonis dotalibus uxoris, neque in eorum fructibus: nisi quatenus supersint post supportata onera matrimonii, & ea excesserint. Ita sentiunt Bart. *in l. à Divo Pio* 15. *§. exequuntur itaque*, Angel. *ibi*, *in §. in venditione*, *n.* 3. Imola *n.* 12. Paulus *n.* 3. Alex. *n.* 26. *&* 27. Jason *n.* 20. *ff. de re judicata*, Bald. *in l. ob maritorum* 2. *ex principio*, Salicet. *n.* 1. *C. ne uxor pro marito*, *idem* Salicet. *in l. cùm tibi* 10. *n.* 3. *C. qui potiores in pign. habean.* Marant. *in praxi*, *part.* 6. *tit. de executione*, *n.* 52. *&* 53. ubi tradit limitationem, Gamma *decis.* 200. *ex n.* 1. *& decis.* 366. *ex n.* 6. Franch. *decis.* 617. Cavalc. *decis.* 31. *n.* 43. 1. *part.* Riccius *collect.* 1448. Barbos. *in l. si constante* 25. *in princ. n.* 47. *ff. solut. matrimon.* Azeved. *in l.* 9. *n.* 20. *tit.* 9. *lib.* 5. *Recop.* Matienzus *in l.* 7. *tit.* 3. *gloss.* 1. *n.* 2. *& in l.* 3. *tit.* 9. *gloss.* 7. *n.* 3. *lib.* 3. *Recop.* Antonius de Amato *variar. resolut. lib.* 2. *resolut.* 83. *ex n.* 4.

3 Probatur apertè ex *l.* 1. *ob maritorum* 2. *l. cùm te possessiones* 3. *C. ne uxor pro marito.* Certissimum enim est, ex alterius contractu neminem obligari. In fructibus verò quatenus sunt necessarii ad alimenta uxoris, executionem fieri non posse, ex eo constat, quia manifestum esset uxoris præjudicium, si illa caritura esset alimentis, dum fructus suæ dotis ad ea deputari, *l. pro oneribus* 20. *C. de jur. dot.* in solvendis debitis mariti consumerentur, quod planè statuitur in *l. ubi adhuc* 29. *C. eod. tit.*

4 Posse verò pro debito mariti fieri executionem in fructibus excedentibus onera matrimonii, & qui supersunt illis impletis, ut inde satisfiat mariti creditoribus, probatur, quia fructus dotis ad maritum pertinent, & sunt bona ejusdem postea quæsita, *l. dotis fructus* 8. *in princip.* cum concordantibus allegatis *in glossa ibi*, *ff. de jur. dot.* Antonius de Amato *d. resol.* 83. *ex n.* 1. qui pluribus refert. Ergo in eisdem fructibus, ut in bonis mariti potest fieri executio pro ejus debitis, hic autem cessat uxoris præjudicium, cùm præsupponamus, supereresse post onera, & illa excedere, qui ex consequenti lucro creditorum illius cedere debent, ut significat textus *in d. l. ubi adhuc in fin.* & docet Bart. *in l. si constante* 25. *in princ. n.* 104. Cumanus *n.* 3. *ad fin.* Alexand. *n.* 38. Barbosa *n.* 47. *ff. solut. matrim.* Joannes Lupus *in repet. cap. per vestras*, *§.* 20. *ex n.* 2. (*& notabili* 3. *in princ. n.* 4.) *de donat. inter*, Surdus *de aliment. tit.* 1. *q.* 35. *n.* 5. *&* 6. *& q.* 36. *n.* 12. *&* 13. Fontanell. *de pact. nuptialib. tom.* 2. *claus.* 6. *glossa* 2. *p.* 2. *n.* 20. *cum seqq.* Giurba *decis.* 16. *n.* 18. Franchis *decis.* 617. *n.* 2. Molfesius *ad consuet. Neapolitan. tom.* 1. *p.* 6. *q.* 5. *n.* 31. *& consil.* 11. *n.* 42. Amato *ubi supra*, *ex num.* 7. qui etiam loquuntur de casu, quo uxor est assecurata de sua dote super bonis mariti vergentis ad inopiam, & tunc etiam dicunt, fructus bonorum dotalium, qui supersunt satisfactis oneribus matrimonialibus, cedere lucro mariti, & creditorum ejus, quidquid contrarium astruere conetur Lara *in l. si quis à liberis*, *§. si quis ex his*, *ex n.* 269. *ff. de liber. agnosc.*

5 Dico secundò, pro debito viri contracto constante matrimonio, non potest fieri executio in rebus dotalibus, neque in earum fructibus, quatenus sunt necessarii ad sustinenda onera matrimonii. Verùm si supereressent fructus de oneribus matrimonii, in eis, ut in bonis viri, posset fieri executio. Ita sentiunt Antonius Gomez *in l.* 78. *Tauri. n.* 4. *in fin.* Thesaurus *q. forens. lib.* 4. *q.* 3. Gamma *decis.* 200. Barbosa *in d. l. si constante in princ. d. n.* 47. *ff. soluto matrim.* Hæc conclusio probatur eisdem textibus, & rationibus, quibus præcedens.

6 Limita eam primò, si debitum contractum sit ex mala administratione primipilatus, nam pro debito potest fieri executio in bonis dotalibus uxoris, prævia excussione in bonis mariti, *l. satis* 4. *C. in quibus caus. pignus tacit. contrah.* ubi notat Bald. *n.* 3. Salic. *n.* 3. Bart. Angelus, & Paulus *ubi supra*, Joannes de Platea *in l. uxorem* 11. *C. de decurionib. lib.* 10. Peregrinus *de jure fis-*

fiſci, lib. 6. tit. 6. n. 42. & ibi n. 43. declarat, qui dicantur primipilarii, Capic. *deciſ. 129.* & vide bonam remiſsionem apud D. Joan. Solorzanum *de jure Indiarium, tom. 2. lib. 5. cap. unico, n. 129.* & Corraſium *miſcellaneorum, lib. 5. cap. 4.* Juſtum Lipſium *de malitia Romana, lib. 2. Dialogo* 8. Uvolfangum Latium *commentarior. Reipublicæ Romanæ, lib. 8. cap. 17. pag. 137. verb. Pilum.*

7 Sublimita prædictam limitationem, ut in rebus extradotalibus uxori propriis pro ſimili debito non poſsit fieri executio, *l. 1. C. de privil. fiſci,* ubi Bart. *n. 1.*

8 Limita ſecundò, ſi debitum viri contractum ſit pro ſuſtinendis oneribus matrimonii, ut alendis liberis, aut uxore, nam ſolvendum eſt ex bonis dotalibus, aut eorum fructibus, ſi deſunt alia bona viri, ſalvo jure uxori pro recuperanda à marito integra ſua dote tempore ſoluti matrimonii, aut aſſecuranda eo conſtante in caſu vergentiæ ad inopiam. Ita ſentit Joannes de Platea *in d. l. uxorem in fin.* argumento doctrinæ Bartoli *in l. his ſolis* 49. *n. 3. ff. de condit. indebit.* ubi ait, ſi quis det mutuam pecuniam pauperi, & exiſtenti non ſolvendo, qui ex pecunia alimentavit filios, poſſe agere contra filios, qui habent fortè res maternas, quem ſequutus eſt *ibi,* Angelus *n. 1.* Romanus *ſingular. 213.* Cremenſis *ſingulari 37.* Cepola *cautela 246.* Joannes Lupus *in repet. Rub. de donat. inter, §. 66. n. 5. & 6. & in l. 61. Tauri, n. 11.* Caſtillo *ibidem, gloſſ. in verb. Veſtir, y comer,* Gamma *deciſ. 366. ex n. 6.* Carrocius *deciſ. 128.* Surdus *conſ. 420. ex n. 1. lib. 3. & de alimentis, tit. 8. privil. 48. ex n. 5.* Matienzus *in l. 3. tit. 9. lib. 5. Recop. gloſſ. 7. n. 5.* Barboſa *ubi ſupra n. 52.* Baeza *de inope debitore, cap. 1. n. 53. & 54.* Didacus Perez *in additione ad Seguram in repet. l. 3. §. fin. n. 75. ff. de lib. & poſth.* Collantes *in pragmat. rei frument. lib. 1. cap. 16. n. 5.* Azeved. *in l. 9. ex n. 30. tit. 3. lib. 5. Recop.* Cevall. *in ſpec. practicar. tom. 4. q. 900. ex n. 41.* Thuſcus *litt. A. concluſ. 289. n. 67.* Sanchez *de matrimonio, lib. 9. diſput. 4. ex n. 28.* & copiosè allegat Flores Diaz de Mena ad Gammam *deciſ. 186.* Ratio eſt, quia dos debet deſervire pro oneribus matrimonii, *l. pro oneribus, C. de jur. dot.* Ergo ſi quis agnoſcat matrimonii onera loco dotis, debet ex ea repetere quod expendit, quaſi geſſerit ejus negotium.

9 Dico tertiò, pro debito uxoris contracto ante matrimonium poteſt fieri executio in bonis dotalibus in ſubſidium, & in defectu aliorum bonorum extradotalium, aut paraphernalium. Ita ſentiunt Albericus *de ſtatutis, 2. p. q. 60. & 3. p. q. 4.* Guido Papæ *deciſ. 447. n. 1. & 2.* Capic. *deciſ. 128. n. 5. & ibi additio 1.* Franchis *deciſ. 636.* Cartarius *deciſ. 34. n. 7. & 8.* Hieron. de Leo *deciſ. 50. ex n. 6.* Caſtillo *deciſ. 97. lib. 1.* Anton. Faber. *lib. 4. Codicis, tit. 8. diffinit. 1.* Carroc. *de exception. ſeu remediis contra præjudiciales ſententias, exceptione 104. n. 4.* amicus noſter D. Riccius *collect. 1448.* Coſta *de remed. ſubſidiariis, remed. 94. n. 1.* Henricus Boverius *ſingular. 70. n. 15.* Ponte *de poteſt. Proregis, tit. 10. §. 1. tit. de decret. Collateralis Conſilii, n. 2.* Ratio eſt primò, quia bona dotalia tranſeunt cum ſua cauſa, *l. mulier bona 73. ff. de jure dot.* & ſic in ſubſidium fit executio in bonis dotalibus pro debito, cui ſunt obligata, ut notat *gloſſ. verb. Fundum reddat in l. Titia 63. ff. eod. tit. & ibi* Alberic. *n. 2.* Secundo deinde, quia debitum ſolvendum eſt ex bonis debitoris, quæ capiuntur pro ſatisfaciendis creditoribus, *l. à Divo Pio 15. per totam, ff. de re judicat. l. 1. l. 2. l. 3. C. de execut. rei judic.* Ergo debitum uxoris contractum ante matrimonium ſolvendum eſt ex bonis uxoris. Si igitur nulla alia habeat præter bona dotalia, ex ipſis debet ſatisfieri creditori. Non enim erat permittendum, mulierem nubendo poſſe fraudare ſuos creditores. Hoc quidem, ſi in bonis dotalibus contracta fuiſſet hypotheca, quod ſi actio perſonalis intentatur contra mulierem, quæ omnia bona ſua in dotem dederit, quę actio ante matrimonium quæſita fuerit, poterit agi contra maritum in ſubſidium, tanquam contra poſſidentem res uxoris. Qui poterit duobus modis ſe eximere. Primò, ſi patiatur, fieri executionem in rebus dotalibus quoad proprietatem, ſalvo uſufructu ſibi debito. Se-

cundò, si juratoriam cautionem sinat exigi ab uxore per creditorem de solvendo ære alieno soluto matrimonio, ut rectè notarunt Guido Papæ, Costa, & Riccius *ubi supra*. Ego existimarem, non permittendam hanc fraudem, & tam dilatam creditoris satisfactionem, sed statim procedendum ad celerem debiti solutionem ex bonis mulieris dotalibus.

10 Quòd verò hæc executio debiti sub hypotheca præcedentis matrimonium, in bonis dotalibus in subsidium facienda sit, aliis bonis non existentibus, ex eo constat, quia ubi potest debitum satisfieri ex aliis bonis, æquum est, nè marito sustinenti onera matrimonii in dote accepta fiat præjudicium, argumento *Authen. hoc si debitor, C. de pignor.* Item quia ob eandem æquitatem statutum est, ut creditor prius excutiat pignus specialiter obligatum, quàm agat contra possidentes pignora obligata generaliter, *l.* 2. *C. de pignor.* Tandem, quoniam liberum illud arbitrium, quod conceditur creditori ad vendenda debitoris bona, quo sibi satisfiat, juxta suam electionem, restringendum est, quando aliis creditoribus ejusdem debitoris exinde resultaret præjudicium, & commodè posset creditor, qui electionem prætendit, ex aliquibus bonis satisfieri, sine aliorum damno, ut circa text. *in l. creditoris arbitrio* 8. *ff. de distract. pign.* quo nititur primus creditor adnotarunt Bartol. *ibi*, & Salicet. *n.* 2. Angel. *in princip.* Minad. *decis.* 13. Marta *decis.* 130. Joannes Vincentius de Anna, *allegation.* 141. Riccius *collectan.* 482. Roderic. Suarez *in l. quoniam in prioribus, ampliatione* 11. *n.* 13. *C. de inofficios. testamen.*

11 Attamen hæc executio pro debito uxoris contracto ante matrimonium, non potest fieri in fructibus rerum dotalium, quia fructus dotis pertinent ad maritum matrimonio constante, *l. dotis fructus* 8. *ff. de jure dot. l. pro oneribus* 20. *C. eodem tit.* Amato qui plurimos allegat *lib.* 2. *variar. resolut. resolutione* 83. *ex n.* 1. In rebus autem mariti pro debito uxoris executio fieri non potest, quemadmodum è contra, neque in rebus uxoris pro debito mariti, *Rubric. & per totum, C. ne uxor pro marito, vel maritus pro uxore*, unus enim pro alterius debito non obligatur.

12 Dico quartò, pro debito uxoris legitimè contracto constante matrimonio non potest fieri executio in bonis dotalibus, aut eorum fructibus, posset tamen fieri in parafernalibus. Primam conclusionis partem tradunt Guido Papæ *d. decis.* 447. *n.* 2. Cartar. *decis.* 34. *n.* 9. Faber. *lib.* 4. *C. tit.* 8. *definit.* 1. Riccius *collect.* 386. *& collectan.* 1448. Peregrin. *de jure fisci, lib.* 5. *tit.* 1. *n.* 118. Thesaurus *lib.* 4. *q. forens. q.* 3. Syntagmat. *commun. opin. lib.* 7. *tit.* 15. *n.* 56. Amatus *lib.* 1. *variar. resolut. resolut.* 45. *n.* 24.

13 Dixi *pro debito legitimè contracto*, quoniam uxor constante matrimonio, juxta statuta multarum Provinciarum non potest contrahere sine consensu, & licentia mariti, ut testatur Tiraquel. *in leges connubiales, gloss.* 4. *ex n.* 12. *& gloss.* 5. *&* 8. *ex n.* 1. *& ibi, n.* 4. refert diversa ejusmodi statuta, Cassanæus *in consuetud.* Burgund. *Rubric.* 4. §. 1. etiamsi de jure civili contrarium statuebatur, ut notat Tiraquel. *in d. gloss.* 8. *n.* 5. Id statuitur de jure Castellæ *in l.* 1. *& 2. tit.* 3. *lib.* 5. *Recop. quæ erant l.* 54. *&* 55. *Tauri*, quibus decernitur, nè mulier nupta possit sine licentia mariti contrahere, & notant Doctores Hispan. Joan. Lupus *in repetit. Rubric. de donation. inter,* §. 68. *ex num.* 1. Roderic. Suarez *in l.* 13. *Titulo de las deudas, lib.* 3. *fori*, Menchaca *q. usufrequentium, lib.* 1. *cap.* 10. *ex n.* 1. *& cap.* 11. 12. *&* 13. Baeza *de non meliorand. cap.* 11. *ex n.* 48. Lara *in l. si quis à liberis,* §. *ex his, ex n.* 266. *ff. de liber. agnoscend.* præter Scribentes ad eas leges. *Et in l.* 4. *&* 6. *eod. tit.* 3. *lib.* 5. *Recop. quæ sunt l.* 57. *&* 59. *Tauri*, conceditur Judici, ut possit cum causæ cognitione, aut compellere maritum renuentem ad dandam uxori licentiam contrahendi, aut si dare nolit, aut non possit propter absentiam, aut furorem ipse illam dare, quod procedit ex ratione à nobis tradita, *tit.* 1. *disp.* 2. *n.* 212. *& hoc eodem tit. disp.* 3. *n.* 31. Igitur, ut ad rem deveniamus, si contractus mulieris sit illegitimus,

&

& ſine licentia mariti in illis locis, in quibus licentia requiritur, nullam producit obligationem, imò neque illi poteſt accedere fidejuſſor, ut pluribus proſequitur Tiraquel. *ubi ſupra, d. gloſſ.* 4. & ſic dubium non eſt, pro tali contractu executionem fieri non poſſe. De iſto igitur contractu propoſita concluſio non agit, ſed de contractu legitimo facto cum licentia mariti, in quo verſatur difficultas.

14 Prædicta autem concluſio quoad primam partem probatur, qui mulier conſtante matrimonio contrahendo, etiamſi contractus ſit validus, quoad ſui præjudicium non poteſt nocere marito, eique præjudicare quoad dotem, & ejus fructus illi aſsignata pro oneribus matrimonii ſupportandis, *l. ſi prædium* 23. *C. de jure dot. l. conſtante* 21. *C. de donation.* cùm interea maritus ſit dominus dotis, *l. dote ancillam* 9. *C. de rei vendicat.* Neque dicas, præjudicare ſibi maritum, qui licentiam contrahendi dedit uxori, per quam reddito valido contractu poterit exequutioni mandari in rebus dotalibus, & earum fructibus, idque damnum ſibi maritum imputare debere, qui potuit licentiam non dare. Quoniam licentia ſe obligandi ſimpliciter uxori data à marito, cum habebit effectum, ut contractus valeat, ut illi poſsit accedere fidejuſſor, ut poſsit executioni mandari ſuper aliis rebus uxoris extradotalibus, & ipſi uxori operetur præjudicium, non verò, ut vir ipſe ſibi paret præjudicium, ad quem effectum producendum opus erat expreſſo conſenſu obligandi dotem, aut fructus ejus. Iſti enim effectus ſunt diverſi, & unus ex alio non infertur, & in renunciationibus juris proprii requiritur expreſsio, aut quod exprimatur aliquid, quod habeat neceſſariam conexionem, cum tacitè renunciato, ut dixi *tit.* 1. *diſput.* 2. *n.* 138. Idque quamvis non ita clarè notaſſe videtur Azevedus *in l.* 3. *n.* 6. *tit.* 3. *lib.* 5. *Recop.* qui allegat in eandem rem Cifuentes & Campegium. Facit doctrina Tiraquelli *in dicta gloſſ.* 5. *n.* 198. & nos inferius uberius explicabimus, *diſp.* 23. Eſſet autem optima cautela, ut dum vir uxori licentiam contrahendi concedit, explicet, id efficere citra ſui præjudicium quoad bona dotalia, & eorum fructus.

15 Quoad ſecundam verò partem, poſſe, inquam, fieri executionem pro debito mulieris in parafernalibus, videtur notum ex ipſis terminis. Nam debitum uxoris ex bonis ejus ſolvendum eſt, & in eis facienda eſt executio, ubi non verſatur præjudicium tertii, videlicet mariti. Bona autem parafernalia ſunt uxoris, nullo alligata vinculo in beneficium mariti. Ergo in illis poteſt fieri executio.

16 Amplia prædictam quartam concluſionem, ut procedat in debito ex delicto per uxorem perpetrato conſtante matrimonio, nam neque per delictum uxor poteſt præjudicare marito, neque condemnatio uxoris erit exequenda in bonis dotalibus, aut fructibus dotis conſtante matrimonio. Ratio eſt, quia qui contrahendo non poteſt alteri præjudicare, non poteſt eidem præjudicare delinquendo, *l. ſi filius* 3. *C. de bonis præſcript.* Antonius Gomez, *in l.* 40. *Tauri, n.* 91. *in princip.* Tiraquellus *in leges connubiales, gloſſ.* 5. *n.* 156. Molina *de primogeniis, lib.* 4. *cap.* 11. *n.* 7. *&* 18. Rojas *de ſucceſsionibus, cap.* 7. *n.* 60. Farinacius *in prax. crim. q.* 24. *n.* 5. *in fin.* Peregrinus *de jur. fiſci, lib.* 5. *tit.* 1. *n.* 90. *& ex n.* 99. cum plurimis omiſsis.

17 Sublimita primo prædictam ampliationem, ut non procedat in illis quinque delictis, quæ refert *l. quinque legibus* 3. *ff. de bon. damnat.* ob quorum condemnationes executionem patiuntur bona dotalia uxoris, nedum fructus eorum, qui text. probans hanc exceptionem firmat regulam in contrarium, *l. nam quod liquidè* 4. *§. ultim. ff. de pœn. legat.* cum vulgatis, notant Bartol. Bald. Angel. Paul. Alexand. Jaſ. & cæteri allegati *ſupr. n.* 2. Joan. Lupus *in l.* 78. *Tauri, n.* 1. Joan. Antonius de Nigris *ad Capitula Regni Neapolit. in cap. Item ſtatuimus, quòd ſi fortè* 133. *ex n.* 6.

18 Sublimita ſecundò, de jure Caſtellæ, juxta quod pro quolibet delicto commiſſo à muliere, pro quo ſit bonorum confiſcatio etiam extra illa quinque, aut etiam

con-

condemnatio pecuniaria, mulier patitur executionem in bonis dotalibus, & ea amittunt tàm uxor, quàm vir conſtante matrimonio. Ita ſtatuitur *in l. 78. Tauri*, quæ eſt, *l. 11. tit. 9. lib. 5. Recop.* ubi notat Azevedus *n. 5.* qui alios allegat, animadverterat Anton. Gomez *in d. l. 78. Tauri, num. 2.*

19 Dico quintò, pro debito communi viri, & uxoris non poteſt fieri executio in rebus doralibus inſolidum. Ita ſentiunt Baldus *in l. ob maritorum 2. n. 10. & 11.* Salicet. *n. 5. C. nè uxor pro marito*, Bald. Novellus *de dote, 7. part. privileg. 18.* Rebuffus *tom. 1. in conſtit. Regi tract. de litt. obligat. artic. 2. gloſſ. unica, n. 99.* Gamma *deciſ. 200.* Barboſa *in l. ſi conſtante 25. in princip. n. 49. & 50. ff. ſolut. matrim.* Ratio eſt, quia dos non poteſt alienari, etiam de conſenſu uxoris, *l. ſi prædium, C. de jure dot. l. 1. ff. de fund. dotal.* Ergo nec jure pignoris capi. Secundò, quoniam obligationis executio fieri debet in bonis debitorum. Ergo pro debito communi viri, & uxoris debet fieri executio in bonis communibus, res autem dotales non ſunt communes. Ergo in eis non debet fieri executio inſolidum pro debito communi.

20 Ex qua concluſione infertur, non poſſe etiam in fructibus rerum doralium fieri executionem pro debito communi inſolidum. Ratio eſt, quia fructus rerum dotalium ſunt mariti, & ad illum ſolum pertinent, *d. l. dotis fructus 8. in princ. ff. de jure dot. l. pro oneribus 20. C. eod. titul.* Ergo in eis non poterit fieri executio inſolidum pro debito communi viri, & uxoris.

21 In ſubſidium autem, & non exiſtentibus aliis bonis fiet executio in dote pro parte debiti ad uxorem pertinente, & in fructibus rerum dotalium pro parte debiti pertinente ad maritum. Probat textus *in l. omne æs alienum 27. ff. pro ſocio, l. cùm duo 2. l. eandem 9. §. cùm duo, l. reos 11. §. cum tabulis, ff. de duobus reis.* Melior text. de jure Caſtellæ *in l. 8. tit. 9. lib. 5. Recop.* notant Joannes Lupus *in Rubric. de donation. inter, §. 66. n. 2.* Gamma *deciſ. 86. n. 1. & deciſ. 366. num. 3.* Barboſa *ubi ſupr.* qui plures refert.

22 Limita prædictam illationem, ut non procedat in illis Provinciis, in quibus inter maritum, & uxorem contrahitur, ſimul cum matrimonio ſocietas bonorum, aut lucrorum quæſitorum conſtante matrimonio; nam in illis ex lucris conſtante matrimonio quæſitis, ac per conſequens ex fructibus ſolvenda ſunt debita communia, & in eis pro ejuſmodi debitis erit facienda inſolidum executio. Id obſervari debebit in Caſtella, ubi conjugibus acquiruntur pro medietate omnia bona conſtante matrimonio quæſita, inter quæ numerandi ſunt fructus bonorum dotalium, & aliorum quorumcunque, *juxta l. 2. 3. 4. 5. 6. & 8. tit. 9. lib. 5. Recop.* ad quas notant Azevedus, & Matienzus, & Tauriſtæ *in l. 14. & 15. Tauri*, Joannes Garcia *tractat. de conjugali acqueſtu ex n. 97. & ex n. 149.*

23 Declara prædictam limitationem, ut ſi mulier renuntiet lucris quæſitis conſtante matrimonio, non ſit obligata ad ſolutionem debitorum contractorum à marito conſtante matrimonio, ut ſtatuitur *in l. 60. Tauri*, quæ eſt *l. 9. tit. 9. lib. 5. Recop.* ad quam notarunt Matienzus, & Azeved. Joan. Lupus *in Rubric. de donation. inter, §. 66. n. 3.* Joannes Garcia *de conjugali acqueſtu, n. 148. cum ſequentibus, & n. 155. cum ſequentibus.* Hoc tamen debet intelligi de debitis à ſolo marito contractis, nam ſi debitum eſſet verè uxoris commune cum marito, non poſſet excuſari à ſolutione partis ipſam tangentis ob renunciationem lucrorum quæſitorum conſtante matrimonio.

SUMMA DISPUTATIONIS XX.

1 *Obligatio filii non eſt exequenda in jure, quod habet, ut alatur à patre.*

Jus alimentorum non poteſt cedi, nec vendi, nec jure pignoris capi, aut quovis modo in alium transferri, ibid.

2 *Illa non poſſunt cedi, quæ ad hæredes non tranſeunt.*

Jus alimentorum finitur morte, ibid.

3 *Quoties competit jus aliquod ratione alicujus qualitatis intranſmiſſibilis, illud in alium*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

alium transſmitti non poteſt.

Jus patroni ad alimenta percipienda ab Eccleſia non ceditur, ibid.

Jus prælationis, quod habet dominus directus in re emphyteutica, vel feudali non poteſt cedi, aut transferri non translato dominio directo, ibid.

Jus congrui non poteſt cedi, ſine dominio domus vicinæ, ibid.

Jus retractus ratione conſanguinitatis cedi non poteſt, ibid.

4 *Pro debito patris non poteſt fieri executio in alimentis præſtandis à filio.*

5 *In legitima debita filio à patre poſt mortem, non poteſt fieri executio pro debito filii, aut condemnatione criminali.*

Pater dum vivit non debet filio legitimam, ibidem.

6 *Pro debito filii non poteſt fieri executio in bonis filii, quorum uſusfructus ad patrem pertinet.*

Qui non poteſt contrahendo præjudicare alteri, non poteſt etiam delinquendo, ibid.

7 *In alimentis præteritis filio debitis poterit fieri executio.*

8 *Quamvis uſufructus cedi non poſsit, neque majoratus, aut fideicommiſſum non vocato, commoditas fructuum cedi poteſt, & in ea poterit fieri executio.*

DISPUTATIO XX.

Utrùm executio poſsit fieri contra filium in alimentis præſtandis à patre?

1 REſpondendum eſt, condemnationem filio factam, aut obligationem ab eo contractam, non poſſe executioni mandari in jure illo, quod habet, ut alatur à patre, *juxta l. ſi quis à liberis 5. in princip. & per totam, ff. de liber. agnoſc.* neque illud jus poſſe jure pignoris capi executionem judicati, aut obligationis guarentigiæ. Ita ſentiunt Boſsius *diverſorum tractatu, tit. de bonorum publicatione, n.* 72. Speculator *lib.* 2. *tit. de execution. ſententiæ, §. ſequitur, n.* 11. Nellus de Bannitis, 1. *part.* 2. *tempori, n.* 36. Surdus *conſil.* 269. *n.* 13. *volum.* 2. Probatur, quia jus alimentorum, quod habet filius, cedi non poteſt, neque in alium transferri. Ergo neque jure pignoris capi, neque vendi, & per conſequens non poteſt in eo fieri executio, quæ perficitur venditione pignoris, & translatione ejus in creditorem, vel alium emptorem. Antecedens probatur ex doctrina Bartol. *in l. is cui* 11. *ff. de alimentis, & cibar. legat.* ubi ait, ſpeciale eſſe in alimentis, ut facta bonorum publicatione, non tranſeat in Fiſcum legatum alimentorum damnato relictum, *juxta l. in metallum* 12. *ff. de jure Fiſci*, & Salicetus *in l. ademptionis* 5. *C. de ſentent. paſsis*, ait, ſpeciale eſſe in alimentis, ut actiones pro eis competentes non tranſeant in Fiſcum, quia etiam damnatis alimenta legari poſſunt, *juxta l. ſi metallum* 3. *ff. de iis, quæ pro non ſcript. habent.* Caballus *reſolutione crimin. cent.* 3. *caſ.* 222. *ex n.* 1. Magonius *deciſ. Lucenſ.* 84. *n.* 19. Et quia hoc legatum perſonæ cohæret, capitis diminutione non extinguitur, *l. legatum* 10. *ff. de capit. dimin.* ubi notat *gloſſ. ſcholio* 2. & jus alimentorum præſtandorum cedi non poſſe, neque in alium transferri, tradiderunt expreſsè idem Bart. *in l. cum Titio* 55. *ff. ad leg. Falc.* Bald. *in l.* 1. *n.* 7. *verſic. Modo quæro, C. de privileg. dot.* Jaſon. *in l. ſi conſtante* 25. *in princip. num.* 234. *ff. ſolut. matrimon.* quod probant *ex l. dominus* 64. *§. ultim. ff. de uſufruct.* Fabianus de Monte *de empt. & vendit. q.* 4. *principali, ex n.* 53. Baldus Novellus *de dote, part.* 12. *n.* 26. Tiraquellus *de retract. lignag. §.* 26. *gloſſ.* 1. *n.* 75. Lara *in l. ſi quis à liberis, §. parens, n.* 73. *ff. de liber. agnoſc.* Surdus *de alimentis, tit.* 8. *privil.* 55. *ex n.* 5. *& privil.* 59. *ex n.* 14. *& d. conſil.* 296. *n.* 13. Hondedeus *conſil.* 95. *n.* 7. *volum.* 1. Facit quod Panormitan. *in cap. prætereà* 23. *n.* 11. *de jure patron.* ait, jus, quod habet patronus percipiendi alimenta, aut honores ab Eccleſia, non poſſe cedi, vendi, aut in alium transferri.

2 Ratio eſt, quia illa cedi non poſſunt, quæ non tranſmittuntur ad hæredes, *l. ex pluribus* 43. *ff. de adminiſt. tut. ibi* Bart. Tiraquellus *d. §.* 26. *n.* 47. qui plures allegat

gat Cagnolus *in l. 2. n. 38. C. de pact. inter empt.* Barbosa *in l. quia tale 14. n. 22. & in l. post dotem 41. n. 57. ff. solut. matrim.* At jus alimentorum non transmittitur in hæredem, sed personæ cohæret, & finitur morte ejus, cui alimenta debentur, *l. cùm hi 8. §. modus, ff. de transact. d. l. dominus 64. §. ultim. ff. de usufructu, l. Firmio 26. in fin. ff. quando dies leg. ced.* Doctores *in l. 1. C. de legat.* Bart. *in l. Stichum, aut Pamphilum 16. n. 2. in fin. ff. de verb. obligat.* Bald. *in l. si ita expressum 68. in fin. ff. de condit. & demonst. & in Authen. cui relictum, n. 23. C. de indict. vidi. tol. & in l. cùm in libris ultima, n. 17. C. de hæred. inst.* Alex. *consil. 18. n. 17. lib. 5.* Dec. *consil. 311. n. 3.* Cephalus *consil. 158. n. 3. lib. 2. & consil. 399. n. 12. lib. 3.* Tiraquel. *in tract. primogeniorum, quæst. 74. n. 6.* Lara *in l. si quis à liberis, §. idem rescripsit, n. 76. & in §. item rescriptum, n. 17. ff. de liber. agnosc.* Simon de Prætis *de interpretat. ult. volunt. lib. 4. interp. 3. dub. 3. & ultim. solut. 8. ex n. 8.* Surdus *de alimentis, tit. 5. q. 1. ex n. 1. & ex Neapolitanis gloss. in Const. Comitibus, versic. Prædicta autem, & ibid.* Isernia, *§. multò fortius, versic. Nunquid,* Afflict. *ibid. num. 14. Rubric. 18. lib. 3.* Franchis *decis. 686. num. 3.*

3 Et universim quando jus competit ratione alicujus qualitatis, quæ ex natura sua in alium transferri non potest, ipsum jus in illa qualitate fundatum, & illi adhærens transferri non potest, aut cessione, aut successione. Ita jus alendi passivum, quod oritur ex qualitate filiationis, non transfertur in alium, quia filiatio, ex qua oritur, non potest transferri. Jus patroni ad alimenta percipienda ab Ecclesia patronata non ceditur, quia est annexum juri patronatus, quod remanet in patrono, & non potest ab eo abdicari. Jus prælationis, quod habet dominus directus in re emphyteutica, vel feudali, non potest cedi, aut transferri non translato dominio directo, ex quo oritur. Jus congrui, quod oritur ex dominio domus vicinæ non potest in alium transferri non translato dominio domus vicinæ. Jus retractus, quod competit ratione consanguinitatis, non potest cedi in alium, quia consanguinitas non potest in alium transferri. Tractat latè Tiraquellus, plurimis exemplis adductis, *de retractu consanguineorum, d. §. 26. gloss. 1. ex n. 40.* ubi agit de iis, quæ cedi non possunt, & in alium transferri, & Surdus *consil. 205. ex n. 21. lib. 2.* & rursus idem Tiraquel. *in d. §. 26. gloss. 3. ex n. 1.* commemorat è contra, quænam cedi possint, & in alium transferri.

4 Amplia primò prædictam resolutionem, ut similiter pro debito patris non possit fieri executio in alimentis præstandis à filio, aut jure illo, quod habet, ut alatur à filio, juxta eundem text. *in l. si quis à liberis 5. in principio, & per totam, ff. de liber. agnosc.* Quæ ampliatio probatur ex iisdem fundamentis, quibus probata est principalis resolutio, juxta regulam correlativorum, quam commemoravi *supr. tit. 1. disputat. 3. num. 4. & tit. 2. disput. 8. num. 23. & 24.*

5 Amplia secundò, ut nec in legitima debita à patre filio post mortem possit fieri executio in vita patris condemnationis, aut obligationis filii. Ratio est, quia pater dum vivit, non debet filio legitimam, *l. 1. §. si impuberi, ff. de collat. bonor. l. cùm quæritur 6. C. de inoffic. testam.* Merlin. *de legitima, lib. 5. tit. 3. q. 1. ex n. 1.* Ex quo fit, ut pater possit suum patrimonium, dum vivit, ita expendere, aut fortuito perdere, ut nihil filio relinquat, quod cedat lucro creditorum ejus. Ampliationem amplectuntur Joannes Lupus *in repetit. cap. per vestras, notab. 3. §. 23. n. 14. de donat. inter,* Covarruvias *lib. 2. variar. cap. 8. n. 7.* Lara *in l. si quis à liberis, §. item rescriptum, n. 15. & 16. ff. de liber. agnosc.* Dueñas *regul. 356.* Gutierrez *in repetit. cap. quamvis pactum, in princ. verb. Quamvis pactum, n. 21. de pact. in 6. & in repetit. §. sui, ex n. 89. & 90. instit. de hæred. qualit. & differ.* Sanchez *operis moralis, lib. 2. cap. 15. q. ultim. ex num. 19.* Crassus *de successionibus, lib. 1. §. legitima, q. 12. num. 1. & 2.* Bossius *diverf. tractat. tit. de bonorum publicatione, n. 27.* Peregrinus *de fideicommiss.*

ar-

artic. 36. *n.* 14. & 15. & *de jure fiſci, lib.* 5. *tit.* 1. *n.* 37. & 133. Surdus *deciſione* 167. *ex n.* 1. & *de alimentis, tit.* 8. *privileg.* 26. *ex n.* 1. *privileg.* 77. *num.* 7. *privileg.* 88. *n.* 3. Ricc. *collectan.* 665. Farin. *conſ.* 206. *lib.* 3. Merlin. *de legitima, lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 33. *ex num.* 1.

6 Amplia tertio, ut nec etiam poſsit fieri executio in bonis filii, quorum uſusfructus ad patrem pertinet pro condemnatione filio facta, aut ejus obligatione, *juxta l. ultimam, §. filiis autem, C. de bon. quæ lib.* Ita ſentit Bart. *in l. ſi finita* 15. *§. ſi de vectigalibus, n.* 12. Alexand. *ex n.* 44. *ff. de damn. infecto,* Roderic. Suarez *in l. poſt rem in caſu, ſeu notabili* 13. *ff. de re judic. & ad eum locum* Valdès, Anton. Gomez *tomo* 2. *variarum, cap.* 15. *ex n.* 13. *cum* 14. *& ſeqq.* Menoc. *de recuperand. poſſeſſ. remed.* 9. *ex n.* 65. ubi meminit contrariæ opinionis, & ſatisfacit ejus fundamentis, Mendez *in l. cùm oportet, n.* 85. *C. de bon. quæ liber.* Sanchez *operis moralis, lib.* 2. *cap.* 15. *quæſt.* 2. *ex n.* 9. ubi copiosè allegat, Peregrin. *de jure fiſci, lib.* 5. *tit.* 1. *ex n.* 128. Farinac. *in prax. crimin. quæſt.* 24. *ex num.* 5. *& deciſ. crim.* 145. *ex n.* 1. Janinius *de citatione reali, lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 38. Julius Clarus *lib.* 5. *ſentent. §. fin. quæſt.* 78. *n.* 12. *& quæſt.* 86. *n.* 3. Azeved. *in l.* 3. *ex n.* 134. *tit.* 10. *lib.* 4. *Recop.* Ratio eſt, quia qui contrahendo alii præjudicare non poteſt, non poteſt eidem præjudicare delinquendo, ut dicebam *diſp. precedenti, num.* 16. quia cum quid una via prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti, *cap. cùm quid* 84. *de reg. jur. in* 6. Filius autem contrahendo non poteſt præjudicare patri in adventitiis, quorum uſumfructum habet, *d. l. ultim. §. filiis autem*, ubi prohibetur filio alienatio bonorum, in quibus pater habet uſumfructum, quæ alienatio non ſolum prohibetur favore filii, ſed etiam patris, ut animadverterunt Menochius, & Mendez *ubi ſupra.*

7 Eandem tamen reſolutionem limita primò, ut non procedat in alimentis præteritis filio debitis, nam in eis poterit fieri executio. Quoniam & hæc cedi poſſunt, & in alium transferri, & tranſmittuntur ad hæredem, *l. uti frui* 5. *§. fin. ff. ſi uſusfruct. per l. fructus* 34. *§. hac ratione in fin. ff. de rei vendicat.* Gigas *de penſionibus, quæſt.* 52. *num.* 5. Lara *in l. ſi quis à liberis, §. ſi quis ex his, n.* 140. *ff. de liber. agnoſ.* Hanc limitationem tradit Surdus *de alimentis, tit.* 8. *privileg.* 55. *n.* 10. *verſic. Noſtra autem.*

8 Secundò declara ſupradicta, ut quamvis uſusfructus cedi non poſsit alii, quàm domino, nam cedendo eum extraneo, nihil agitur, *§. item finitur, inſt. de uſufruct. l. ſi uſusfructus* 67. *ff. de jur. dot.* Tiraquell. *de retractu lignag. d. §.* 26. *gloſſ.* 1. *num.* 46. neque fideicommiſſum, aut majoratus in non vocatum cedi poſsit, poſſe tamen credi, & in alium transferri commoditatem uſusfructus, fideicommiſsi, aut majoratus, quæ multum differt à jure ipſo, juxta rectè notata à Cavalcan. *de uſufructu mulieri relicto, cap.* 2. *ex n.* 182. Peregrin. *de commiſsis, artic.* 45. *n.* 9. & in effectu non eſt aliud, quàm venditio, vel alienatio fructuum fideicommiſsi, aut majoratus, aut percipiendorum ab uſufructuario, notat Joan. Antonius Trigona *ſingulari* 50. *n.* 6. & in hac commoditate poterit fieri executio, & judicialis venditio, quemadmodum poſſet eadem commoditas transferri in alium, per voluntariam extrajudicialem venditionem, ut dixi poſt plurimos, quos retuli *hoc eodem tit. diſp.* 1. *n.* 20.

SUMMA DISPUTATIONIS XXI.

1 *MUltum intereſt inter venditionem factam à debitore, & factam à creditore jure creditoris, & redditur ratio diſcriminis.*

Diverſi effectus orti ex iſto diſcrimine, remiſsivè, ibid.

2 *Quid ſit vendere rem jure creditoris.*

3 *Cùm res inſtantibus creditoribus venditur à Judice dubium eſt, an ſit cenſenda vendi à debitore, an à creditoribus jure creditor.*

4 *Cenſendum eſſe, rem vendi à debitore, qui ſenſerint.*

Factum Judicis cenſeri factum partis, ibid.

5 *Quod facit creditor, circa venditionem pignoris facit tanquam procurator debitoris.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

6 *Contraria ſententia fuit aliorum, credentium, quando pignus venditur à Judice inſtantibus creditoribus vendi pignus à creditore primò, jure creditoris.*

7 *Creditores deducendo in judicium ſuam actionem, non faciunt conditionem ſuam deteriorem.*

Utilius eſt creditoribus, quòd res vendatur ab ipſis jure creditoris, quàm quod vendatur à debitore, ibid.

8 *Tertia ſententia conciliatio duarum primarum, quòd res vendatur jure creditoris, & à debitore quoad quædam, & ab utroque verior, & amplectenda.*

Opinio diſtinguens prævalere debet inter alias extremè diſcrepantes, ibid.

9 *Quoties pignus venditur ſub haſta ad inſtantiam primi creditoris, excluduntur poſteriores à jure offerendi.*

10 *Ampliationes hujus regulæ, remiſsivè.*

11 *Limitationes ejuſdem, remiſsivè.*

DISPUTATIO XXI.

Utrùm venditio pignorum captorum in cauſam judicati ſub haſta, mandato Judicis, inſtante creditore, vel pluribus creditoribus, cenſenda ſit fieri à debitore: an à creditore jure creditoris?

1 MAgnum verſatur diſcrimen inter alienationem, aut venditionem, vel dationem inſolutum pignoris factam à debitore, & venditionem, aut dationem inſolutum ejuſdem pignoris factam à creditore jure creditoris, ex quo diſcrimine oriuntur diverſi effectus notatu digni, ut animadverterunt DD. *juxta text. in l. cùm prior 3. ff. de diſtract. pign. & in l. 1. & 2. C. ſi antiquor. credit. pignor. vendider.* Nam venditione, vel inſolutum datione pignoris à debitore facta, etiam creditori priori, remanet ſalvum poſterioribus creditoribus jus pignoris, & jus offerendi, auferendique pignus hac via à primo poſſeſſore, *l. ſi prædium 4. C. de evict.* Si verò venditio, aut alienatio fiat à creditore jure creditoris, dum ille eſt primus creditor, reſolvitur jus pignoris poſteriorum creditorum, & eis non competit jus offerendi, ut ſtatuitur *in d. l. cum prior, & in d. l. 1. C. ſi antiquor. cred. pign. vendid. & in l. qui à creditore 18. C. de diſtract. pign.* & notant DD. *in d. l. 1.* Baldus *conſil. 25. in quæſtione vertente, n. 4. vol. 1.* Fulgoſ. *conſ. 126. quidam nomine, n. 1. verſ. In negotio*, Neguſan. *de pign. 5. part. memb. 3. 1. part. ex n. 4.* qui limitat hanc concluſionem ſeptem modis, Afflictis *deciſ. 16. n. 2. & ibi* Urſil. *n. 1. & 2.* Franc. *deciſ. 453.* Mareſcot. *lib. 2. variar. reſolut. cap. 136.* Balduinus *in §. contra autem creditor. n. 5. inſt. quib. alien. lic. vel non.* Tepat. *in compendio variar. tit. 418.* Pereg. *de jure fiſci, lib. 6. tit. 6. n. 55.* Fabius de Anna *conſ. 37. num. 1.* Menoc. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 121.* Meirer. *de pignorib. lib. 1. tit. 10. ex n. 1.* Gratian. *deciſ. 66. ex num. 1.* Rationem hujus diſcriminis reddunt, quia cum primus creditor vendit rem jure creditoris ex facultate ei conceſſa tempori contracti pignoris *juxta textum in §. contra autem, inſt. quib. alien. licet, vel non, l. ſi convenerit 4. ff. de pignor. act.* transfert in emptorem dominium rei hypothecatæ, non effectum, nec obligatum alteri; quia tempore, quo primum accepit, cum hypotheca licentiam, & jus alienandi rem hypothecatam, nulli alteri obligationi erat ſuppoſita, & ideo vendendo reſolvit omne jus ſecundi creditoris, ac ſi ea res nunquam illi obligata fuiſſet, cùm facultas vendendi præceſſerit prædictam ſecundi creditoris obligationem, & reſoluto jure datoris, ſcilicet debitoris, reſolvitur jus acceptoris, ſcilicet ſecundi creditoris, *l. ſi ex duob. 6. §. ſed & Marcell. ff. de in diem addict. l. ex vectigal. 31. ff. de pignor.* At verò cum debitor vendit, transfert rem obligatam omnibus ſuis creditoribus, quibus non poteſt præjudicare, neque efficere, quin tranſeat res cum ſua cauſa, *l. alienatio 67. ff. de contrah. emption. l. ad eum 35. §. Lucius, ff. de donation. l. traditio 20. §. quoties, ff. de acquir. rer. domin. cap. ex literis 5. in fin. de pignorib. & ibi gloſſa ultim. l. 53. tit. 6. par. 1.* Et prædictum diſcrimen, & diverſos ex eo ortos effectus declarant optimè

Cy-

Cynus, Alberic. Angel. & Salicet. *in d. l. 1. n. 1.* Fulgoſ. *n. 3. C. ſi antiquor. creditor.* Morotius *de jure offerendi, n. 16.* qui etiam limitat concluſionem novem modis ultra ſuperius allegatos.

2 Quid autem ſit vendere rem jure creditoris? Bald. *tractat. de pignor. cap. 18.* Mudeus *in eodem tractatu, tit. de pactis pignorum, & hypothecarum, n. 32. &* Urſil. *ubi ſupra*, conveniunt non aliud eſſe vendere rem jure creditoris, quàm vendere pignus, juxta legem pignori datam, & conventionem factam eo tempore, quo pignus contrahitur, ut *in d. §. contra autem, inſt. quibus alien. licet, vel non, & in l. ſi convenerit 4. ff. de pignor. actio. & in l. ſi fundus 16. §. ultim. ff. de pignor.* aut ſi conventio circa venditionem facta non ſit, juxta illam, quæ tacitè ineſt ex *l. 3. §. ſancimus, C. de jur. domin. impetran.* & quatenus creditor de ea venditione pignoris teneatur, quidque præſtare debeat, rectè adnotavit Mudeus *ubi ſupra*, Hugo Donellus *tractat. de pignor. cap. 10. in fin.* & DD. *in l. 1. C. creditorem evict. pig. non debet.* Angel. Aretin. *in dict. §. contra autem, num. 9.*

3 Hæc obtinent juxta notas regulas, cùm pignus venditur à creditore jure creditoris, vel à debitore extrajudicialiter. At cum inſtantibus creditoribus res pignori capta in cauſam judicati venditur à Judice exequente, non eſt expeditum, quid de iſta venditione judicandum ſit. An cenſendum ſit, vendi pignus à creditoribus jure creditoris; an potius à debitore, ut deinde videamus, quiſnam ſit iſtius venditionis effectus, & an emptor remaneat ſecurus, nè poſsit ab eo auferri res empta à creditoribus poſterioribus poſtea comparentibus, per jus offerendi, an potius expoſitus periculo juris offerendi poſteriorum creditorum, & amittendi hac via pignus, quod emit.

4 Prima ſententia ait, in hac ſpecie cenſendum eſſe, vendi pignus à debitore, & juris cenſura idem prorſus eſſe, quòd ſi idemmet debitor venderet. Ita ſentit Baldus *in l. unica, n. 7. C. ſi ſervus extero, & in l. ordo 3. n. 5. C. de execut. rei judic. & in l. 1. num. 4 & 5. C. creditor. evict. pign. non deber.* Salicetus *in dict. l. ordo, n. 4. in fin.* Neguſant. *de pign. 5. part. princip. memb. 3. 1. part. n. 7.* Anton. Faber. *lib. 8. Codicis, tit. 10. diffinitione 1. & de errorib. pragmat. decade 1. errore 5.* Surdus *deciſ. 266. n. 13.* Et probatur ex celebri adnotatione *gloſſæ in l. id, quod noſtrum 11. oppoſitione 5. ff. de regulis juris*, dicentis, factum Judicis cenſeri factum partis, ſeu debitoris: & ideo ex facto, & venditione facta à Judice tenetur debitor, ac ſi ipſe eam feciſſet, *l. ſi ob cauſam 4.* ubi notant omnes, *C. de evictionibus*, ego memini *ſupra, tit. 1. diſput. 8. num. 8.* quam doctrinam multis exornat juxta morem, Tiraquellus *de retractu lignagier, §. 1. gloſſ. 14. num. 13. & 14.*

5 Secundò deinde, quoniam quidquid facit creditor, circa pignoris venditionem, facit tanquam procurator debitoris, & juris cenſura idem eſt, quòd ſi faceret procurator debitoris, ſeu debitor per ſuum procuratorem, *l. creditori 9.* ubi notat Jaſon. *n. 2. ff. de novi operis nunciat.* Bartol. *in l. ſi pignori 30. n. 8. ff. famil. erciſcund.* Baldus *in l. unica, n. 7. C. ſi ſervus extero, & in l. 1. num. 2. C. credito. evict. pignor. non deb.* Neguſant. *de pignor. 6. part. memb. 1. n. 13.* Mudeus *de pignorib. tit. de pactis pignorum, & hypothecar. n. 10. & num. 23.* Ergo cum creditor inſtar apud Judicem pro venditione pignoris, eſt quaſi ipſe debitor inſtaret, & faceret vendi pignus.

6 Secunda ſententia ait, juris cenſura cùm venditur pignus in cauſam judicati ad inſtantiam creditorum, cenſendum eſſe vendi pignus à creditoribus jure creditoris. Ita ſentit Joann. Vincentius de Anna *allegatione 56. ex n. 3.* Franc. *deciſ. 69. n. 2.* qui dicit, ſic ſervari in S. C. Riccius *collectan. 67.* Gratian. *tom. 2. diſceptat. forenſ. cap. 326. num. 6.* Quæ ſententia probatur primo eodem modo, quo prima, quoniam factum Judicis cenſetur factum partis, *dict. l. ſi ob cauſam 4. C. de evictionibus*, in quo textu expreſsè agitur de venditione judiciali facta ſub haſta, *& in l. ſi pignora 50. ff. eodem tit. elegans textus in l. creditor 42. ff. de pignorat. action.* ibi: *Cùm in venditione, quæ ritè facta eſt ſuum creditor negotium*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

gerat. Ergo cum Judex vendit instantibus creditoribus, censendi sunt ipsi creditores vendere.

7 Secundò, quoniam creditores exercentes actionem suam, & eam deducendo in judicium, dum petunt vendi pignora sibi obligata, quod possent ipsi propria authoritate, sine Judice facere, non faciunt conditionem suam deteriorem, sed meliorem, *l. aliam 29. ff. de novation. l. non solet 87. ff. de regul. juris.* Ergo cùm melius sit, tùm ipsis creditoribus ob majorem emptorum copiam inveniendam, tùm etiam emptoribus, ut remaneant tuti, & securi ex venditione pignorum, nè ab eis possint auferri, per jus offerendi posteriorum creditorum, censendi erunt potius vendere jure creditoris, quàm quod debitor vendat.

8 Tertia sententia media videtur complecti, & concordare duas priores extremas. Ait enim, venditionem rectè, & ritè factam à Judice pignoris capti in causam judicati instantibus creditoribus, censeri factam à creditore quoad quædam, & à debitore quoad alia, & in summa ab utroque. A creditore quidem jure creditoris, ad excludendos posteriores creditores à jure offerendi, & quoad omnia ipsi creditori utilia: quoniam eadem est authoritas Judicis in distrahendo pignore judiciali, quæ est creditoris in vendendo pignore conventionali, & utriusque exequuta est potestas, *l. 1. C. si in causam judic. pign. capt. sit.* Et cum ad instantiam creditoris distrahatur per Judicem, ut ex ejus pretio eidem creditori satisfiat, *l. à Divo Pio, §. in venditione, & §. si super rebus, versic. Quod si res, ff. de re jud.* meritò re, & effectu, & quoad omnia, quæ creditori prodesse possunt, venditio, vel additio videtur facta jure creditoris; ita ut secundus creditor non debeat admitti ad offerendum ei, cui primus creditor, vel Judex executor ejus nomine eandem rem vendidit, quasi creditor ipse vendidisset. A debitore verò censetur facta quoad id, ne possit debitor factum legitimum Judicis contradicere, aut impugnare, tanquam si esset proprium factum: & etiam respectu evictionis, ut teneatur debitor, ac si ipse vendidisset, quia pretium in ejus utilitatem versum est. Sed extra illas causas, si non sit utile creditori factum Judicis, non reputatur factum partis, ut probatur *in l. à Divo Pio, §. sed si emptor, ff. de re judic.* ubi licèt pars non possit invita altera à venditione recedere, tamen Judex potest recedere à venditione à se facta, quia verè, & propriè est factum ipsius Judicis. Item Judex debet vendere præsenti pecunia, licèt debitor ipse posset vendere credito. Ideò Bartol. *in l. eleganter 24. in princip. n. 5. ff. de pignor. act.* & Angel. *consil. 203. ex primo laudo, n. 2.* docent, non reputari omninò, & per omnia factum partis quod facit Judex. Ego notavi *supr. tit. 1. disput. 8. n. 8.* Hanc tertiam sententiam, quæ mihi etiam magis placet, amplexus est Francisc. de Claperiis *in centuria causarum, causa 100. q. 3. n. 3. & 4.* Ex qua facile satisfit fundamentis aliarum. Ut omittam ideò, hanc videri debere potiorem sententiam, quoniam opinio distinguens prævalere debet inter alias extremè discrepantes, quia quæ media est, magis videtur ad veritatem accedere, ut notat *gloss. in cap. scientes 3. verb. Ab initio, de censibus,* & ibi Panormitanus *n. 3. & 4.* Jason. *in l. filia, cujus 18. n. 5. vers. Expeditis glossis, C. famil. erciscund.* Ludovicus Gomez *in §. item si quis postulante, n. 31. Inst. de action.* Nevizanis *in silva nuptiali, lib. 5. n. 32.* Hieronym. de Laurent. *dec. Avenionens. 145. n. 22.* Vivius *decis. 190. n. 4. & 5.* Cavalc. *decis. 15. n. 2. & 3. & decis. 44. n. 37. 1. part. & de usufruct. mulieri relicto, cap. 2. n. 2.* Surdus *decis. 126. n. 12. & consil. 275. n. 13. lib. 2. & consil. 346. n. 9. lib. 3.* Bellonus *decis. 20. n. 5.* Milanensis *decis. 8. n. 237. lib. 1.* Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 71. n. 47. & consil. 257. n. 82. lib. 3.* Decianus *respons. 28. n. 8. lib. 1.* Thusc. *litt. O. conclus. 150. n. 17. & 23. & conclus. 153. n. 25. & conclus. 154. n. 5.* Cevallos *in speculo pract. in præfat. n. 83.* Mausonius *de causis execut. lib. 1. q. 7. ampliat. 40. n. 5.* amicus noster Blasius Robles Salcedo *de repræsent. lib. 3. cap.*

cap. 7. n. 49. Quod planè confirmat text. *in l. ſi paterfamil. 40. & l. & hoc Tiberius* 41. & quæ ad eum locum notant Doctores, *ff. de hæred. inſtit.*

9 Ex prædictis infertur, quoties fit judicialis venditio ſub haſta pignoris capti in cauſam judicati ad inſtantiam primi, & anterioris creditoris, regulariter excludi poſteriores à jure offerendi, juxta regulam *d.l. 1. C. ſi antiquior. cred. pign. vend.* ex qua creditor, qui jure creditoris vendit, tradit rem liberam emptori à jure offerendi poſteriorum creditorum.

10 Hanc regulam amplia juxta Neguſantium *de pignorib. 5. part. membr. 3. 1. part. ex n. 1. ad 3.*

11 Limita tamen eandem poſt ipſum Neguſant. *ibid. ex n. 4.* & Morotium *de jure offerendi, ex n. 17.*

SUMMA DISPUTATIONIS XXII.

1 *HÆc difficultas originem ducit ex præcedenti.*

2 *Per venditionem pignoris ſub haſta remanere rem liberam ab omni hypotheca, qui ſenſerint.*

3 *Hypotheca ſolvitur facta venditione ſub haſta rei hypothecatæ præſentibus creditoribus.*

4 *Per venditionem ſub haſta non ſolvitur hypotheca rei venditæ, niſi ex pretio ſatisfiat creditori hypothecario.*

Hypotheca ejus eſt naturæ, ut non diſſolvatur, niſi ſoluto plenè debito creditori, ibid.

5 *Statuenda eſt regula juxta ſecundam ſententiam, videlicet hypothecam non reſolvi per venditionem ſub haſta rei hypothecatæ.*

6 *Hæc regula amplianda eſt ad omnes caſus, in quibus poſt venditionem competit poſterioribus creditoribus jus offerendi.*

Ubi non eſt hypoteca non eſt jus offerendi: & ubi eſt jus offerendi eſt hypotheca, ibid.

7 *Caſus præcedentis ampliationis enumerantur à* Neguſantio, & Morotio.

8 *Limitanda tamen eſt, ſi venditio fiat præſentibus, & inſtantibus creditoribus, nam tunc hypotheca ſolvitur.*

Hypotheca ſolvitur, ſi creditor rei hypothecatæ venditioni conſentiat, & ampliatur undecim modis, limitatur autem duodecim, remiſsivè, ibid.

Soluta hypotheca de conſenſu creditoris, tametſi redeat eadem res ad debitoris dominium, hypothecam non contrahit, ibid.

9 *Cùm ad inſtantiam creditorum res venditur, cenſetur vendi à creditoribus jure creditoris.*

10 *Duodecim fallentia prædicta limitationis, remiſsivè.*

11 *Per adjudicationem bonorum judicialem an hypotheca ſolvatur.*

12 *Cùm creditor novus venit ad judicium poſt factam venditionem pignorum, non debet moleſtare emptorem bonorum, ſed habet recurſum ad pretium.*

Pecunia ſoluta cum cautione de reſtituendo, cenſetur extare, ibid.

Non debet revocari quod de novo faciendum eſt, ibid.

Res jure vendita non avocatur à poſſeſſore, quantumvis ſit revocata cauſa, ex qua facta fuit venditio, ibid.

Creditor non legitimè citatus ad venditionem pignoris, poterit agere hypothecaria contra emptorem, ſi pretium venditionis non extet, aut difficulter poſsit recuperari, ibidem.

DISPUTATIO XXII.

Utrùm pignoribus ex cauſa judicati venditis ſub haſta extinguatur quævis hypotheca illis antea impoſita?

1 HÆc difficultas, quæ à paucis ex antiquioribus tractata eſt, apud quoſdam ex recentioribus invenitur diſputata, & videtur originem deducere ex præcedenti.

2 Prima ſententia eſt, per judicialem venditionem pignoris ſub haſta ſolvi hypothecam omnium creditorum, & rem remanere omninò liberam emptori: creditoribus autem poſteà venientibus, aut ex pretio non ſatisfactis non dari recurſum, ut poſsint agere contra emptorem poſsi-

den-

dentem prædictam rem ſub haſta venditam. Ita ſentit primus omnium, quem viderim expreſsiùs Cevallos *in ſpecul. pract. q.* 820. *ex n.* 49. Fontanell. *de pactis nuptialib. tom.* 2. *clauſul.* 5. *gloſſ.* 8. *part.* 7. *ex num.* 48. Tepatus *in compendio variar. tit.* 417. *cap.* 19. *verſ. Emens præcedentibus*, Anton. Paber. *lib.* 7. *Codicis, tit.* 32. *diffinit.* 4. *n.* 1. 2. 3. *&* 7. ubi ait, emptorem ſub haſta judiciali inquietari non poſſe à creditoribus, qui elegerunt viam venditionis, etiamſi ſatisfacti non fuerint, *& eod. tit. diffinit.* 14. ait, creditores, quibus vocatis facta fuerit venditio ſub haſta, non poſſe inquietare emptorem bonorum, aut poſtulare, ut iterum vendantur, *& lib.* 8. *Codicis, tit.* 17. *diffinit.* 29. dicit, ſecurum remanere emptorem, qui emerit in publica ſub haſtatione, ex eo ſolo, quòd pretium ſolverit, vel depoſuerit pœnes eum, pœnes quem deponi, aut cui ſolvi juſsit Judex, etiamſi contingat poſteà, quod pecunia ſit deperdita, nec ex ea creditores dimiſsi. In eadem ſententia eſt Hieron. de Leon *dec.* 167. *tom.* 2. Barbatus *ſuper pragmat. de aſsiſtentia, gloſſ.* 12. *num.* 66. Pro eadem refertur Gregor. Lopez *in l.* 14. *tit.* 13. *part.* 5. *gloſſ. ultim.* Qui tamen non jure refertur pro ea, ſolum enim dicit, vendita re pignorata, ut ſatisfiat creditoribus, ſi re vera pretium illis ſolvatur, liberari pignus, juxta ſententiam Salicet. *in Auth. hoc ſi debitor, n.* 2. *in fin. C. de pignor.* quæ ſententia proculdubio vera eſt.

3 Fundamentum hujus ſententiæ eſt textus *in l. ſi eo tempore* 6. *& in l. ſi hypothecas* 8. *C. de remiſſ. pignor.* quibus dicitur ſolvi hypothecam facta venditione ſub haſta rei hypothecatæ præſentibus creditoribus, illi enim videntur obligationem pignoris remiſiſſe, neque enim fides haſtæ facilè convelli debet, *d. l. ſi hypothecas, l.* 1. *&* 2. *C. ne Fiſc. rem, quam vendidit evincat, lib.* 10.

4 Secunda ſententia ait, hypothecam non ſolvi per venditionem ſub haſta, niſi ex pretio fuerit creditori hypothecario ſatisfactum. Ita ſentiunt Salicet. *in Authent. hoc ſi debitor, n.* 2. *in fin. C. de pignor. & in l.* 1. *n.* 2. *C. ſi antiquior cred. pig. vend.* Gregor. Lopez *ubi ſupr.* Seraphin. *deciſ.* 1233. Sebaſt. Monticul. *de inventario, tract. variar. q.* 234. *n.* 100. Ratio eſt, quia hypotheca ejus eſt naturæ, ut non diſſolvatur, niſi ſoluto plenè debito creditori, ut probat textus *in l. ſi rem alienam* 9. *§. omnis, ff. de pignorat. act. & in l. grege* 13. *§. etiam, ff. de pignor. in l. hæredes* 25. *§. in illa quoque, in fin. ff. famil. erciſcund. l. in executione* 85. *§. item ſi ita ſtipulatio, ff. de verbor. obligat. gloſſ. in l. cùm quis* 38. *§. qui pro te, verb. Obligatum*, ubi etiam Bart. *ff. de ſolution.* Neguſant. *de pignor.* 5. *part. membr.* 1. *n.* 50. *&* 51. Franch. *deciſ.* 51. *n.* 11. *in fin. & deciſ.* 119. *n.* 23. Gaſp. Roderic. *de annuis redit. lib.* 2. *q.* 16. *n.* 34. Ergo hypotheca per venditionem ſub haſta non ſolvitur, niſi ex pretio creditoribus ſatisfiat. Item credi non poteſt, ſi iſte eſſet modus diſſolvendi hypothecam, ut res hypothecata venderetur ſub haſta omiſſum fuiſſe à Jurisconſultis, & Doctoribus antiquis, cùm iſte caſus tam frequenter occurrat, at re vera neque Juriſconſulti, neque Doctores antiqui ſimilis diſſolutionis meminerunt.

5 Pro reſolutione hujus diſputationis, & harum ſententiarum concordia ſtatuenda eſt regula juxta ſecundam ſententiam, videlicet hypothecam ſemel contractam regulariter ex venditione facta ſub haſta non diſſolvi, niſi ex pretio creditori ſatisfiat.

6 Quæ regula amplianda eſt in omnibus illis caſibus, in quibus facta venditione ſub haſta, vel qualibet alia, ſecundo creditori competit jus offerendi poſſeſſori pignoris venditi. Nam in illis, planum eſt, remanere hypothecam poſterioris creditoris poſt prædictam venditionem. Ratio eſt, quia jus offerendi eſt effectus ex hypotheca reſultans neceſſariò, & ejus naturæ, ut ab ea pendeat ineſſe fieri, & conſervari, tanquam lux à Sole. Quare non datur, ubi non eſt hypotheca, Salicet. *in l. cùm tibi* 10. *per text. ibi, C. qui potiores in pignor. habean.* Bald. *conſil.* 84. *præmittendum eſt, n.* 5. *verſic. Nam iſtud jus, volum.* 3. ubi ait, *iſtud jus offerendi propter jus hypothecæ naſ-*

ci-

citur, & ei deſeruit, & ideò eod. tempore durat, & vivit, & iſta eſt veritas, Cravet. *conſil.* 298. *n.* 4. & 8. & *conſil.* 840. *n.* 1. Theſaurus *deciſ.* 157. *n.* 5. Rodrig. *de annuis, reditib. lib.* 2. *q.* 17. *n.* 6. & 7. Morotius *de jure offerendi, n.* 12, 14. & 15. & ubi reperitur, oritur ex hypotheca exiſtente, quia ſimiles effectus ponuntur poſita cauſa, & tolluntur ablata cauſa, & ſumitur argumentum ab affirmatione unius ad affirmationem alterius, & à negatione unius ad negationem alterius.

7 Hos autem omnes caſus enumerat Neguſantius *de pignor. 5. part. membr. 3. 1. part. n.* 5. & refert ſeptem, duos alios addit Morotius *de jure offerendi, ex num.* 17. quos iterum commemoravi *præcedenti diſputatione, n.* 11.

8 Limita tamen prædictam regulam juxta priorem ſententiam, ſi venditio fiat præſentibus, & petentibus creditoribus primis. Ratio eſt primò, quia hypotheca ſolvitur, ſi creditor rei hypothecatæ venditioni conſentiat, & venditio effectum habeat, *l. ſi debitor* 4. §. *ſi in venditione, l. ſi conſenſit* 7. *in princip. l. ſicut* 8. §. *ſi voluntate, l. Paul.* 12. *in princ. ff. quib. mod. pign. vel hyp. ſolv. l. creditor* 119. Aliàs *in Florentinis* 158. *de regul. jur. l.* 1. & 2. *l. cùm te* 4. *l. ſi eo tempore* 6. *l. ſi hypothecas* 8. *C. de remiſ. pignor.* Docent Doctores *dictis locis,* tractat Mantica *de tacit. & ambig. convent. lib.* 11. *tit.* 31. *ex n.* 37. & Neguſantius *de pignor. 6. part. membr.* 3. qui hanc propoſitionem ſtatuit pro regula, quam ampliat undecim modis, & limitat duodecim, qui eſt omnino videndus, nè tranſcribamus quæ ille ibi optimè dixit. Sequuti ſunt Dueñas *litt. C. regul.* 170. Surd. *conſ.* 513. *n.* 7. & 8. *lib.* 4. Theſaurus *lib.* 2. *q. forenſ. q.* 88. *n.* 7. Maſcard. *de probationib. concluſ.* 1179. *pignus à debitore, ex n.* 7. Imò & ratihabitio creditoris idem operatur, *d.* §. *ſi in venditione in fin.* Mantica *ubi ſupr. n.* 47. Et tàm efficaciter operatur iſte conſenſus alienationis diſſolutionem hypothecæ, ut tametſi res hypothecæ ſubjecta conſenſu creditoris pignoris nexu liberata redeat in dominium ejuſdem debitoris adſtricti obligatione generali bonorum futurorum, nihilominus amplius non incurrat obligationem hypothecæ, *l. ult. C. de remiſſ. pignor.* Neguſant. *de pignor. d. 6. part. membr.* 3. *n.* 21. Surdus *deciſ.* 163. *ex n.* 1. Felician. *de cenſib. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 1. *circa finem,* Maſcard. *ubi ſupr. n.* 12. Gratianus *diſcept. forenſ. tom.* 1. *cap.* 38. *ex n.* 15. At cùm creditores ſunt præſentes, & citati ad venditionem pignoris, non ſolum non contradicunt, ſed potius petunt ejus venditionem judicialem, planè venditioni conſentiunt, & cenſetur jus pignoris remittere, *d. l. ſi eo tempore 6. C. de remiſſ. pignor.* Neguſant. *ubi ſupr. n.* 25. *verſ. Quintò reſtringitur.*

9 Secundò, quia cum ad inſtantiam priorum creditorum res venditur, cenſetur vendi ab ipſis creditoribus jure creditoris, ut dictum eſt *diſput. præcedent.* Ergo extinguitur hypotheca: quia cùm venditio fit ab antiquiore creditore, hypotheca poſteriorum extinguitur, ut dicebamus *ibid.* & probat text. *in l.* 1. *C. ſi antiquior. cred. pignor. vendi.*

10 Hæc autem principalis limitatio patitur duodecim fallentias, ſeu ſublimitationes, quas refert Neguſant. *de pign. d. 6. part. memb.* 3. *ex n.* 23. omnino videndus.

11 An autem hypotheca reſolvatur per adjudicationem bonorum judicialem creditori factam, vide Surdum *deciſ.* 266. & Maſtrillum. *dec.* 120. qui tuentur ſententiam affirmativam, quòd extinguatur hypotheca reſpectu illius creditoris, cui res adjudicatur, non verò reſpectu ſecundi creditoris. Cui eidem ſententiæ aſſentitur Felician. *de cenſib. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 2. *ex n.* 14. & *cap.* 5. *n.* 16. & Gabriel Medeus *tractat. de pignor. tit. quibus modis pignus, vel hypotheca ſolvitur, n.* 63. & vide Neguſantium *ubi ſupr. d. 5. part. memb.* 3. 1. *part. n.* 7. *cum ſeqq.*

12 Illud tamen oportet animadvertere, quoties prior creditor venit ad judicium poſt factam executionem in bonis debitoris ad inſtantiam creditoris poſterioris, & venditionem factam ſub haſta ritè, & rectè, & nulla interveniente colluſione

æquum

æquum esse, nè molestet emptorem bonorum sui debitoris, ne fides hastæ publicæ facilè convellatur, *d. l. si hypothecas* 8. *C. de remiss. pign. ubi Gloss. verb. Fides*, sed potius habeat recursum ad pretium, si extet, & nondum fuerit consumptum in satisfaciendis creditoribus. Quòd si posteriores creditores sint ex eo satisfacti cum cautione de restituendo anterioribus forsan emergentibus, quod fieri debet, *l. procuratoris* 5. *§. tributio, l. illud* 7. *in princip. ff. de tributor. act. l. cùm idem* 60. *ff. de petit. hæred. l.* 1. *primo responso, ff. si cui plusquam per leg. Falcid. l. ex facto* 53. *§. si dos, ff. de peculio*, Angelus *in d. §. tributio in principio*, Paulus *in d. l. ex facto, n.* 1. *& in d. l. procuratoris, §. si plures, n.* 6. & 7. *& cons.* 285. *visis, & ponderatis, n.* 1. *volum.* 1. Stracca *de decoctoribus*, 7. *part. princ.* 3. *part. n.* 34. *cum seqq.* Franchis *decis.* 75. *num.* 9. Surdus *decis.* 276. Petra ad Capicium *decis.* 78. *n.* 2. *addition.* 1. Heringius *de fidejussoribus, cap.* 20. *§.* 37. *n.* 23. Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 5. *gloss.* 8. *part.* 7. *ex n.* 33. Cùm virtute hujus cautionis pecunia creditoribus soluta censeatur extare, ut observant multi ex prædictis, & alii ultra eos, in specie Franch. *d. decis.* 75. *n.* 9. *decis.* 200. *n.* 4. *decis.* 614. *n.* 3. Anna *singulari* 537. Leo *decis.* 50. *n.* 10. *&* 11. *& decis.* 70. *num.* 9. Monter. *decis.* 4. *n.* 28. Gayl. *observ. practic. lib.* 2. *observ.* 47. *n.* 3. amicus noster Aloysius Riccius *collect.* 1844. Fontanel. *ubi supr. ex n.* 4. Heringius *de fidejussorib. cap.* 15. *n.* 127. Avendañ. *de censib. cap.* 109. *n.* 7. *in fin.* Trentacinq. *variar. resol. lib.* 1. *tit. de jure fisci, resol.* 7. *n.* 10. & probat text. *in l.* 2. *ff. de usufruct. ear. rer. quæ usu consumm.* creditor prior posteà veniens ad judicium habebit jus contra posteriores creditores, & eorum fidejussores ad avocandam pecuniam, & interim non debet prætendere novam pignoris venditionem, ut evitetur circuitus, neque molestare emptorem. Non enim debet revocari quod de novo faciendum est, ut prosequitur nonnullis adductis exemplis Perez de Lara *de anniversf. lib.* 1. *cap.* 10. *ex n.* 69. Præsertim cùm regulare sit, rem jure venditam non avocari à possessore, quantumvis sit revocata causa, ex qua facta fuit venditio, ut docuit *gloss. in l. Fulcinius* 7. *§. cùm hoc edictum, verb. Oportet gravationis, vers. Quid ergo, ff. ex quib. caus. in possess. eatur, &* Alberic. *in d. l. Fulcinius, §. Prætor ait, n.* 3. *vers. Aut erat tutus quadam exceptione*, Speculat. *lib.* 2. *tit. de secundo decreto, §. nunc, n.* 21. *in fin.* Bald. *in Authen. & qui jurat, n.* 47. *in fin. C. de bonis authorit. judic. possiden.* Franchis *decis.* 120. *n.* 8. *& dec.* 660. Anton. Faber. *lib.* 8. *Codicis, tit.* 17. *diffinit.* 23. *n.* 5. & probat elegans text. *in l. si ex causa* 10. *in princip. ff. de minorib. & in l. si fundum* 94. *ff. de legat.* 1. Si verò creditores posteriores, & eorum fidejussores solvendo non sint, aut sint difficilis exactionis, habebit creditor prior in subsidium actionem contra emptorem, contra quem poterit agere hypothecaria, ut suum creditum recuperet, quia ejus hypotheca nondum fuit extincta, neque illi præjudicatum, cùm non fuerit legitimè citatus, ut egregiè observat Seraphin. *dec.* 1233. cùm D. Marius, & Faber. *lib.* 7. *Codicis, titul.* 32. *diffinit.* 14. *post n.* 4. *& lib.* 8. *tit.* 17. *diffinition.* 27. *ex num.* 1.

SUMMA DISPUTATIONIS XXIII.

1 *Disputationis utilitas, & effectus proponitur.*

2 *Casus, in quo difficultas versatur.*

3 *Quid sit probandum, & ostendendum.*

4 *Emptor, qui emit feudum à Fisco non potest molestari.*

5 *Venditione facta sub hasta, & extante pretio non datur creditori recursus ad rem venditam, sed ad pretium.*

Fiscus semper intelligitur esse solvendo, ibid.

6 *Fiscus ex devolutione feudi est successor singularis, & adversus eum non datur actio personalis.*

Obligatio personalis in successorem singularem non transit, sed solum posset realis, ibidem.

7 *Hypotheca in hoc casu in feudo devoluto non potest consistere.*

8 *In feudis quemadmodum est prohibita ven-*

di-

ditio, prohibetur quoque pignoris obligatio.

9 *Ut valeat hypotheca in feudo neceſſarius eſt aſſenſus directi dominii.*

Si in impetratione aſſenſus non ſit vera narratio, effectu carebit impetratio, ibid.

10 *Argumentum cornutum, quod habet locum in hoc caſu.*

11 *Hypotheca in iſto caſu non fuit pura, ſed conditionalis ſub conditione evictionis, & ita obligatio retrotrahi deberet.*

12 *Conditio retrotrahi non poteſt in hoc caſu.*

Retrotractio eſt fictio translativa, quæ requirit extrema utroque tempore habilia, ibid.

13 *Feudum hoc in termino, à quo, ideſt tempore quo fuerit ſecuta evictio, eſt inhabile ad contrahendam hypothecam.*

14 *Tunc eſt inhabile extremum, à quo, cùm actus eo tempore non poteſt geri.*

Cùm feudum eſt devolutum ad Regiam Curiam non poteſt imponi illi hypotheca à quondam utili domino, ibid.

Res feudalis quamvis maneat materialiter apud dominium directum, tamen feudum eſt formaliter extinctum, & ſub nova inveſtitura erit novum feudum, ibid.

Ad individuationem, & unitatem feudi magis attenditur unitas inveſtituræ, quàm rei feudalis.

15 *Res eſt inhabilis ad contrahendam hypothecam, ſi in termino, à quo reperitur extra dominium eam imponentis.*

Actus non poteſt retrotrahi in præjudicium ejus, cui mutato rei ſtatu interim jus eſt quæſitum, ibidem.

16 *Conditio non trahitur retrò in præjudicium illius, cui medio tempore, & ante conditionis eventum quæſitum eſt plenum jus.*

17 *Filius legitimus natu minor ex primo matrimonio præfertur in ſucceſsione majoratus filio majori legitimato ex ſecundo matrimonio.*

18 *Aſſenſus Regius impetratus tempore, quo invenitur facta revocatio actus, non poteſt retrotrahi in præjudicium revocationis factæ.*

Obligato feudo ſub conditione aſſenſus, ſi ante impetratum aſſenſum feudum alienetur, non poteſt aſſenſus poſteà impetratus operari in præjudicium tertii, in quem feudum eſt alienatum, ibidem.

Si venditor feudi moriatur ante impetratum aſſenſum, & poſt aſſenſus impetretur, non retrotrahitur aſſenſus in præjudicium ſucceſſoris, ibidem.

Stante ſtatuto, quòd contractus uxoris non valeat ſine conſenſu mariti, non poteſt maritus conſentire mortua uxore, ibid.

19 *Si conditio evictionis impleatur tempore, quod feudum eſt devolutum, non poterit retrotrahi hypotheca ad initium contractus ob inabilitatem extremi, à quo.*

20 Text. in l. 1. & in l. qui balneum 9. & in l. potior 12. §. videamus, ff. qui potior. *videntur adverſari prædict. doctrin.*

21 *Quid* Afflictis, & Freccia *reſpondeant.*

22 *Impugnatur eorum reſponſio.*

23 *Venditio feudi ſub conditione aſſenſus, non eſt prohibita, imò valida.*

Pendente conditione contractus non ita valet, ut à principio naſcatur obligatio, ſed ita, ne poſsit unus ex contrahentibus reſilire à contractu; ſed uterque teneatur expectare conditionis eventum, ibid.

24 *Aſſenſus retrotrahitur cùm contractus de feudo fit reſervato aſſenſu.*

25 *Interpretatio prima textum* in d. l. 1. l. qui balneum, & in d. l. potior, §. videamus, ff. qui potiores, *juxta ſententiam* Petri Barboſæ.

26 *Interpretatio ſecunda eorundem juxta ſententiam* Piſtoris.

Non poteſt contrahens ſub conditione præjudicare ſuo creditori, & à contractu recedere, ibidem.

27 *Feudum devolutum extinguitur, & mutatio feudi contingens ob devolutionem non provenit ex voluntate debitoris, & n. 28.*

29 *Reſoluto jure dantis, reſolvitur jus accipientis.*

Hæc regula habet locum in feudis, ibid.

30 *Contractus aut reſolvitur ex cauſa neceſſaria, & ſolvuntur hypothecæ, aut ex cauſa voluntaria, & hypotheca permanent.*

31 *Sententia eorum, qui credunt, prædictam regulam limitandam eſſe in feudis obligatis cum aſſenſu.*

32 *Quinam credantur adhærere prædictæ ſententiæ.*

33 *Fundamentum ejus præcipuum.*

34 *Rejicitur, & agitur de diversitate juris feudorum quoad eorum alienationem diversis temporibus.*

Declarantur textus in cap. 1. §. rursus quibus mod. feud. amit. & in cap. 1. §. quid ergo, de invest. de re alien. fact. *ibidem.*

35 *Ostenditur, manifestè errare eos, qui credunt, jure hodierno feudorum limitandam esse regulam, quòd resoluto jure dantis resolvatur jus accipientis.*

36 *Attento jure feudali novo an resoluto jure dantis resolvatur jus accipientis, quæstio est in facto, non in jure consistens voluntatis, non potestatis.*

37 *Proponitur duplex difficultas in hac re.*

38 *Sententia eorum, qui credunt, assensum simpliciter præstitum comprehendere casum devolutionis.*

39 *Contraria sententia approbatur, & probatur multis argumentis.*

40 *Assensus est stricti juris, privilegium, & gratia, & non extendendus de casu ad casum.*

41 *Verba privilegii Principis sunt interpretanda, ut lædant jus commune quanto minus possint.*

42 *Qui debet consentire propter duos diversos effectus, consentiendo in uno, non consentit in alio: & qui habet plura jura, renunciando uni, alteri renunciare non videtur.*

43 *Remissio proprii juris nunquam præsumitur.*

In renunciatione non veniunt nisi quæ exprimuntur, ibid.

44 *Creditor simpliciter assentiens venditioni hypothecæ, sibi non præjudicat.*

45 *Assensus operatur, ut valeat contractus quantum posset valere, si posset fieri sine assensu.*

46 *Assentiens simpliciter alienationi rei per fideicommissum sibi relictæ, non præjudicat sibi in successione fideicommissi.*

47 *In generali locutione non comprehenditur persona loquentis.*

48 *In assensu subintelligitur clausula:* Rebus in eodem statu manentibus.

49 *Differt assensus Regis ab assensu Proregis.*

50 *Respondetur argumentis contrariæ sententiæ, & redditur ratio diversitatis inter hypothecam contractam cum assensu, attento veteri jure feudorum, & contractam cum assensu de jure novo, & num. 52. & 53.*

51 *Explicatur doctrina* Bart. in l. in diem, ff. de aqua pluvia arcend.

54 *Assensus de jure veteri feudorum requirebatur propter unum dumtaxat effectum: de jure verò novo requiritur propter duos diversos.*

55 *Ostenditur diversitas inter casum venditionis feudi, & hypothecæ feudi.*

56 *Hypothecam contractam cum assensu durare in feudo devoluto, quorundam sententia.*

57 *Cùm in assensu hypothecæ feudali præstito apponitur clausula:* Salvis Regiis juribus, *est communis sententia, feudo devoluto resolvi jus hypothecæ, & qui eam teneant.*

58 *Clausulæ appositæ in assensibus non ob alium finem, aut effectum apponuntur, nisi ad tuendum jura domini directi.*

59 *Cùm creditor permittit vendi pignus à debitore,* Salvis suis juribus *sibi non nocet.*

60 *Dominus permittens hypothecari feudum,* Salvis suis juribus, *& volens ad se liberum redire in casu devolutionis, sibi non contradicit.*

61 *Reprehenditur* Fachineus, *& ostenditur juxta ejus sententiam, clausulam,* Salvis juribus, *nullum habere effectum.*

62 *Clausula,* Salvis juribus, *non operatur super eo, super quo principaliter fuit dispositum.*

63 *Prædicta clausula in non expressis contractum limitat.*

64 *Dominus assentiens sub clausula,* Salvis juribus, *sibi cautum vult in casu devolutionis, quidquid contra velit qui pignus accipit.*

65 *Hypotheca tunc durat in re perpetuò, cùm res pertinet ad obligantem pleno jure, non cùm pertinet jure resolubili.*

66 *Dominus facilè, & gratis concedit vassallo assensum ad obligandum feudum, & injuria esset, illum denegare sine justa causa.*

In

67 *In Regno expreſsè cautum eſt, ut hypotheca etiam dotalis non præjudicet Fiſco in caſu devolutionis.*

68 *Magnus fraudibus aditus pateret, ſi in caſu devolutionis hypotheca contracta cum aſſenſu duraret.*

69 *Clauſula* : Dummodò habeat ſucceſſores, *ex mente* pragm. 4. de feudis, *requiritur dumtaxat in aſſenſu præſtito ad tranſlationem dominii: non in præſtito ad conſtitutionem hypothecæ.*

70 *Intereſt publicè, ne feudatarii inveniant qui velint ſibi obligari feuda.*

71 *Ex prædictis colligitur reſolutio propoſitæ diſputationis.*

DISPUTATIO XXIII.

Utrùm hypotheca contracta in bonis feudalibus extinguatur per devolutionem feudi ad dominum directum?

1 MAxima eſt hujus diſputationis utilitas, & effectus. Etenim ſi hypotheca rei feudalis poſt devolutionem feudi ad dominum directum durat, & remanet, creditores mortui feudatarii recurſum habebunt contra dominum directum, ſeu Fiſcum ad exigenda, & recuperanda ſua credita ex pretio feudi devoluti. Quòd ſi per devolutionem feudi ad dominum directum hypotheca rebus feudalibus impoſita, eo tempore, quo à feudatario poſſidebantur, extinguitur, & perimitur, & feudalis res ad dominum directum devoluta remanet libera ab onere hypothecæ, creditores feudatarii nullum habebunt recurſum contra dominum directum, neque poterunt ab eo aliquid exigere, neque petere; ſed recurrere debebunt ad hæredes feudatarii, & alia bona, ſi quæ habet allodialia. Cùmque hujus difficultatis examen tanti ponderis, ac momenti ſit, ut ex reſolutione ejus in favorem Fiſci, ut re vera videtur reſolvenda, poſſet ferè Regium patrimonium omnibus ab oneribus liberari, & exonerari vaſſalli neſcio, qua conniventia, aut negligentia, ne dicam ſocordia ab Advocatis Fiſci, alioqui doctiſsimis hucuſque omiſſa eſt: & ut ego exiſtimo, inde factum, ut in hoc Regno nulla ferè fuerit feudorum devolutio utilis Regio Fiſco, qui indebitè ſolvit pluries decies centena millia ducatorum creditoribus feudatariorum, cùm tamen nihil deberet. Commiſſa verò mihi, ob impedimentum Advocati Fiſci, quadam cauſa, in qua interventurus eram ejus loco pro Fiſco. Anno 1629. ego primus omnium his temporibus excitavi hanc difficultatem, quæ ſine ullo ſcrupulo prætermittebatur, quaſi res eſſet plana, examinavi exactè articulum, & accuratè diſcuſsi. Et neque ſic potui ex pergefacere Superiores, ut animadverterent tanti ponderis, ac momenti. Donec tandem poſtremò cœperunt ii, ad quos ea res pertinet, poſtquam viderunt ſcripta mea, oculatius hanc difficultatem reſpicere, & attendere. Et quoniam ea, quæ circa hunc articulum ſcripſi, dicto anno à viris doctiſsimis approbata ſunt, viſaque ſunt illis ponderatione digna, ſubjiciam illi, quibus nihil habeo, quod addam, & videntur ſatis eſſe ad hanc difficultatem enucleandam.

Tandem poſt hæc ſcripta, & eorum occaſione advenit ordo ſuæ Majeſtatis Regis Philippi IV. domini noſtri, per reſcriptum expeditum 16. die Septembris anni 1640. remiſſum Regiæ Cameræ die 21. Januarii 1641. quo præcipitur, ut ſuper hoc articulo habita debita conſideratione conſulatur, quid deinceps fieri debeat: & an expediat, in aſſenſu clarius exprimi caſum devolutionis, & hypothecam in eo ita eſſe intelligendam, ut nullum fiat Fiſco prejudicium, ne feudum devolutum ad Regiam Curiam remaneat liberum ab omni onere, & omnes rationes relationis prædicti reſcripti videntur extractæ ex hoc ſcripto, quod datum fuit Miniſtris Superioribus, & ejus planè in ſupremo Italiæ Conſilio fuit habita notitia, quod reſcriptum ad finem hujus diſputationis inferemus.

ALLEGATIO PRO REGIO FISCO, in cauſam cum C.

2 CAſus eſt A. poſſidens feudum vocatum *Caſa maxima*, vendidit

Maſſariam C. & pro illius evictione obligavit omnia bona, etiam feudalia cum aſſenſu. Poſteà feudum ob lineam finitam A. devolutum eſt ad Regiam Curiam, ſeu Fiſcum, qui illud vendidit Comiti M. Tandem imminet evictio Maſſarię venditę ratione donationis factæ ante dictam venditionem, C. movet judicium aſsiſtentiæ, & actionem hypothecariam contra Comitem M. poſſeſſorem prædicti feudi, quod fuerat ſub dominio utili quondam A. obligati ſibi pro evictione prædictæ Maſſarię cum aſſenſu. Quæritur quid juris?

3 Oſtendam, C. nullum habere recurſum, etiamſi Maſſaria evincatur, contra novum poſſeſſorem feudi, qui illud emit à Regia Curia: Neque contra ipſum Fiſcum ad recuperandum pretium Maſſariæ evictæ, vel cujus imminet evictio.

4 Quod attinet ad Comitem M. emptorem feudi, res eſt expedita, non poſſe ipſum moleſtari, aut inquietari, cum emerit à Fiſco, & emptor Fiſci ſtatim maneat ſecurus ab omnibus creditoribus, & tutus ab omni univerſim actione adverſus bona à Fiſco alienata, ex *textu* expreſſo *in §. edicto, Inſtit. de uſucap. & in l. 2. in princip. & in l. benè à Zenone, C. de quadrien. præſcript.* & ibi DD. *& in l. quæcumque 5. l. ſi qui 6. C. de fide inſtrum. & jur. haſt. fiſca. lib. 10. l. 1. C. de fendis rei privatæ, lib. 11. l. 53. tit. 5. part. 5.* notant Dueñas *reg. 238.* Anton. Gabr. *lib. 5. comm. tit. de acquirend. poſſeſſ. concluſ. 2.* Syntagm. *comm. lib. 3. tit. 11. n. 72. & lib. 4. tit. 26. num. 67.* Coſta *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, 2. part. n. 68. ff. de liber. & poſthum.* Pereg. *de jure Fiſci, lib. 6. tit. 4. ex n. 15.* Fabius de Anna *conſil. 112. ex n. 24. lib. 2.* Petr. Gregor. *de conceſsione feudi, part. 8. q. 15. num. 3.* Et non ſolum adverſus emptorem Fiſci denegatur actio prædictis legibus, verùm & actori denegatur audientia, & Judicibus ſublata eſt juriſdictio cognoſcendi, ut rectè expendit Afflict. *dec. 361. n. 18.* & Peregrin. *ubi ſup. n. 16.* Solum creditori datur intra quadriennium recurſus contra Fiſcum ad recuperandum debitum.

5 Quod in noſtro caſu maximè locum habet, cùm feudum hoc venditum ſit ſub haſta juſſu Proregis ſupremi Judicis præcipientis, ut ex pretio ſatisfieret creditoribus quondam A. ſcilicet quatenus de jure ſatisfieri deberet. Venditione autem facta ſub haſta, & ſtante pretio, non datur recurſus creditori ad rem venditam, ſed ad pretium, juxta notata *diſp. præcedenti n. 11.* Pretium autem extat apud Fiſcum, qui vendidit hoc feudum, quia non eſt conſumptum in ſatisfaciendis aliis creditoribus, & Fiſcus ſemper intelligitur eſſe ſolvendo, *l. 1. §. ſi ad Fiſcum, ff. ut legat. nom. cave. l. niſi, §. item, ff. ſi cui pluſquam per leg. Falcid. l. 2. in fin. ff. de fundo dotal.* Paulus Caſtr. *in l. ſi in te, ultima, C. de privileg. Fiſci*, Alex. *in l. decem ſtipulatus 116. n. 15. ff. de verbor. obligat.* Peregr. *de jur. Fiſc. lib. 1. tit. 1. n. 34. & 35. & lib. 6. tit. 2. n. 4.* Girond. *de Gabel. 4. part. in princip. n. 14.* Joan. Garcia *de nobilitat. gloſſ. 3. in princ. n. 15. & 16.* Alfar. *de offic. Fiſcal gloſſ. 16. n. 126. & ſeqq.* Surd. *dec. 183. ex n. 7.* Non ſecus ac cenſetur extare pecunia etiam ſoluta creditoribus cum cautione de reſtituendo ad omnem ordinem, ut probat *textus in l. 2. ff. de uſufructu ear. rer. quæ uſu conſumun.* & notat poſt alios Franc. *deciſ. 75. num. 9. & deciſ. 614. n. 3.* Petra *additione 1. ad* Capicium, *deciſ. 78.* Monter. *deciſ. 4. num. 27. & 28.* Leo *deciſ. 50. n. 11. & deciſ. 70. n. 9.* Gayl. *obſervat. pract. lib. 2. obſervat. 47. num. 3.* Avendañ. *de cenſib. cap. 109. num. 7. in fin.* Trentacinq. *lib. 1. variar. tit. de jure Fiſci, reſol. 7. n. 10.* Hering. *de fidejuſſor. cap. 15. n. 127.* Fontan. *de pact. nuptial. tom. 2. clauſula 5. gloſſ. 8. part. 7. num. 35. & 36.* dixi *præcedenti diſp. num. 12.*

6 In hoc verò caſu ex multis iſte recurſus contra Fiſcum locum non habet, & denegari debet. Quoniam iſte creditor non poteſt agere adverſus Fiſcum actione perſonali, qui ex devolutione feudi eſt ſucceſſor ſingularis. Obligatio autem perſonalis in ſucceſſorem ſingularem non tranſit, *l. ult. §. ultimo, ff. de contrahend. empt. l. adhuc 31. §. ſi operas, in fin. ff. de uſufruct. & quemadmod. l. 1. §. ſi hæres, ff. ad Trebell. l. æris alieni, C. de donat.* Peregrin. *de fideicom-*

commiſſ. art. 2. num. 47. & art. 53. num. 13. Et in ſpecie obligationem perſonalis debiti non tranſire in Fiſcum ſucceſſorem feudatarii ex devolutione, ſenſerunt Iſernia *in Conſtit. Si quis poſt litem, & in Conſt. Conſtitutionem divæ memoriæ, in fin.* Afflict. *in dict. Conſt. Si quis poſt litem, num.* 17. Capic. *in inveſtitura feudali, ſub tit. feudorum executiones, circa fin. §. dominus mortuo vaſſallo, pag.* 197. Alvarotus *in cap.* 1. *§. quid ergo, de inveſtitur. de re alien. facta, n.* 3. Jacobin. de Sancto Georgio *in tract. feudor. verb. Qui quidem inveſtiti, n.* 64. Freccia *de ſubfeud. lib.* 2. *§. vigeſima nona authoritas eſt, n.* 7. Ponte *conſ.* 82. *ex n.* 16. *vol.* 1. ea ratione, quia non eſt hæres, neque univerſalis ſucceſſor, ſed particularis. Solum poterit creditor agere adverſus Fiſcum actione reali, ſi feudum eſſet ſubjectum obligationi reali, videlicet hypothecæ, ſine illa enim C. neque adverſus Fiſcum rei feudalis ſucceſſorem agere poſſet, neque judicium ſpeciale aſsiſtentiæ movere ut ex facto movit, quod ubi non eſt hypotheca, non ſubſiſtit, juxta *pragm.* 1. *de aſsiſtentia,* ibi: *Continentis obligationem bonorum,* & notata ab Afflict. *deciſ.* 383. *ex num.* 1. Rov. *ad d. pragm.* 1. *ex n.* 17. Annibale Troyſio *ex n.* 13. & Horatio Barbato *ibid. gloſſ.* 5. *per tot.*

7 In caſu verò de quo agimus, hypotheca ſuper iſto feudo devoluto conſiſtere non poteſt, ob multas, multumque urgentes rationes.

8 Primò, quoniam certiſsimum eſt, non ſolum eſſe prohibitam in feudis venditionem, ſed etiam pignoris obligationem, quæ ſpecies eſt alienationis, *l. ultim. C. de rebus alien. non alienand. l. ſi maritus tuus* 12. *C. de donat. inter vir. & uxor.* quare prohibetur in feudis in ſpecie pignoris obligatio *in cap. imperialem, de prohib. feud. alienat. per Federicum,* & in Regno *in Conſt. Hac edictali lege, & in Conſt. Conſtitutionem divæ memoriæ,* ubi notat Afflict. *num.* 12. & 81. Iſernia *in cap.* 1. *n.* 1. & 2. *de alienat. feudi,* Jacob. de Ardizon. *in ſumm. feudor. cap.* 116. Camerarius *in d. cap. Imperialem fol.* 10. *ex litt. O. & fol.* 15. *ex litt. E. & fol.* 49. *litt. E. & litt. F.* Freccia *de ſubfeudis, lib.* 2. *quæſt.* 9. *fol. mihi* 190. Ponte *de poteſtat. Proreg. tit.* 8. *§.* 6. *ex n.* 1. & *conſ.* 36. *n.* 41. *lib.* 1. Maſtrill. *de magiſtrat. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 21. Julius Clarus *lib.* 4. *ſententiar. §. feudum, quæſt.* 35. Dueñas *regula* 40. *ampliat.* 3. Joannes Lupus *in repet. cap. per veſtras, §.* 38. *num.* 2. *de donat. inter,* Joan. Anton. Trigona *ſingulari* 50. ubi etiam notabiliter limitat Solorzan. *de Jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 14. *ex n.* 15.

9 Igitur ut poſsit valere pignus, ſeu hypotheca in feudo, neceſſarius eſt aſſenſus directi domini, ut in *dict. Conſt. Conſtitutionem divæ memoriæ.* Qui aſſenſus eſt diſpenſatio, privilegium, & gratia, ut poſt Iſernia, tradit Camerarius *in repet. cap. Imperialem fol.* 44. *litt. I.* Afflict. *deciſ.* 398. *n.* 5. & 6. Scipio Theodor. *allegat.* 52. *n.* 7. Atque ideò ſi in ejus obtentione, ſeu impetratione non fiat vera narratio, erit conſenſus ſubreptitius, juxta notata *in cap. dilecta* 22. *de reſcript.* & ab eodem Camerario, *eod. fol.* 44. *litt. C. & E.* effectuque carebit niſi preces veritate nitantur, *cap. ex parte, el* 1. *eod. tit. de reſcript. l. præſcriptione* 2. *l. & ſi legibus, C. ſi contra jus, vel util. publ. l. univerſa, Cod. de diverſ. reſcript.* Præſertim cum in eodem Regio aſſenſu adſit clauſula, *Veris exiſtentibus prænarratis, &c.*

10 Succedit hoc loco argumentum efficaciſsimum, quo velut ancipiti gladio, & ex utraque parte acuto hæc controverſia decidatur. Nam aut C. probat, vera eſſe narrata in impetratione aſſenſus Regii interpoſiti pro obligando feudo prædicto, *Caſa maxima,* de quo nunc controvertitur, qui illa ſunt vera: aut illa non ſunt vera, & non probantur vera. Primo caſu cùm in libello oblatio Proregi facta fuerit relatio, venditionem prædictæ Maſſariæ factam eſſe ad comparandas pecunias, quibus ſatisfaceret A. creditoribus, quorum debitis urgeatur; & conſtito de veritate videlicet ex pretio Maſſariæ, quæ tunc temporis, erat vendita tribus antè annis; ſatisfactum eſſe creditoribus A. non poteſt vinci C. in judicio aſsiſtentiæ, neque adverſarius poterit

rit obtinere contra illum, ut Maſſariam evincat, utpotè agens ex titulo lucrativo donationis contra ſe tuentem eo titulo, quòd ejus pecunia devenerit ad potiores creditores, nempè creditores ex cauſa oneroſa, *ex text. in l. qui à debitore* 18. *ff. qui potiores*, *l. ſi potiores*, *Cod. de iis qui prior. credit. loc. ſucced.* de quo latiùs tractabimus *diſp.* 30. Secundo verò caſu ſi narrata in libello, quo aſſenſus eſt petitus, non probantur vera, aſſenſus non valet, utpotè ſubreptitius, & ſub ea conditione expreſſa datus, *veris exiſtentibus prænarratis*, quæ etiam tacitè ſubintelligitur, etiam ſi non eſſet expreſſa. Et ſi aſſenſus efficax non eſt, nulla eſt hypotheca contracta ſuper feudo. Neque poterit C. ſine hypotheca obtinere aſsiſtentiam, ut dictum eſt *ſupra n. 6. in fine.*

11 Secundò, dato, & non conceſſo, aſſenſum fuiſſe efficacem ad inducendam hypothecam in feudo, hypotheca tamen non fuit pura ab initio contractus, & aſſenſus, purè contracta, ſed ſub conditione evictionis prædictæ Maſſariæ, quam nunc poſsidet prædictus C. ac per conſequens evictionis nec dummodò ſequutæ; ut conſtat ex inſtrumento contractus venditionis dictæ Maſſariæ, in quo obligata ſunt omnia bona A. venditoris pro evictione dictæ Maſſariæ, id eſt ſi evinceretur, ut rectè conſiderat Bald. *conſ.* 198. *ad intelligentiam hujus materiæ*, *n. 5. in fin. vol.* 1. At in caſu de quo loquimur (ſi modo ſequeretur evictio, & impleretur conditio prædictæ obligationis hypothecariæ; quo caſu ipſa obligatio retrotrahi deberet ad tempus contractus, juxta *l.* 1. *& l. qui balneum* 9. *§. amplius, & l. potior* 11. *§. videamus*, *ff. qui potiores*, & notata ab Afflict. *in Conſt. Conſtitutionem divæ memoriæ*, *n.* 45. Capic. *deciſ.* 187. *n.* 16. Harthm. Piſtor. *lib. 3. q.* 14. *ex n.* 15. & plurimis conſultò omiſsis) conditio, ſub qua hypotheca contracta eſt, retrotrahi non poteſt. Ergo neque hypotheca conditionalis ſubſiſtit, ac per conſequens corruit aſsiſtentiæ judicium.

12 Quòd conditio retrotrahi non poſſit, ex eo evidenter conſtat, quoniam retrotractio conditionis, ſub qua hypotheca contrahitur, quemadmodum omnes ſimiles, eſt fictio tranſlativa, ut expreſsè docet Bartol. *in l. ſi is qui pro emptore* 15. *n.* 3. 46. & 47. Joan. Crotus *n.* 135. *ff. de uſucap.* Fictio autem tranſlativa requitur extrema utroque tempore, ſcilicet, *à quo*, & *ad quod*, habilia: quorum ſi quod deficit, fictio non procedit, ut docet idem Bart. *in d. l. ſi is qui pro emptore*, *n.* 3. & 52. & 53. Alberic. *n.* 9. Angel. *num.* 10. Cumanus *n.* 7. 8. & 9. Imola *num.* 18. Paulus *n.* 4. Jaſon. *ex n.* 105. latè Crotus *num.* 54. & 146. *cum ſeqq.* Idem Bartol. Angel. Jaſon. Alciat. *in l. ſi filiusfamilias* 78. *in princ. ff. de verb. oblig.* Decius *conſ.* 247. *n.* 3. & 4. Ripa *in privilegia*, *n.* 42. *ff. de privi. credit.* Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.* 14. *tit.* 46. *num.* 20. Milanenſis *deciſ.* 16. *n.* 44. *lib.* 2. Coſta *de retrotract. cap.* 7. *n.* 1. Salgado *de protect. Regia*, *part.* 2. *cap.* 2. *num.* 32. Gregor. *in l.* 32. *tit.* 13. *part.* 3. *gloſſ.* 1. Fabius Capicius Galeot. *tom.* 1. *controverſ.* 26. *ex n.* 14. Petrus Jordan. Urſin. *de ſucceſſ. feudor.* 1. *part. quæſt.* 4. *art.* 5. *n.* 5. Neguſant. *de pignor.* 5. *part. memb.* 2. *num.* 40. qui ait, in extremo *à quo*, requiri habilitatem in eſſentia, & actu, quamvis in extremo *ad quod*, ſatis ſit in potentia, & probat optimus *text. in l. quoties* 14. *§.* 1. ubi Bart. *n.* 4. Imola *n.* 1. *ff. de donat.* qui optimè declarat, habilitatem conſiderari, tàm reſpectu rei, quàm perſonæ, in qua debet fundari obligatio.

13 At feudum iſtud in termino *à quo*, id eſt tempore, quo evictio fuerit ſequuta, & conditio obligationis hypothecariæ purificata, eſt inhabile ad contrahendam hypothecam, cùm inveniatur devolutum pleno jure ad Regem dominum directum ob lineam finitam. Ergo retrotractio nullo modo poterit operari, neque contrahetur hypotheca, ſine qua judicium aſsiſtentiæ corruit.

14 Quòd verò feudum in extremo *à quo*, retrotractionis, ob devolutionem pleno jure ad dominum directum, ſit inhabile ad contrahendam hypothecam ex con-

tra-

tractu celebrato ante devolutionem à quondam utili domino, probatur. Quoniam tunc est inhabile extremum *à quo*, cum actus eo tempore non posset geri, ut docet Batt. *in d. l. is qui pro emptore, n.* 4. *vers. Idem si est inhabile extremum à quo*, Cumanus *n.* 7. 8. & 9. Crotus *n.* 54. & 55. & *n.* 137. *vers. Tertio fallit*, Decius *in l. contractus* 23. *n.* 23. *vers. Sexto limitatur, ff. de regul. jur.* Costa *de retrotraction. cap.* 7. *n.* 2. Matienz. *in l.* 10. *tit.* 8. *lib.* 5. *Recop. gloss.* 3. *n.* 15. Gutier. *lib.* 2. *pract. q.* 23. *n.* 2. *in fin. & n.* 3. & probat textus *in l. bonorum* 14. *ff. rem rat. haber.* Sed tempore, quo feudum est devolutum ad Regiam Curiam ob lineam finitam, non potest subjici hypothecæ à quondam utili domino, cum ipso defuncto res feudalis remaneat libera ab ejus utili dominio; & contractus feudi, feudumque ipsum antiquum formaliter loquendo (si licèt uti metaphysicis verbis aptissimè tamen rem explicantibus) sit extinctum, tametsi res ipsa feudalis materialiter maneat eadem sub domino directo. Ex quo fit, ut si alius de illa re investiretur, non esset idem feudum cum antiquo, sed feudum novum, *cap.* 1. *de succeff. fratrum, cap.* 1. *de fratrib. de novo benefic. invest.* Ad unitatem enim feudi, & individuationem (ut si dicam) magis attenditur unitas investituræ, quàm rei feudalis; quemadmodum quoad unitatem rei naturalis magis inspicitur unitas formæ, quam materiæ. Ergo planè conditio ista non potest retrotrahi ob inhabilitatem extremi *à quo.*

15 Juxta quam doctrinam, rem esse inhabilem ad contrahendam hypothecam, si in termino *à quo*, reperitur extra dominium eam imponentis, docuit expressè Bald. *in d. l. qui balneum, §. Titia, ff. qui potior. in pign. habeant.* Ripa *in l. privileg. n.* 42. *ff. de privileg. credit.* Decius *in dict. l. contractus, n.* 23. *& consil.* 247. *n.* 3. 4. & 5. ubi optimè aprobat Asinius *de execution. §.* 7. *cap.* 33. Item juxta eandem doctrinam constituunt Doctores regulam, non posse retrotrahi actum in præjudicium ejus, cui mutato rei statu interim jus est quæsitum, ut tradit Ripa *in d. l. privileg. n.* 42. Tiraquel. *de jur. primogen. q.* 34. *n.* 18. Menoch. *consil.* 946. *n.* 34. & 35. *lib.* 10. Monter. *dec.* 50. *ex n.* 7. Costa *de retrotract. d. cap.* 7. *ex n.* 3. Mangilius *tract. de imputationib. & detraction. q.* 83. *num.* 28. & 29. Freccia *de subfeudis, lib.* 2. *q.* 30. *n.* 3. Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 7. *ex n.* 22. Harthman. Pistor. *lib.* 3. *quæst. jur. q.* 14. *n.* 16. referens pro ea Bart. Alex. & Dec. atque text. *in cap. si pro te* 13. *de rescript. lib.* 6.

16 Hinc etiam receptum est, conditionem non trahi retrò in præjudicium illius, cui medio tempore, & ante conditionis eventum plenum jus quæsitum est, *l. nec filio, ff. de natalib. restituend.* Bart. *in l. Gallus* 29. *§. & quid si tantum, n.* 19. *ff. de liber. & posthum. & in l. quoties* 14. *n.* 4. *ff. de novation. & in l. postquam* 5. *ff. ut legat. seu fideicommiss. nom. cave. & in l. quod traditum* 86. *ff. de condit. & demonstr.* Decius *in d. l. contractus, n.* 23. *ff. de regul. jur.* Tiraquel. *d. q.* 34. *n.* 8. & 9. *& de retract. lign. §.* 1. *gloss.* 10. *ex n.* 69. Barbos. *in l.* 1. 3. *part. n.* 32. *in fin. vers. Tertiò, & n.* 33. *vers. Non obstat difficultas, ff. solut. matrim.* Cervantes *in l.* 12. *Tauri, n.* 81. & 82. Silvanus *consil.* 97. *ex num.* 16. Thesaurus *decis.* 38. *num.* 4.

17 Inde etiam fit, ut quoniam retrotractio non operatur in præjudicium juris medio tempore quæsiti, præferatur in successione majoratus filius legitimus ex primo matrimonio natu minor, filio majori natu legitimato ex secundo matrimonio, ut docuerunt Anchar. *in cap. quamvis, n.* 5. *de rescript. in* 6. Tiraquel. *de jur. primogen. d. q.* 34. *ex n.* 3. Gregor. Lopez *in l.* 1. *tit.* 13. *part.* 4. *gloss.* 9. *post med.* Cifuen. *in l.* 40. *Tauri, in princ.* Castillo *in l.* 12. *Taur. n.* 20. *verb. Siguiente matrimonio, col.* 3. Joan. Lupus *ibi, n.* 28. Anton. Gomez *ex n.* 63. Cervantes *n.* 79. Dueñas *regul.* 350. *limit.* 14. Molin. *de primogen. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 7. Mieres *de majoratib.* 1. *part. q.* 51. *n.* 329. & 2. *part. q.* 1. *ex n.* 10. Gutier. *in repet. §. sui, n.* 192. *Inst. de hæred. qualit. & differen.* Matienz. *in l.* 10. *tit.* 8. *lib.* 5. *Recop. gloss.* 3. *n.* 7. Joan. Garcia *de nobilitat. glos.* 21. *n.* 63. Cevallos *in specul. practicar. q.* 606.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

206. Tusch. *litt. L. conclus.* 229. *n.* 45. 53. & 56. Costa *de retrotract. cap.* 8. *cas.* 31. *ex n.* 6. Surdus *consil.* 369. *n.* 24. *lib.* 3. Ursin. *de succes. feudor.* 1. *part. quæst.* 4. *artic.* 4. *ex num.* 2.

18 Hinc etiam est (magis ad rem accedendo) ut assensus Regius impetratus tempore quo reperitur facta revocatio virtute Constitutionis *Constitutionem divæ memoriæ*, actus gesti contra illam non possit retrotrahi, aut effectum operari in præjudicium revocationis jam factæ, ut probat *gloss. in cap. per tuas 6. verb. Præsumendum, de condit. appos.* ubi notat Abbas *n.* 8. docens, purificationem conditionis non retrotrahi in præjudicium eorum, quæ medio tempore gesta sunt. Sentiunt Afflict. *in d. Constit. Constitutionem divæ memoriæ, n.* 48. & *decis.* 335. *n.* 11. & *seqq.* Marinus Freccia *de subfeudis, lib.* 2. *in commentario ejusdem prædictæ Constitutionis, n.* 86. & *sub tit. de assensu, eodem lib. quæst.* 30. *per tot.* Ponte *de potestat. Proreg. tit.* 6. §. 1. *n.* 22. & 23. Francis. de Amicis *in repet. tit. de iis qui in feudum dare poss.* §. 17. *sed quia in hypotheca, pagin. mihi* 21. Paris de Puteo *de redintegrat. feudor. cap.* 298. Et si fiat obligatio feudi pro evictione sub conditione assensus, seu reservato assensu (quod idem est, ut rectè observat Paris de Puteo *in d. tract. cap.* 277. *n.* 2. Surd. *consil.* 484. *n.* 9. *lib.* 4.) & antequam assensus sequatur feudum validè alienetur in tertium, assensus postea impetratus non operatur in præjudicium tertii, in quem feudum est alienatum, neque retrotrahitur ad diem contractus, ut eleganter notavit idem Paris *de redintegrat. feud. cap.* 270. *n.* 4. & 5. & *cap.* 271. *an si aliquis, & cap.* 273. *an si alienatur*, Afflict. *dec.* 286. quem sequitur Freccia *d. q.* 30. & Amicis *in d. repet.* §. 18. *sed si venditor, n.* 1. & 5. *pag.* 22. Item si venditor moriatur antè impetratum assensum, ob cujus mortem in feudo succedit filius, vel agnatus, si post assensus impetretur, non retrotrahitur in præjudicium successoris, ut notat Paris de Puteo *in d. tract. cap.* 272. *an consensus*, & 273. 274. & 275. Isernia *in cap. Imperialem, n.* 15. *de prohib. feud. alien. per Feder.* Franch. *decis.* 86. *n.* 1. *decis.* 126. *ex n.* 7. & *decis.* 620. *ex n.* 3. Capicius *decis.* 115. *n.* 4. Camerar. *in repet. d. cap. Imperialem, fol.* 88. *ex litt. E.* Cui simile est quod tradit Paul. de Castro *consil.* 438. *quantum ad primum, n.* 1. *vol.* 2. quem sequuntur Tiraquel. *in l. connubial. gloss.* 6. *n.* 18. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 69. *n.* 6. Gutier. *lib.* 2. *pract. quæst.* 23. videlicet stante statuto, quòd contractus uxoris non valeat sine consensu mariti, non posse maritum consentire mortua uxore, & ratificare contractum ab ipsa gestum in vita, idem de consensu patris requisita in contractu filii. Idque ob has easdem rationes, quod conditio non retrotrahitur mutato interim rei statu, & non invento habili extremo, *à quo*, quas rectè expendit Freccia *d. q.* 30. *n.* 3. & *ex n.* 8. *ad finem quæstionis.* Facit Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 7. *ex num.* 20.

19 Igitur idem planè dicendum est de conditione ipsa evictionis adjecta contractui, & obligationi hypothecariæ, si conditio evictionis purificetur eo tempore, quo status feudi mutatus est, & quo est incapax contrahendi hypothecam, quoniam devolutum sit ad dominum directum, non posse retrotrahi hypothecam ad initium contractus, neque fictionem translativam defectu habilitatis extremi, *à quo*, effectum habere.

20 Sed videntur adversus prædictam difficultatem facere text. *in l.* 1. & *in l. qui balneum* 9. *in fin. princip.* & *in l. potior* 12. *in* §. *videamus*, *ff. qui potiores in pign. habe.* quibus probatur, conditionem retrotrahi ad initium obligationis: ex quo videtur consequens, ut assensus etiam retrotrahi debeat ad tempus obligationis feudi pro evictione rei venditæ. Qua ratione motus id affirmavit Afflict. *in Const. Constitutionem divæ memoriæ, n.* 45. tametsi paulò post *n.* 48. variaverit sui immemor, quem allegat ab eo discedens Freccia *de subfeudis, lib.* 2. *d. q.* 30. *n.* 2. qua eadem ratione usus est pro ratione dubitandi *in d. dec.* 286. *n.* 4.

21 Idem Afflict. *in eadem decis.* 286. *n.* 4. *vers. Nec obstat*, & ejus vestigia sequutus

tus Freccia *in d.q.* 30. *n.*4. reſpondent ad difficultatem, quæ reſultat ex prædictis textibus, aſſenſum impetratum poſt contractum factum ſub conditione aſſenſus futuri ideo non retrotrahi, quia contractus ab initio, cùm nondum impetratus erat aſſenſus, nullus eſt, ac proindè nullum effectum habet: illaque clauſula *Reſervato aſſenſu*, dumtaxat efficit, ne cenſeatur dominus offenſus; non verò ut impleta conditione contractus retrotrahatur ad initium: non enim valet, niſi ab aſſenſu impetrato. Significantes planè in caſu prædictæ deciſionis conditionem fuiſſe retrotrahendam etiam cum tertii præjudicio, ſi contractus ab initio valuiſſet. At in caſu *d.l. qui balneum, & l. potior, in §. videamus*, contractus valebat ab initio, & ideò impleta conditione, obligatio retrotrahitur ad initium geſti contractus. Addit Freccia, quoniam qui pendente conditione aſſenſus primi contractus alienat per ſecundum contractum validum eum aſſenſu, videtur tacitè revocare contractum priorem circa rem ipſam alienatam ſub conditione aſſenſus, ut in ſimili dicitur *in l. ſi maritus* 12. *C. de donat. inter vir. & uxor.* & ſi poſteà ſuperveniat aſſenſus domini directi ſuprà contractum priorem revocatum, non poſſe effectum habere mutato interim rei ſtatu.

22 Sed (quod eorum pace dicam) ambo apertè labuntur, & planè errant, argumentumque ſolutu facillimum adhibita ſolutione reddunt difficillimum, clariſsimam rem obtenebrantes, nebulaque, & obſcuritate circumfundentes, & rem expeditam reddentes inextricabilem. Ex notiſsimis juris principiis certum eſt, conditionem adjectam contractui ſuſpendere obligationem, quemadmodum univerſim cuicunque diſpoſitioni additam ejus effectum ſuſpendere. Notiſsima item res eſt, feudi alienationem puram ſine aſſenſu non valere, *cap. Imperialem, de prohib. feud. alienat. per Feder.* ſi verò feudum alienetur ſub conditione Regii aſſenſus, nulla eſt ratio, cur dici poſsit, alienationem non valere, eodem modo, quo valent contractus omnes conditionales, in quibus regula eſt *ex d. l.* 1. *l. qui balneum, in princip. l. potior, §. videamus, ff. qui potiores*, ut ſub conditione facti caſuali, vel mixta, ſi conditio impleatur, valeant ab initio, & conditio ad initium obligationis retrotrahatur, datis terminis habilibus: & ſi ſub poteſtativa, valeant ex implemento conditionis. Cùm aliàs etiam in ultimis voluntatibus ſit expeditum, regulam Catonianam, qua diſpoſitiones puræ regulantur, in conditionalibus locum non habere, *l.* 1. *ff. de regul. Catonian.*

23 Venditionem autem feudi ſub conditione aſſenſus non eſſe prohibitam, ſed eſſe validam, & ſuſtinendam, ſenſerunt Jaboc. de Ardizon *in ſumm. feudali, in c.* 119. *circa fin.* Bald. *in cap.* 1. *§. hoc quoque, n.* 18. *& 19. de ſucceſ. feud.* Alvaro *in cap. Imperialem, in princip. n.* 15. *in fin. de prohib. feud. alien. per Federic.* & idem planè ſentit Ponte *conſil.* 17. *n.*21. 22. *& ſeqq. volum.*2. Pendente autem conditione contractus non ita valet, ut à principio naſcatur obligatio, *l. neceſſariò* 8. *in princip. & §. quòd ſi pendente, ff. de pericul. & commod. rei vind. l. cedere diem* 213. *ff. de verbor. ſignif.* valet tamen ita, & eatenus dicitur perfectus, ut non poſsit alter contrahens à contractu reſilire invito altero, & alterum contrahentem eludere: ſed teneatur uterque expectare conditionis eventum, ut notat *gloſſ.* communiter approbata *in tit. Inſtitut. de empt. & vend. in princip. verb. Contrahitur, & in d. §. quòd ſi pendente, verb. Perfectam eſſe, & in l.* 1. *verb. Poſt perfectam, C. de pericul. & commod. rei vendit.* Baldus, & Salicet. *in l.*2. *n.*1. *C. quando lice. ab empt. diſced.* Afflict. *deciſ.* 280. *n.*3. *& ſequentib.* Paris. *conſil.* 59. *n.*4. *vol.* 1. Harthaman. Piſtor. *lib.*3. *quæſt. jur. q.*14. *n.* 17. Mantica *de tacit. & ambig. convent. lib.*12. *tit.* 10. *n.*16. Et in ſpecie de alienatione feudi ſub conditione aſſenſus alienati, ſentit Lucas de Penna *in l. nulli* 13. *n.* 1. *circa fin. C. de fundis patrimonialib. lib.* 11. & Afflict. *in cap.* 1. *in princ. q.* 21. *n.*6. *de prohib. alien. feud. per Feder.* Ponte *d. conſ.* 17. *ex n.*20. *volum.*2. Imò eſt probabiliſsimum, attento jure communi feudorum, &

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ſecluſa diſpoſitione *Conſt. Regni Conſtitutionem diva memoriæ*, ex qua in Regno alienans feudum purè, antè impetratum aſſenſum poteſt revocare alienationem, tametſi alienatio feudi abſque aſſenſu pura ſit nulla, & invalida : quod tamen neque omninò aſſeri poteſt, ſi credimus Camerario *in cap. Imperialem, fol. 87. ex litt. M.* ubi contendit, iſtum contractum non poſſe dici omninò nullum propter ſpem reconvalidationis, quod repetit *fol. 39. litt. R. verſ. Prima concluſio*, Ponte *deciſ. 6. n. 10.* tamen id eſſe intelligendum quoad dominum directum, & ejus præjudicium. Cæterùm quoad vaſſallum, alienationem, etiam nullam eum habere effectum, ut ab ea diſcedere non poſsit ipſe alienator, ut ſentit Roſental. *de jure feudor. cap. 9. membr. 1. concluſ. 2. n. 11. & membr. 2. concluſ. 70. per tot.* multis in eandem rem relatis, & Ponte *d. conſ. 17. num. 26.*

24 Si verò Afflictis, & Freccia velint diſtinctionem inducere inter contractus conditionales, qui ſi purè fierent, non valerent : & eos, qui cùm conditionaliter fiant, poſſet fieri purè, æquè validè : ut in primo caſu conditio non retrotrahatur; in ſecundo verò retrotractioni locus ſit ; ea doctrina falſa eſt, à nemine præter ipſos tradita, & aſſerta ſine fundamento. Quare contrariam, nempè aſſenſum retrotrahi, cùm contractus ſit reſervato aſſenſu, ſeu ſub conditione aſſenſus (quod idem eſſe dixi *ſupr. n. 18.* ex Paris de Puteo *de red. integrat. feudor. cap. 277. quia communiter, n. 2.* & Surd. *conſ. 484. n. 9. lib. 4.*) tradunt, & probant idem Puteus *in d. tract. cap. 275. an ſi quando, n. 2.* & Camerarius *in repet. cap. Imperialem, fol. 27. litt. S. T. V. & fol. 28. litt. A. B. C.* ubi contendit, contractum vaſſalli alienantis ſine aſſenſu non poſſe dici omninò nullum, ſed ejus nullitatem pendere, donec dominus directus aſſentiatur, vel diſſentiatur, *& fol. 89. ex litt. R. verſ. Prima concluſio*, ubi latè. Et tandem recurrendum eſt ad doctrinam communem ſuprà traditam, diſtinguentem inter conditiones poteſtativas, & caſuales: & rurſus ſubdiſtinguentem quoad retrotractionem in caſualibus, an extrema ſint habilia, ut eo caſu retrotractio locum habeat univerſim, an inhabilia, quo caſu retrotractioni locus non ſit. Inhabilitatem verò effici, ſi res medio tempore fuerit tertio pleno jure quæſita : in cujus præjudicium retrotractio non operatur, ut ſuperius dixi. Et hæc eſt veriſsima ratio decidendi in caſu illo *dec. Afflicti 286.* ut planè de ſimilibus loquens ſentit Paris de Puteo *de redintegrat. feud. cap. 271. an ſi aliquis 272. 273. & 274.* & Franch. *dec. 86. n. 4.* aliis relatis tradit ut indubitatum, aſſenſum in tertii præjudicium nunquam retrotrahi, contra Afflictum, & Capicium, & ait ſuis temporibus in hoc non fuiſſe factam difficultatem.

25 Igitur ad text. *in d. l. 1. l. qui balneum, in princip. & in d. l. potior, in §. videamus, ff. qui potiores*, optimè reſpondet Barboſa *in l. 1. 3. part. n. 33. verſ. Non obſtat tertia difficultas, ff. ſolut. matrim.* tunc non poſſe retrotrahi conditionem in præjudicium tertii, quando medio tempore eſt quæſitum tertio plenum jus, veluti dominium, vel aliud ſimile: tunc enim igitur de magna mutatione ſtatus rei, & tunc locum habent ſuperius dicta, ut non poſsit retrotractio locum habere ob extremi inhabilitatem. Verùm quando manente re ſub dominio ejuſdem debitoris, & ex conſequenti in eodem ſtatu ſecundum ſubſtantiam, mutatur accidentaliter medio tempore, quoniam in eadem quæſitum ſit tertio creditori jus hypothecæ, conditio poſt impleta retrotrahi poteſt in ejus præjudicium, quoad effectum præferendi primum creditorem ſub conditione prius contrahentem. Et in hoc ſecundo caſu loquuntur, & ſunt intelligendi prædicti textus. Quam tamen doctrinam etiam limitat, & explicat Neguſant. *de pignor. 3. part. memb. 1. n. 36. cum ſeqq.*

26 Secundò reſpondet Harthman Piſtor *quæſt. jur. lib. 3. d. q. 14. ex n. 17.* Rationem, cur in caſu *d. l. 1.* & concordantium, *ff. qui potiores*, conditio retrotrahitur, eſſe, quoniam non poteſt debitor prius ſub conditione contrahens voluntate ſua

à contractu discedere in fraudem prioris creditoris conditionalis, eique præjudicare. Significans, posse conditionem retrotrahi, etiamsi mutetur status rei ex voluntate debitoris. Idque ex notissimis principiis. Nam si debitor ipse impedimento est, quominus impleatur conditio, censeri debet impleta, tùm in damnum ipsius, tùm in damnum eorum, qui ab eo causam habent, *ll. jure civili* 24. *ff. de condit. & demonstr. l. in executione* 85. *§. ultim. ff. de verbor. oblig.* Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.* 14. *tit.* 45. *n.* 33.

27 Casus autem, de quo modò agimus, valdè diversus est à casu *d. l.* 1. & concordantium, ut idemmet Freccia expendit *in d. quæst.* 30. *n.* 3. *& n.* 8. *cum seqq.* sive sequamur solutionem Petri Barbosa, sive Pistoris. Juxta solutionem Barbosæ, quoniam agimus de feudo, quod non solum non remansit tempore conditionis impletæ sub dominio utili ejusdem domini, qui illud obligavit sub conditione, sed neque est extans. Nam per devolutionem feudum extinguitur consolidato utili dominio cum directo, ac per consequens jam periit res illa, quæ subjecta erat obligationi conditionali, nempè utile dominium, non enim poterat vassallus obligare, nisi illud, quòd habebat: & succedit regula *l. necessario, §. quòd si pendente, ibi: Planè si pendente conditione res interierit, perimitur emptio, sicuti & stipulationes, & legata conditionalia perimuntur, si pendente conditione res extincta fuerit, ff. de periculo, & commod. rei vend.* & quæ de inhabilitate extremi, *à quo*, superius dixi, ob quam retrotractionis fictio non potest exitum habere, *l. si ex duobus* 6. *§. Sed & Marcellus, ff. de in diem addict.*

28 Juxtà solutionem verò Pistoris etiam est diversus casus. Nam mutatio feudi contingens ob devolutionem, non provenit ex voluntate debitoris ante ipsam conditionaliter contrahentis, qui in fraudem prioris contractus mutet rei statum: sed provenit à necessitate, & extrinseca fortuna præter ejus voluntatem: quare non potest contrahenti imputari, cur status rei sit mutatus tempore implementi conditionis, qui vim majorem, & casus contingentes dispositos à Divina Providentia impedire non potest. Et sic nullo modo, & ex nullo capite potest fieri, ut retrotractio locum habeat, quemadmodum habet in casu *d. l.* 1. & concordantium, *ff. qui potiores.*

29 Tertiò tandem (& quæ deinceps dicenda sunt, tendunt directè ad resolutionem propositæ disputationis) dato, & non concesso, hypothecam in hoc feudo ab initio contractus purè, & validè contractam esse (quæ planè sub conditione evictionis imposita est) illa tamen per devolutionem feudi ad Regem dominum directum ob lineam finitam fuisset extincta. Quoniam resoluto jure dantis, resolvitur jus accipientis, *l. lex vectigal.* 31. *ff. de pignorib.* Quæ regula etiam in feudis locum habet, ut docet *gloss. ultima, in d. l. lex vectigali*, & probat textus *in cap.* 1. *§. rursus quib. mod. feud. amittat. cap.* 1. *§. quid ergo, de investitur. de re alien. fact.* & in istis locis Bald. Alvarotus, Cardin. Alexand. Isernia, & Afflictis, & alii Feudistæ, idem Baldus *in l.* 3. & ibidem Salicet. & Paulus, *C. de servit. & aqua*, idem Bald. *in l. si duobus* 3. *§. sed quia nostra, n.* 7. *C. commun. delegat. & in cons.* 333. *n.* 3. incipit, *Nobilis vir, vol.* 5. Decius *cons.* 239. *num.* 7. qui multos allegat, idem Isernia *in cap.* 1. *n.* 5. *de alien. feudi, & in cap.* 1. *§. si aliquis, apud quem, vel quos controversia feudi*, Jacobin. de S. Georg. *in sua investitura feudali, verb. Ita etiam, quòd ipsi Vassalli, ex n.* 10. *& verb. Qui quidem investiti, ex n.* 62. Tiraquel. *de retract. lignagier, §.* 34. *gloss.* 1. *ex n.* 7. *& de retract. conventionali, §.* 3. *gloss. unica, n.* 13. Freccia *de feudis, lib.* 2. *authorit.* 29. *n.* 7. Joan. Anton. de Nigris *in cap. Item statuimus* 109. *n.* 13. *in fin.* Chassanæus *in consuetudines Burgund. Rubric.* 3. *§.* 8. *verb. En alienation. n.* 35. Boerius *decis.* 181. *ex n.* 3. Guido Papæ *decis.* 575. Cacheranus *decis.* 146. *n.* 9. *&* 10. *cum seqq.* Franchis *decis.* 152. *n.* 1. *decis.* 226. & ibi addentes, *& decis.* 369. *n.* 8. Mastrillus *decis.* 14. *n.* 7. *&* 8. Ponte *decis.* 28. *ex n.* 2. *& de potest. Proreg. tit.* 10. *Rub. de donationib. & expensis Universitatum, §.* 1. *ex n.* 17. Claperiis

cauſ. 100. *q.* 2. *n.* 3. Surd. *deciſ.* 286. *n.* 9. 10. 11. & 12. Gulielm. Benedict. *in repet. cap. Rainuncius, verb. Et uxorem nomine Adelaſiam, deciſ.* 4. *n.* 15. & 16. Afflictis *deciſ.* 380. *num.* 3. &. 4. loquens in emphyteuſi, Borgnin. Cavalcan. *deciſ.* 29. *n.* 41. 2. *p.* & Valaſc. *conſultat.* 186. *ex n.* 3. loquentes item in emphyteuſi (à qua tamen ad feudum rectè ſumitur argumentum, ut notat Everardus *in locis legalibus, loco* 30. *ab emphyteuſi ad feudum.*) Ergo reſoluto jure vaſſalli conſtituentis hypothecam ſuper feudo, utilique dominio conſolidato cum directo, dum feudum devolvitur neceſſario ad dominum ex anterior contractu inveſtituræ, reſolvitur quoque, & extinguitur hypotheca, & jus creditoris ſuper feudo, feudumque revertitur liberum ob omni onere, cùm domino aperitur. Non ſecus ac hypotheca impoſita ſuper re vendita, cum pacto de retrovendendo, reverſa ad venditorem vi anterioris pacti, revertitur libera reſolutis hypothecis medio tempore contractis, ut reſolvit poſt plurimos antiquos Tiraquell. *de retract. conventionali, §.* 3. *d. gloſſa unic. n.* 10. 11. & 12. Franchis *deciſ.* 64. *num.* 4. & 16. & *deciſ.* 369. *n.* 6. Neguſant. *de pignor.* 5. *p. memb.* 1. *ex n.* 40. Joan. Garcia *in tract. de hypotheca poſt contractu, &c. ex n.* 8. Avendañ. *de cenſib. cap.* 102. *n.* 1. Anellus de Amat. *conſil.* 10. *per tot.* Et eſt originalis doctrina Bartol. *in l. in diem* 9. *ex n.* 2. *ff. aqua pluv. arcend.* quam in fortioribus terminis ſequitur Pinell. *in l.* 2. 2. *p. cap.* 3. *ex n.* 11. *C. de reſcindend. vendit.* (approbat Sarmiento *lib.* 6. *ſelect. cap.* 7. *n.* 4.)

30 Confirmatur hæc ratio ex doctrina vera, & communi Doctorum, quam tradunt circa illius regulæ explicationem, quòd reſoluto jure dantis, reſolvatur jus accipientis. Diſtinguunt enim ſic. Aut contractus ante rei pignorationem factus ex natura ſua ob cauſam in eo expreſſam reſolubilis, reſolvitur ex cauſa neceſſaria anteriori citra voluntatem contrahentis, in cujus damnum reſolvitur. Aut ſtante contractu reſolubili reſolvitur ex cauſa voluntaria, aut libera voluntate illius contrahentis, cujus favore, & in cujus commodum contractum eſt. Primo caſu dicunt, tempore, quo contractus reſolvitur ex cauſa neceſſaria anteriore ob naturam ipſam contractus reſolvi hypothecas, & onera impoſita poſt primum contractum. Secundo caſu dicunt, onera, & hypothecas poſt reſolutionem voluntariam durare. Exemplum primi caſus adducitur in venditioni rei facta, cum pacto de retrovendendo, nam quando invito emptore venditor exercet pactum, quod à principio inerat, & recuperat rem venditam, reſolvuntur omnes hypothecæ, & onera impoſita rei per emptorem, & res revertitur libera ad venditorem, ut in fine præcedentis numeri dicebamus. Item in emphyteuſi, vel feudo, quæ debent reverti ad dominum directum ex vi contractus, & tenore inveſtituræ antecedentis in caſu commiſſi, ceſſationis canonis, feloniæ, vel ob lineam generationis finitam, & alias cauſas. Nam ſuccedente caſu, in quo res emphyteutica, vel feudalis ob tenorem antecedenti inveſtituræ reverſura ſit, & devolvenda ad dominum directum, reſolvuntur omnia onera, & hypothecæ impoſita, & contracta medio tempore inter inveſtituram, & devolutionem. Exemplum ſecundi caſus adducitur in re vendita, nam ſi poſt venditionem agat venditor ad reſcindendam venditionem ob læſionem ultra dimidiam juſti pretii, *juxta l.* 2. *C. de reſcind. venditione*, hypotheca in re impoſita ante reſciſionem venditionis durat poſt illam reſciſſam, cùm res reſtituatur ex cauſa voluntaria, potuit enim emptor ſupplere juſtum pretium, & rem retinere. Quamvis in hoc exemplo diſſenſio magna ſit inter Bartol. & Baldum, an reſolutio contractus ex remedio *d. l.* 2. ſit ex cauſa neceſſaria, an potius ex cauſa voluntaria, & qua latè agit Pinellus *in d. l.* 2. 2. *p. cap.* 3. *ex n.* 11. *C. de reſcindenda venditione.* Item aliud exemplum adducitur ex ipſis eiſdem feudo, & emphyteuſi reverſis ad dominum, non ex cauſa neceſſaria inveſtituræ, & jure dominii directi, ſed ex voluntate libera emphyteutæ, vel vaſſalli volentis transferre emphyteuſim, vel feudum

dum in dominum directum titulo venditionis, donationis, aut legati, vel quovis alio simili, tunc enim emphyteusis, vel feudum non devolvitur ad dominum jure dominii directi, sed ex titulo, ex quo posset succedere quicunque, qui non esset dominus, & censetur eodem jure, quo quilibet particularis successor feudatarii, qui dominus non esset: & hoc casu durat onus, & hypotheca imposita ante hanc translationem, quemadmodum duraret succedente in feudum quolibet alio non domino. Hanc doctrinam tradit Bart. *in l. si ex duobus 6. §. sed & Marcellus, n. 1. ff. de in diem addit. & in l. si res 3. num. 1. 2. & 3. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solv.* & ultra *superius* relatos *n. precedenti*, Antibolus *de muneribus, 3. p. n. 88. & 89.* Capicius *in investitura feudali in Rubrica feudorum devolutio, versic. Servitutes, pag. 159. & in Rubric. feudor. execut. vers. Dominus mortuo, cum vers. Limita, pag. 179.* (Freccia *de subfeudis, lib. 2. authorit. 29. num. 9.* Camill. de Medic. *consil. 101. n. 4.*) Curtius *de feudis, 4. p. n. 105. versic. Nam ex prædicta, tom. 10. tractat. 2. p.* Cagnolus *in l. 2. n. 122. C. de rescindend. vendit.* Camerar. *in cap. Imperialem, fol. 31. litt. R. & S.* Pinellus *in l. 1. 3. part. n. 72. C. de bonis matern.* Bursatus *cons. 171. n. 28. & 29.* Rovitus *consil. 53. n. 19. volum. 1.* Ponte *decis. 3. num. 25. 26. & 27.* Duardus *de censibus, §. 1. quæst. 10. ex num. 10.* Surdus *de is. 286. n. 2. & 3. & per tot.* Joan. Garcia, *qui latè prosequitur in tractatu de hypotheca post contractum vivente, aut moriente recisso contractu, ex num. 6. per omnes sequentes, post finem tractatu de meliorationibus.*

31 Neque obstat effugium à quibusdam infœliciter excogitatum, qui dicunt, Regulam illam, *resoluto jure dantis, resolvi jus accipientis*, in feudis limitandam esse, & locum non habere, quoties in contrahenda hypotheca intervenit assensus domini directi. Nam cùm ne re propria quilibet sit moderator, & arbiter, *l. in re mandata, C. mandat.* ipse dominus potest sibi præjudicare, *l. non videtur 11. ff. si quid in fraud. patron. Qua ratione*, Bartol. *in l. in diem 9. n. 2. ff. de aqua pluvia arcenda, & ibi* Cuman. *n. 1.* qui apertius loquitur, significant, hypothecam impositam cum voluntate ejus, ad quem res est reversura, durare etiamsi res ad eum revertatur.

32 Et de hypotheca imposita cum assensu super feudo durare post devolutionem, creditur sensisse Isernia, qui tamen more suo obscurè, & lubricè loquitur. Imò nihil asserens, sed ex sententia aliorum, quam tamen loco ultimo refert *in cap. 1. §. quid ergo, n. 5. in fin. de investitur. de re alien. fact. & in cap. Imperialem, n. 11. de probib. feud. alien. per Federic.* involutè quoque loquens de casu veditionis, non pignorationis; sed apertè eam sententiam amplectuntur Boer. *decis. 181. n. 4. & 5.* Freccia *de subfeudis lib. 2. authoritate 29. n. 6.* loquens item de venditione feudi, & in specie agens de casu pignorationis, Harbtham. Pistor. *lib. 2. quæst. jur. quæst. 48. ex num. 14.* Scraderus *de feud. part. 8. cap. 4. n. 34. versic. Secundò hæc concl. &* Fachineus *lib. 7. controv. jur. cap. 56.* Camerar. *in cap. Imperialem, fol. 50. litt. L.*

33 Fundamentum præcipuum est, nam si dominus assentiatur venditioni feudi, venditio ipsa manet firma in favorem emptoris, & ejus hæredum, quantumvis succedat casus, ob quem feudum à primo venditore ad Fiscum, seu Regiam Curiam devolveretur, quia non attenditur jam persona venditoris, sed novi emptoris, cum assensu domini feudum acquirentis, & in eo succedentis, ut est *text. in cap. 1. §. & si clientulus de alienat. feudi*, id apertè probans, de quo magnum festum facit Fachineus. Ergo simili modo si res feudalis opignoretur, durabit pignus etiamsi feudum ad dominum devolvatur, quia non attenditur persona feudum obligantis, ob assensum; sed ejus, cui feudum obligatur. Nam inter venditionem feudi, & opignorationem nulla inveniri potest verisimilis diversitatis ratio. Ita argumentatur Pistor. & Fachineus.

34 Non, inquam, obstat, sed admirationem movere potest, quòd tam apertus lapsus invenerit sequaces, & tam infirmum,

mum, & labile fundamentum approbatores. Et ut res à radice examinetur, revocandum eſt in memoriam, jus, quod circa feudorum alienationem nunc viget, non omnibus temporibus fuiſſe uniforme, nam *antiquis licuit, nunc magis, nunc minus* feudum alienare, etiam ſine aſſenſu, Camerarius *in cap. Imperialem, fol. 4. ex litt. A.* diſtinxit octo tempora, quibus circa feudorum alienationes variatum fuit. In quorum quinto licuit feudis ſervitutem, vel hypothecam imponere, ſine aſſenſu domini: ita tamen ut neque hypotheca, neque ſervitus domino directo præjudicium inferret, ſed ſolum vaſſallo, dum apud ipſum erat res feudalis: ea verò ad dominum devoluta jure dominii directi extinguebatur jus hypothecæ, ſeu ſervitutis, ex illa generali regula juris communis, quod *reſoluto jure dantis, reſolvitur jus accipientis*, quam in feudis quoque vigore obſervari ſuperius ex communi omnium ſententia. Juxta quod tempus, quo hypotheca ſine aſſenſu poterat contrahi accipiendi ſunt, *text. in cap. 1. §. rurſus, quibus mod. feud. amitt. & in cap. 1. §. quid ergo, de inveſtit. de re alien. fact.* Poſt conſtitutionem verò Federic. *in cap. Imperialem, de prohibit. feud. alienat. per Federicum*, res eſt indubitata, hypothecam contrahi, non poſſe ſine aſſenſu, quod latius proſequitur idem Camerar. *in dict. repetit fol. 10. litt. O.* & expreſsè ſtatuitur in ipſo *cap. Imperialem, & dixi ſup. n. 8. & 9.*

35 Ex quo manifeſtè colligitur, apertè errare eos, qui credunt, attento jure hodierno feudorum limitandam eſſe regulam illam quod *reſoluto jure dantis, reſolvatur jus accipientis*, quotieſcumque intervenit in hypotheca contrahenda aſſenſus directi domini. Quinimò qui eam regulam limitant, rectius dicerent, in feudis nunquam locum habere, nam revera, juxta eorum ſententiam nunquam locum habet, ſive interveniat aſſenſus, ſive non interveniat. Idque probatur evidenter, cùm enim accipientis, non ſit aliud quàm ſervitus, vel hypotheca, aut ſimile jus contractum, & impoſitum ſuper feudo in favorem tertii, ad quem feudum non pertinet, & hæc onera jure iſto, ſine aſſenſu contrahi non poſsint, planè fit, ut ubi aſſenſus non intervenit, non poſsit conſtitui in feudis jus accipientis, ex quo rurſus fit, ut reſolvi *non poſsit. Nam quemadmodum privato* præſupponit habitum, *l. decem 110. ff. de verborum obligatione, cap. ad diſſolvendum, de deſponſat. impuber.* ita reſolutio conſtitutionum, & ubi conſtitutio eſſe non poteſt, non habet locum reſolutio. Ubi verò intervenit aſſenſus, qui ad conſtitutionem eſt neceſſarius, reſolutio non contingit, juxta ſententiam eorum, cum quibus diſputamus, qui limitant prædictam regulam, *reſoluto jure dantis, &c.* intervenientе aſſenſu. Ergo evidens eſt juxta eorundem ſententiam, eam regulam, ſive ſine aſſenſu, ſive cum aſſenſu locum non habere. Ex quo rurſus colligitur, hanc ſententiam adverſari communiſsimæ, & receptiſsimæ Doctorum omnium ſententiæ, affirmantium, regulam iſtam habere locum in feudis, quorum plurimos retulimus *ſup. n. 29.* & pro ea retulit 28. DD. Tiraquellus *de retractu convention. §. 3. gloſſa unica, dict. numer. 13.*

36 Igitur attento jure feudali hodierno, ſi res adamuſsim expendatur, an reſoluto jure dantis reſolvatur jus accipientis, difficultas eſt in facto, non in jure conſiſtens, & quæſtio eſt voluntatis, non poteſtatis. Nam ſi de jure, & poteſtate ſermo ſit, indubitatum eſt, dominum directum feudi, cujus aſſenſus in obligatione feudi contrahenda requiritur, poſſe ſibi præjudicare, & iis, quæ pro ſe introducta ſunt, renunciare, *l. ſi quis in conſcribendo 29. C. de pact.* & velut dominum de re ſua ad libitum diſponere, *l. in re mandata 21. C. mandat.* conſentireque, ut ita res feudalis hypothecæ ſubjiciatur, ut conſervetur, & duret obligatio etiam eo caſu, quo res ad ipſum devolvatur, & maneat ipſe obligatus ad ſolvendum debita ſui vaſſalli. Quis hæc neget? An verò præſtito aſſenſu id ſit cenſendus voluiſſe, res eſt, quæ ſubjacet conjecturis, & explicationi verborum aſſenſus. Nam ſi aſſenſus verba eum ſenſum admittant,

tant, ut eo etiam casu, quo feudum devolvatur, velit dominus hypothecam à vassallo impositam permanere, proculdubio resoluto jure dantis, non resolvetur jus accipientis. Verùm si assensus verba eum sensum non admittant, sed potius excludant, & de voluntate domini non constet, volentis, hypothecam eo casu durare, aut conjectura sit contrariæ voluntatis, proculdubio resoluto jure dantis, resolvetur jus accipientis. Sumus itaque in statu conjecturali, ut rectè observat Afflictis *in cap. 1. num. 11. qui succeſſor. feud. dar. tenean.* & Isernia *in cap. 1. eodem tit. alias, qui succeſſores tenean. el 1.*

37 Occurrit autem duplex quæstio. Prima, an assensus hypothecæ simpliciter præstitus, non explicato, neque expresso casu devolutionis citra voluntatem vassalli contingentis, seu involuntariæ, censeatur etiam præstitus in casum ejusmodi devolutionis, ut videlicet hypotheca duret eo casu, & sic in simplici assensu comprehendatur casus devolutionis. Secunda, an assensus præstitus hypothecæ, non simpliciter, sed limitatè sub pactis, & clausulis, *dummodo habeat succeſſores, natura feudi in alio qui non mutata, juribus Regiæ Curiæ semper salvis*, censendus sit, comprehendere casum devolutionis: an verò vi harum clausularum, ille casus in ejusmodi assensu videatur exceptus.

38 Et quoad primam quęstionem, censendum esse, assensum simpliciter præstitum hypothecæ comprehendere casum devolutionis involuntariæ, & nocere domino assentienti, ut devoluto ad se quomodolibet feudo, ratam teneatur habere hypothecam, & maneat obstrictus creditoribus vassalli, creditur sentire Isernia *in cap. 1. §. quid ergo, n. 5. versic. Alii putant de inveſtitur. de re alien. fact.* cui assentire videntur ibidem, quia eum referunt, & non impugnant Cardin. Alexand. *n. 2.* Afflict. *n. 3.* Balzaran. *num. 21.* Eandem sententiam significant Puteus *de redintegratione feudorum cap. 256. ponè, quod vaſſallus, n. 7. 8. & 12.* Freccia *de ſubfeudis, lib. 2. autherit. 29. n. 8.* Pistor. Scrader. *relati ſupra num. 32. in inveſtitura feudali, Rubrica feudorum devolutio, §. hypotheca, pag. 159. & Rubrica feudorum executiones, versic. Dominus mortuo, pag. 197.* (Guido Papæ *deciſ. 575.*) Rosental. *de feudis, cap. 9. memb. 1. concluſ. 18. n. 1.* Fachin. *controverſiarum jur. lib. 7. cap. 56.* Fundamentum hujus sententiæ est illud idem, quod retulimus *supra n. 33. desumptum ex* Isernia *loco prædicto, quo utuntur* Pistor. & Fachineus, ut probent, limitandam esse in feudis regulam juris communis, quòd resoluto jure dantis, resolvatur jus accipientis, interveniente consensu domini directi.

39 Contrariam tamen sententiam, quinimò assensum simpliciter præstitum non comprehendere, sed potius excludere casum devolutionis involuntariæ, planè amplectitur idem Isernia *in d. cap. 1. §. quid ergo, num. 5. in principio, de inveſtit. de re alien. fact.* loquens ex propria sententia. Ejus verba sunt, *quid vaſſallus contraxit debita, & feudum aperitur domino, an dominus tenetur creditoribus? dic, quòd non, quia nec agnati, quando est paternum, infra, an agnatus, &c. cap. 1. etiamsi obligaſſet feudum, eum reddit ad dominum, pignus evanescit ff. de pignor. l. lex vectig. & si realis servitus non præjudicat omnino, multo minus personalis obligatio, quæ non sequitur rem, ff. ad Trebel. l. 1. §. si hæres de judiciis, si fideicommiſſum, §. tractatum, etiamsi dominus consentiret obligationi, sine cujus consensu non valet pignoratio, imò perderetur in constitut. Imperialem, in principio, ideò enim videtur consentire, & ad hoc operatur domini consensus, ut scilicet valeat pignus, non ut præjudicet alii juri domini consentientis ad id, quod non dicetur cogitatum, ut ff. de transact. qui cum tutoribus.* Hucusque Isernia, qui non potuit clarius adhærere huic sententiæ. Quam expresè tradit Afflictis *in cap. 1. n. 13. circa finem, ex versic. Sed an Rex consentiendo, cum num. seqq. qui succeſſores feud. dare tenean.* Joan. Anton. de Nigris *in cap. Item ſtatuimus 106. n. 13. in fin.* Ponte *de poteſt. Proregis, tit. 8. §. 11. n. 17. cum seqq.* Eandem sententiam videtur amplexurus Camerar. *in cap. Imperialem, fol. 7. litt. I. K. & fol.*

75. *ex litt. S.* Dico amplexurus, quia non loquitur in ſpecie de hoc caſu, ſed de alio ſimili, & rationes adductæ pro illius reſolutione probant iſtam ſententiam. Eandem probant quæ adducit Freccia *in ſubfeud. lib. 2. authorit. 2. quæſt. 19. & tuetur* Roſental. *de feudis, cap. 9. memb. 1. concluſ. 38. ex n. 4.* Joan. Garcia *de hypotheca poſt contractum n. 7. 11. & 12.* Rovitus *conſ. 53. n. 19. lib. 1.* Avendañ. *de cenſibus cap. 111. n. 3.* Duardus *de cenſibus, §. 1. quæſt. 10. n. 14. & quæſt. 12. n. 47. & §. 5. quæſt. 33. n. 27.* quam ſententiam ego exiſtimo veriſimam.

40 Probatur primo, quoniam aſſenſus eſt ſtricti, imò ſtrictiſsimi juris, utpote gratia, & privilegium, & ſtrictè interpretandus, ut docent Iſernia *in cap. Imperialem, in princip. n. 4. & 5. de prohib. feud. alienat. per Feder.* Marian. Freccia *de ſubfeud. lib. 2. authorit. 1. quæſt. 19. n. 8. & 9. & quæſt. 20. n. 8. & 9.* Camerar. *in repet. dict. cap. Imperialem, fol. 43. litt. G. & fol. 44. litt. E. cum ſeqq.* Franchis *deciſ. 153. n. 23. & 24.* Ponte *de poteſtate Proreg. tit. 4. §. 7. n. 26.* Roſental. *de feudis, cap. 9. memb. 1. concluſ. 36. ex n. 1.* atque ideo (ut idem Camerar. latius proſequitur) aſſenſus non extenditur de tempore ad tempus, neque de loco ad locum, neque de parte ad totum, neque de perſona ad perſonam, neque de caſu ad caſum, & quidquid in eo eſt omiſſum, non ſubintelligitur, ſed relinquitur ſub diſpoſitione juris communis, *ut in l. quidquid aſtringendæ 99. ff. de verbor. obligat.* Sed in aſſenſu ſimplici ſuper hypotheca non exprimitur caſus devolutionis. Ergo ſub ſimplici aſſenſu non comprehenditur.

41 Secundò, quoniam verba privilegi Principis, ita ſunt interpretanda, ut habeant aliquem effectum, verùm poſtquam effectum habuerint in expreſſo, debent in cæteris non expreſsis pati reſtrictionem, & anguſtari, ut lædant jus commune quanto minus poſsint, *l. 2. C. de noxal. act.* Camerar. *in d. cap. Imperialem, fol. 44. litt. O.* Felinus *in cap. 1. n. 9.* Decius *n. 30. de reſcript.* Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 10. n. 77. & 78. & cap. 11. n. 11. verſic. Tertio, quia* Giurba *deciſ. 23. n. 7. & 8.* Sed aſſenſus eſt privilegium, ut dictum eſt. Ergo jus verba debent accipi, ut operentur effectum hypothecæ, eam convalidantia, quæ eo ſecluſo nulla eſſet; verum eam limitatè convalidantia, dum res feudalis, apud dominum utilem feudi remanſerit, non tamen quando ad directum dominum fuerit devoluta, cùm eum caſum verba non comprehendant, quam rationem planè indicavit Iſernia *allegatus num. 39. & in cap. Imperialem, num. 11. de prohib. feud. alien. per Federic.*

42 Tertiò, quoniam conſiderando perſonam domini, ipſe debet conſentire propter duo, videlicet primò, ut actus valeat, ſecundo ut jus ſuum remittat, & conſentiendo in uno, non conſentit in alio, *l. de pupillo 16. §. ſi in pluribus, ff. de novi oper. nunciat. l. 1. §. ſi plura, ff. ad Senatuſconſ. Turpillian.* notat Iſernia *in cap. 1. n. 5. in fin. qui ſucceſſ. teneant.* alias *qui ſucceſſ. feud. dare tenean.* & Afflict. *ibi, num. 6.* Camera *d. cap. Imperialem, fol. 7. litt. I. & K. & fol. 75. litt. V. cum pag. ſeqq.* Ponte *conſ. 3. ex n. 1. ad 14. volum. 1.* Et qui habet plura jura, renunciando uni, alteri renunciare non videtur, *l. ſi mihi 20. ff. de ſervit. ruſticor. l. ſi domus tua 20. ff. de ſervit. urban.* Ergo ex ſimplici conſenſu dumtaxat confirmabitur hypotheca, ut valeat in præjudicium utilis domini feudi, & ejus ſucceſſorum, non verò in præjudicium domini directi, qui non conſentit, ut jus ſuum remitteret, cùm res ad eum devolvatur, de quo præjudicio non eſt cogitatum. Iniquum enim eſſet, nocere quem ſibi circa incogitata, *l. qui cum tutor. 9. l. cum Aquiliana 5. ff. de tranſactio. l. mater. 19. ff. de inofficioſo teſtament.* Iſernia *in d. cap. 1. n. 5. qui ſucceſſ. feud. dar. tenean.* Afflictis *ibidem, num. 13. in fin.* Burſatus *conſil. 171. num. 26. volum. 2.*

43 Quartò, quoniam proprii juris remiſsio, aut renunciatio in dubio nunquam præſumitur, quia nemo intelligitur ſua jactare, *l. cum de indebito 25. ff. de probation.* Renunciatio enim, & remiſsio proprii juris

ris cenſetur donatio, *gloſſ. in cap. ex parte* 12. *verb. Dimittere, de offic. & poteſt. jud. deleg.* Bartol. *in l. ſi fraudator* 25. *in princip. ff. quæ in fraud. cred.* Bald. *in Rubric. n.* 7. *C. de revoc. his, quæ in fraud. & in l. pactum curatoris* 22. *n.* 1. *de pact.* Tiraquel. *in l. ſi unquam, verb. Donatione largitus, ex n.* 171. *C. de revoc. donation.* Covarr. *lib.* 2. *variar. cap.* 4. *n.* 8. Afflict. *deciſ.* 322. *ex n.* 2. Cephalus *conſ.* 445. *n.* 11. *volum.* 3. Navarrus *de ſpoliis,* §. 15. *n.* 5. Cervantes *in l.* 6. *Tauri, n.* 70. Donatio autem nunquam præſumitur, *d. l. cùm de indebito, l. ſi cum aurum* 50. *ff. de ſolution. cap. ſuper hoc* 5. *de renuntiation. cap. quia veriſimile* 10. *de præſumpt.* Atque in renunciationem non præſumi, tradunt Jaſon. *in l.* 2. *n.* 224. *C. de jure emphyteu.* Gregor. Lopez *in l.* 13. *tit.* 11. *part.* 5. *gloſſ.* 6. Joan. Lupus *in repetit. Rubricæ de donat. inter,* §. 6. *n.* 11. Maſcard. *de probation. concluſ.* 1270. *ex n.* 1. *volum.* 3. Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.* 41. Paz *in prax.* 1. *tom.* 4. *part. cap.* 3. *n.* 31. *circa fin.* ubi quòd renunciatio eſt ſtricti juris, & in ea non veniunt, niſi quę exprimuntur. Sed in aſſenſu ſimplici non continetur expreſſa renunciatio directi domini in caſu devolutionis juri reſolutionis hypothecarum, quod de jure ordinario domino competit, ex regula, quod reſoluto jure dantis, reſolvitur jus accipientis, juxta textum *in d. l. lex vectigali, ff. de pignor.* Ergo ei juri non cenſetur renunciatum ex ſimplici aſſenſu.

44 Quintò, quia creditor ſimpliciter aſſentiens venditioni hypothecæ ſibi non præjudicat, quominus cùm voluerit, agat hypothecaria, donec exigat ſibi debitum: nam ideo permittere videtur venditionem, quia ſcit, pignus ſibi durare, *l. ſicut* 8. §. *non videtur, ff. quib. mod. pign. vel hypothec. ſolut.* Ergo ſimili modo in propoſito caſu dominus ſimpliciter aſſentiens, quia ſcit, ſibi durare jus liberæ devolutionis, ſibi non præjudicabit.

45 Sextò, quoniam aſſenſus operatur, ut valeat contractus, quantum poſſet valere, ſi poſſet fieri ſine aſſenſu, ut docet Iſernia *in cap. Imperialem, in princ. n.* 11. *circa fin. de prohib. feud. alien. per Federic.* Sed ſi obligatio feudi fieri poſſet ſine aſſenſu, valeret dum res feudalis manet apud dominum utilem, & ejus ſucceſſores, & non in caſu devolutionis, quo contingente reſolveretur, *juxta d. l. lex vectigali, ff. de pignor. & in cap.* 1. §. *quid ergo, de inveſt. de re alien. fact. & in cap.* 1. §. *rurſus, quib. mod. feud. amittat.* notat Decius *conſil.* 607. *n.* 12. Ergo cum aſſenſu ſimplici valet eo modo, & non ultra.

46 Septimò, quia ſimpliciter aſſentiens alienationi rei, per conditionale fideicommiſſum ſibi relictæ, non præjudicat ſibi eveniente conditione fideicommiſſi, quin rem petere poſsit, *l. ſi fundum per fideicommiſſum* 94. *ff. de leg.* 1. ubi ex eo notat Bartol. *n.* 1. Alexan. *conſ.* 40. *n.* 10. *lib.* 4. Afflictis *in d. cap.* 1. *n.* 14. *in fin. qui ſucceſſor. feud. dar. tenean.* Burſatus *d. conſ.* 171. *n.* 27. *volum.* 2. Ergo dominus directus ſimpliciter aſſentiens obligationi rei feudalis non præjudicat ſibi, quominus contingente caſu devolutionis res ad ipſum libera revertatur.

47 Octavò, quia in generali loquutione, non comprehenditur perſona loquentis, *l. inquiſitio* 18. *C. de ſolut. ubi gloſſ.* 1. *l. Lucius Titius, la* 2. *ſeu* 40. §. *Lucius Titius, ff. de fideicommiſſ. libert.* & ibi Bart. *l. ſi peculium* 6. §. *ſicut, ff. de pecul. legat. l. ſi mercedem* 53. §. *ſi habitatoribus, ff. de act. empt.* Hipol. de Marſil. *in l.* 1. §. *ſi ſervus, ex n.* 1. *ff. de quæſt.* Alexan. *conſ.* 233. *n.* 14. *lib.* 6. Anton. Gabriel *lib.* 6. *commun. tit. de verbor. ſignificatione, concluſ.* 9. Medices *tract. de legib. part.* 4. *quæſt.* 3. *ex n.* 7. Surd. *deciſ.* 13. *n.* 12. Parlador. *lib.* 1. *rerum quotid. cap.* 3. §. 1. *n.* 35. Paul. Æmilius *tractat. de exceptionib. p.* 1. *tit.* 1. *exceptione* 1. *n.* 103. & res eſt vulgaris. Ergo in aſſenſu concedente ſimpliciter contrahi hypothecam rei feudalis in præjudicium ſucceſſorum, aut aſſecurantis obligationem contra quoſcunque non comprehenditur perſona domini aſſentientis, ut rectè notat poſt Iſernia, Afflictis *ubi ſupr. d. n.* 14.

48 Nonò, quoniam in aſſenſu ſubintelligitur clauſula, *rebus in eodem ſtatu ma-*

nentibus, cap. quemadmodum 25. de jure jurando, l. quod ſervius, & ibi Bart. *ff. de condict. ob cauſam.* Lucas de Penna *in l. cum allegatis 5. C. de re militari, lib. 12.* Proſequitur Burſatus *d. conſ. 171. n. 21. lib. 2.* Caſtillo *quotid. controverſiarum lib. 4. cap. 59. 60. & 61.* latiſsimè. Cum ergo per devolutionem, de qua non eſt dictum, neque cogitatum, mutetur ſtatus ei, non debet in eo caſu aſſenſus effectum habere.

49 Decimò, quod magis eſt, quoniam iſte aſſenſus non eſt præſtitus per dominum noſtrum Regem, ſed per Proregem. Prorex autem non poteſt aſſenſum præbere, ut fiat præjudicium Regiæ Cameræ, ſeu Fiſco in caſu devolutionis, ex quo per pragmaticam novem capitum, quæ eſt *pragmat. 4. de feudis,* prohibetur præſtare aſſenſum, ubi alienatur feudum à non habente ſucceſſorem. Idque non alia ratione, niſi quia infert præjudicium devolutioni, ut expendit Ponte *de poteſt. Proreg. tit. 6. in princip. n. 34. & 35.* diſtinguens aſſenſum Regis, ſeu legis, ab aſſenſu Proregis, *& tit. 8. §. 11. n. 26.* Ergo aſſenſus eſt interpretandus eo modo, quo valere poteſt, & non ut præjudicet Fiſco in caſu devolutionis.

50 Neque adverſus hanc ſententiam quidquam faciunt fundamenta contrariæ ſupra expenſa, *n. 31. & n. 33.* nam in primis, quod dicitur, poſſe dominum ſibi prejudicare in conſtituenda hypotheca libenter concedimus, qua enim fronte negaremus hanc potentiam? Sed dubitamus de voluntate domini, & illam negamus, quoties aliter de ea non conſtat, quàm ex ſimplici aſſenſu, non expreſſo caſu devolutionis.

51 Quod verò in eodem *n. 31.* additur ex doctrina Bartol. *in l. in diem, ff. de aqua pluv. arcen.* dicentis hypothecam conſtitutam in re cum aſſenſu ejus, ad quem eſt reverſura, durare etiamſi ad eum res revertatur, dicendum eſt, eſſe veriſsimum, eo tamen dumtaxat, caſu, ſi, inquam, poſſet ille, qui hypothecam imponit ſuper re, ipſam hypothecæ ſubjicere in ſuum præjudicium ſine licentia ejus, ad quem res eſt perventura, ut contingit in re emphyteutica, vel vendita cum pacto de retrovendendo. Nam eo caſu, ſi res ſine ejus aſſenſu obligetur, ſortietur effectum obligatio, donec fuerit res apud obligantem, aut habentem cauſam ab eo, verùm ſi res revertatur ad illum, ad quem pertinere debet in aliquo caſu, ad illum libera redibit, juxta textum *in dict. leg. lex vectigali, ff. de pignor.*

52 Qua ratione antiquo jure feudorum attento, quod licebat vaſſallo conſtituere ſervitutem, vel hypothecam in feudo in ſui præjudicium, ſine aſſenſu domini directi, res feudalis ad dominium devoluta ex caſu involuntario, libera revertebatur ad dominum directum, reſoluta hypotheca, quæ erat jus accipientis, cùm reſolutum quoque eſſet utile dominium, quod erat jus dantis, in quo hypotheca, vel ſervitus fundabatur, juxta textum *in d. cap. 1. §. quid ergo, de inveſtit. de re alien. fact.*

53 Quo eodem antiquo jure attento, ſi res feudalis ſimplici aſſenſu domini directi impetrato hypothecæ ſubjiceretur, hypotheca ſic contracta duraret, etiamſi res ad dominum directum devolveretur. In quem ſenſum accipiendus eſt Boer. *deciſ. 181. n. 4.* Caſſan. *in conſuet. Burgund. Rub. 3. §. 8. verb. En alienation. n. 55. cum ſeqq.* Cacheran. *deciſ. 156. n. 15.* qui videntur præſupponere, vaſſallum poſſe conſtituere ſervitutem, aut hypothecam jure validam ſuper feudo, attento jure ſuarum provinciarum. At hodie noviori jure feudali attento *in d. cap. Imperialem, de prohib. alien. feud. per Feder.* ſecus eſt, & multo aliter eſt dicendum, & planè hanc doctrinam tradit Iſernia *in cap. 1. §. ſed nec eſt alia juſt. n. 38. qua ſit prima cauſ. benefic. mittend.* Roſental. *de feudis, cap. 9. memb. 1. concluſ. 38. num. 13. & ibi litt. G.* refert plurimos.

54 Sed cur ita tam variè? Ratio diſparitatis eſt in promptu, nam in caſu, quo obligatio, & hypotheca conſiſtere poteſt ſine aſſenſu, aſſenſus domini directi requiritur propter ſolum unum effectum, videlicet ut valeat hypotheca in præjudicium domini: quoniam illo ſecluſo valeret obligatio in præjudicium vaſſalli, citra tamen

do-

domini directi præjudicium,& aſſenſus aliquem effectum debet operari, *cap. relatum 4. de Cleric. non reſidenti, cap. in his 30. de privil. cap. Abbate 25. de verbor. ſignificatione*, nullum autem alium habere poſſet, niſi ut obligatio domino præjudicaret, & ita illum habere debet. At attento jure hodierno aſſenſus requiritur propter duos effectus. Primus eſt, ut hypotheca valeat etiam in præjudicium utilis domini, quo modo citra aſſenſum valere non poſſet. Secundus, ut valeat præjudicium domini directi. Quare dato ſimplici aſſenſu, ſolum operatur primum effectum,non ſecundum, ut in ſimili notat Iſernia *in cap. 1. n. 6. in fin. & n. 7. qui ſucceſſor. tenean. aliàs, qui ſucceſſ. feud. dare tenean. & in d. cap. 1. n. 38. quæ ſit prima cauſa benef. amit. faciunt quæ congeſsit* Gratianus *tom. 2. diſceptat. forenſ. cap. 327. ex num. 14. & tom. 3. cap. 519. ex num. 7.*

55 Non idem obſtat argumentum deſumptum ex Iſernia, quo utuntur Piſtor. & Fachineus, relatum *ſupr. n. 33.* ductum à ſimilitudine contractus venditionis, & hypothecæ. Nam diſparitas inter duos iſtos contractus, quam iſti Doctores non inveniunt, eſt evidentiſsima. Etenim cùm feudum venditur cum aſſenſu, dominum utile vaſſalli vendentis tranſit in emptorem, & nullum reliquum jus manet venditori ſuper feudo; quia per venditionem reſolvitur quidquid ad eum pertinet, & in emptorem transfunditur, ut rectè notat Everardus *in locis legalibus loco 30. ab emphyteuſi ad feudum, n. 6.* Scraderus *de feudis, p. 8. cap. 4. n. 34.* Quare poſt illam juris tranſlationem, etiamſi accidat caſus venditori, in quo feudum ad dominum eſſet devolvendum, ſi feudum apud ipſum maneret, nihil devolvitur, aut devolvi poteſt, quia nihil jam habet ille venditor, qui fuerat vaſſallus, quòd devolvatur, neque poteſt verificari regula, quòd reſoluto jure dantis, reſolvatur jus accipientis, quia dans nullum jus habet, quod reſolvi poſsit. At cum feudum obligatur à vaſſallo, cum aſſenſu domini directi, ſecus eſt, nam manet ſub dominio utili ejuſdem vaſſalli, atque ideo ſi accidat caſus devolutionis, devolvitur feudum ad dominum directum, & eo devoluto reſolvitur jus, quod habet dominus utilis, ſeu obligans feudum; quare reſolvi quoque debet jus accipientis, ſeu ejus, in cujus favorem hypotheca feudi fuerat contracta. Quam diverſitatem obſervat Afflict. *in d. cap. 1. n. 15. & 16. qui ſucceſſ. feud. dar. teneant.* Hæc quod attinet ad primam quæſtionem.

56 Quantum ad ſecundam quæſtionem, ad quam pertinet propriè præſens caſus. Prima ſententia fuit quorundam, qui ſentiunt hypothecam ſemel contractam, cum aſſenſu conſervari in feudo, etiam devoluto ad dominum directum, quamvis aſſenſus fuerit expeditus cum clauſulis conſuetis, *natura feudi in aliquo non mutata, juribus Regiæ Curiæ ſemper ſalvis, &c.* ex iſtis ſunt Freccia *de ſubfeud. lib. 2. authorit. 29. n. 8.* facit quod tradit *eod. lib. 2. §. duodecimo quæro, n. 13.* Harthman. Piſtor. *lib. 2. q. 48. n. 22. & 32.* Fachineus *controverſia. jur. lib. 7. cap. 56.* Scraderus *de feudis, part. 8. cap. 4. n. 34. verſic. Secundo hæc concluſio.* Fundamenta hujus ſententiæ inferius referentur, & diluentur.

57 Secunda nihilominus ſententia communis, & vera fuit, aſſenſum præſtitum à domino directo pignorationi feudi ſub clauſulis conſuetis, *natura feudi in aliquo non mutata, juribus Regiæ Curiæ ſemper ſalvis*, reſervare domino directo omnia ſua jura, tàm, inquam, ſuper ſervitio, quàm ſuper devolutione libera, & non operari præjudicium domino directo, quominus feudum ad illum devolvatur liberum, cùm acciderit caſus devolutionis involuntariæ, & reſolvatur omne onus feudo impoſitum reſoluto jure dantis, ſeu illud imponentis. Hanc ſententiam planè inſinuat Iſernia *in cap. 1. n. 7. qui ſucceſſ. tenean.* agens de hac clauſula, *ſalvo jure ſervitii, &c. & in cap. 1. num. 38. quæ ſit prima cauſa benef. amitt. verſ. Conſulendum eſt*, agens de eadem clauſula, expreſsius amplectitur Cardin. Alexandrinus *in cap. 1. §. quid ergo, n. 2. verſic. Quæro inſuper*, ubi ait, *ſint ergo cauti domini, qui conſentiunt obligationi feudi, ut illam*

clauſulam apponant, ſalvo jure noſtro feudali de inveſtit. de re alien. fact. ibidem Afflictis *n.* 3. Laudenſis *n.* 11. *in fin.* idem Afflictis *in cap.* 1. *n.* 6. *in fin.* & *n.* 13. *circa finem, verſ. Sed an Rex, qui ſucceſſ. feud. dar. teneant.* Udalricus Zaſius *de feudis, part.* 6. *n.* 18. & *part.* 9. *n.* 44. Puteus *de redinteg. feudor. cap.* 258. *pone, quòd vaſſallus, n.* 3. & 4. Roſental. *de feudis, cap.* 9. *memb.* 1. *concluſ.* 18. *ex n.* 4. & *concluſ.* 38. *ex n.* 4. Burſatus *concluſ.* 80. *num.* 25. & 26. *lib.* 1. & *conſ.* 171. *ex n.* 15. *lib.* 2. ubi ex profeſſo hanc ſententiam probat, & ad omnia fundamenta contrariæ reſpondet; & in fine illius conſilii refert, ſecundum hanc ſententiam judicatum, & executum. In eadem videtur eſſe Petrus de Gregorio, loquens in fortioribus terminis, *de conceſſion. feudi, part.* 8. *quæſt.* 15. *n.* 2. Eam tuetur Joan. Garcia *de hypotheca poſt contractum, num.* 7. *cum ſeqq.* (Mantic. *de tacit.* & *ambig. convent. tit.* 31. *n.* 72.) & Franciſc. Niger Ciriacus, multò poſt hæc ſcripta editus, *lib.* 3. *controverſ. forenſ. controverſia* 446. qui ait ibi *ſub n.* 3. *verſ. Nihilominus*, hanc opinionem eſſe crebriorem, & duplo communiorem quam oppoſitam.

58 Hæc ſententia probatur primò, quoniam iſtæ clauſulæ non ob alium finem adjiciuntur in aſſenſu, niſi ut ſignificent, dominum directum nolle ſibi præjudicare, neque juribus ſuis acquiſitis ex prima inveſtitura nocere in quocumque caſu, ut proſequitur Marta *de clauſulis, part.* 2. *clauſula* 35. *ex n.* 1. præſertim *n.* 8. & Burſatus *d. conſ.* 171. *n.* 18. 19. & 20. & de vi hujus clauſulæ, *ſalvo jure*, latè Felinus *in cap. inter monaſterium* 20. *n.* 3. *de re jud.* Ergo conſervant jura domini directi, alioqui nullum alium effectum haberent: & ſine effectu eſſe non debent, *l. quamvis* 11. *ff. de in jus vocand. l. ſi per alium* 5. §. *docere, ff. nè quis eum, qui in jus voc. eſt vi exim. l. ſi quando quis uxori* 109. *in princ. ff. de leg.* 1. *l. ult. C. de donat. l.* 3. §. *nè fruſtra, ff. de jur. jurand.* Bald. *in Rubric. n.* 16. *C. de contrahend. empt.* Socin. *litt. V. regul.* 7. *aliàs regula* 535. Simon de Prætis *de interpret. ult. vol. lib.* 2. *interpretation.* 3. *dubit.* 2. *ſolutione* 5. *ex n.* 1. Mantica *de conjectur. lib.* 3. *tit.* 6. & *lib.* 12. *tit.* 17. *n.* 4. & *de tacit.* & *ambig. convention. lib.* 2. *tit.* 12. *ex n.* 1. Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *ex n.* 6. Peregrin. *de fideicommiſſ. articul.* 5. *num.* 17. & *articul.* 7. *num.* 17. & 45. cum plurimis omiſsis. Jus autem domini directi eſt, ut feudum liberum devolvatur, quoties devolutum fuerit involuntariæ, niſi appareat de expreſſa contraria ejuſdem domini voluntate, ut dictum eſt ſupra, & conſtat *ex d.* §. *quid ergo in cap.* 1. *de inveſt. de re alien. fact.* & *in cap.* 1. §. *rurſus, quib. mod. feud. amitt.* Ergo virtute harum clauſularum inſertarum in aſſenſu feudum devolvitur ad dominum directum liberum ab omni onere.

59 Secundò probatur textu invincibili (quoad eam probandam utuntur Zaſius, & Afflict. aliique relati *ſupr. n.* 57.) *in l. ſi debitor.* 4. §. *ſi in venditione, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolvi*, ubi ſi creditor pignus à debitore vendi permittat, ſalva ſui pignoris cauſa, ſibi non nocet. Ergo neque dominus directus ſibi nocebit, dum permittit hyhothecæ ſubjici ſuam rem, ſalvis ſuis juribus.

60 Neque ſatisfacit Piſtor. *d. q.* 48. *n.* 32. dum ait, illam clauſulam: *ſalvis juribus*, ita accipiendam, nè ſibi contradicant contrahentes: at dominus directus ſibi contradiceret, ſi dum ſemel aſſenſit pignorationi, per illam clauſulam reſervaret ſibi reſolutionem pignoris contracti. Nam negandum eſt, dominum contradicere ſibi, qui cùm poſſet in duobus caſibus pignus permittere, in uno ſolum permittit, alium verò ſibi reſervat. Unus caſus eſt, ut pignus contrahatur in præjudicium vaſſalli, & ejus ſucceſſorum: & hoc dominus permittit. Alius caſus eſt, ut valeat in præjudicium domini directi in caſu devolutionis: id verò non concedit, ſed in eo caſu jura reſervat. In quo nulla repugnantia eſt, nulla contradictio, nulla prioris diſpoſitionis correctio, ſed explicatio, & limitatio, nè cenſeatur vaga, & ad omnes caſus extenſa, ut planè ſenſit Iſernia *in cap.* 1. *n.* 5. & 7. *qui ſucceſſ. teneantur.*

Non

61 Non item ſatisfacit Fachineus, dum ait, dictam clauſulam, *ſalvis juribus*, operari, tùm, ut ſalvum maneat domino jus directum; tùm etiam, ut feudum devolvatur. Non, inquam, ſatisfacit, quoniam aſſenſus hypothecæ ſimpliciter præſtitus nullo modo poteſt impedire devolutionem feudi, aut repugnare dominio directo: atque adeò etiam ſi in aſſenſu hypothecæ non apponeretur illa clauſula, *ſalvis juribus*, maneret ſalvum domino jus directum, item maneret ſalva devolutio, quę nullatenus per hypothecam tolli poſſet, neque vero agitur inter partes ipſas, ut tollatur. Ergo iſta clauſula manet omnino ſine effectu, cùm effectus illi cogitari à Fachineo, etiam ſecluſa clauſula remaneant.

62 Neque obſtat, quod iſta clauſula, *ſalvis juribus*, non operatur ſuper eo, ſuper quo principaliter fuit diſpoſitum per præſtationem aſſenſus, ſe ad alia refertur, ut docet Paulus Caſtrienſis *conſil.* 311. *n.* 2. *vol.* 1. Iſernia *in d.cap.* 1. §. *quid ergo*, *n.* 5. *in fin. verſic. Alii putant, de inveſt. de re alien. fact. & in cap.* 1. *n.* 6. *&* 7. *qui ſucceſſ. tenean.* Frecc. *de ſubfeudis lib.* 2. *authoritate* 29. *num.* 8. Paris de Puteo *de redint. feud. cap.* 256. *pone, quòd vaſſallus, n.* 12. Joan. Thomas de Marinis *de feudis*, *tit.* 19. *n.* 15. Urſillus ad Afflictis *dec.* 112. *n.* 9. *& ad deciſ.* 355. *n.* 7. Natta *conſ.* 403. *n.* 7. *volum.* 2. Menoch. *conſ.* 378. *ex n.* 42. *lib.* 4. Ludovicus Gomez, qui plura cumulat *in regulam Cancellar. de jure quæſito non tollendo, q.* 1. *circa fin. in verſ. Poſtremo*, Marta *de clauſulis*, 2. *part. clauſul.* 35. *n.* 3. Piſtor. *quæſt. jur. lib.* 2. *d. q.* 48. *n.* 22. *&* 32. Fachineus *lib.* 7. *controverſ. cap.* 56. *in fin.* Franciſcus Niger Ciriacus *controverſ.* 447. *n.* 4.

63 Non, inquam, obſtat, id enim libenter concedimus, clauſulam in expreſſis non operari: at in non expreſsis neque ſubintellectis ex natura contractus, planè illum reſtringit, ac limitat, ſignificatque, dominum directum nolle ſibi, ſuiſque juribus præjudicare in iis, quæ non exprimit, notat Joan. Vincentius de Anna *allegatione* 67. *n.* 21. *&* 22. In caſu autem, de quo loquimur, non eſt expreſſus caſus devolutionis. Ergo per dictam clauſulam reſervavit ſibi dominus directus jura recipiendi feudum liberum ab omni onere in caſu devolutionis. Nam qui conſentit, rem feudalem, in qua habet directum dominium ab alio poſſeſſam, ſubjici obligationi, vel hypothecæ, quæ ipſi rei ſine ejus conſenſu imponi non poteſt, dumtaxat videtur conſentire, ut ſubjaceat oneri, donec ab illo, qui eam poſsidet, ſucceſſoribuſque ab eo cauſam habentibus poſsideatur: non verò in eo caſu, quo res ad ipſum dominum eſt perventura, ut præjudicet ſibi, ſuaque jura remittere cenſeatur. Quoniam cum conſenſus propter duo requiritur, & in uno adhibetur, reſervato altero, ſolum operatur in expreſſo, & caſus non expreſſus manet exceptus, ut ſuperius adverti, & manifeſtè probatur ex text. *in dict. l. lex vectigali*, *ff. de pignor.* & notat Iſernia *in cap.* 1. *n.* 7. *&* 9. *qui ſucceſſ. teneant.*

64 Neque item his obſtat replicatio Piſtoris, adverſus hanc doctrinam, *d. q.* 48. *n.* 32. *verſic. Neque huic ſolutioni*, videlicet eum, qui in feudo ſibi pignoris nomine cautum eſſe voluit, non tàm ad utile dominium ſolummodo reſpexiſſe, quàm eo, ut tale jus in feudo nanciſcatur, quod cùm re ipſa ad quemvis poſſeſſorem tranſeat, ſivè feudum ad alium, ſivè ad dominum pervenerit, & ſic hypothecam acquiſitam eſſe pro acceptore, & ſuis hæredibus perpetuo, ut ſignificat Iſernia *in cap.* 1. §. *quid ergo*, *n.* 5. *in fin. verſ. Alii putant, de inveſt. de re alien. fact.* Non, inquam, urget hæc replicatio. Primò, quia nos non ſpectamus, quid petat, aut quid ſibi velit, qui pignus accipit; fortaſsis enim ille ſibi cautum vellet in omni caſu: ſed quid velit dominus, dum pignori contrahendo aſſentitur, qui non aſſentitur ſimpliciter, & in omnem caſum, ſed limitatè, & jura ſua reſervans, taxans, & limitans ſuum conſenſum, ut rectè conſideravit Iſernia, loquens in terminis *in cap.* 1. *n.* 7. *qui ſucceſſor. tenean.* & ad eum locum Liparulus *litt. B. ad verb. Quia taxavit, & limitavit*, faciunt quæ tradit Camerar. *in cap. Imperialem, fol.* 45. *col.* 3. *litt. N.* Etenim non attenditur in privile-

legiis, aut conceſsionibus Principis, quid ſupplicans petat, ſed quid Princeps concedat. Atque ita aſſenſus ſub iis clauſulis conceſſus habet effectum, ut valeat pignus, dum feudum apud vaſſallum obligantem, aut ejus ſucceſſores permanſerit, ſed non ultra, cùm feudum ad dominum devolutum fuerit; quemadmodum valeret antiquo jure feudorum hypotheca ſine aſſenſu: quæ tunc ita conſtitueretur, ut nihilominus reſoluto jure dantis, reſolveretur jus accipientis, *ut in d. cap.* 1. *§. quid ergo, de inveſt. de re alien. fact.* cum aliis.

Secundò, quoniam cùm aſſenſus ſit ſtricti juris, & gratia, ut diximus *ſupr. n.* 9. qui illum petit, claris, & expreſsis verbis uti debet, cùm eum petit, exprimendo omnes caſus, in quibus vult aſſenſum inpetrare: alioqui non cenſetur velle impetrare ad alios effectus, aut caſus, quam ad expreſſos: & verba adverſus eum ſunt interpretanda, cui liberum fuit verba petitionis latè concipere, *l. quidquid aſtringendæ* 99. *ff. de verbor. obligat.*

Tertiò, quia cum utilis dominus feudi in feudo non habeat, niſi utile dominium, illud ſolum cenſetur obligare: cùm à domino directo impetratur aſſenſus ad contrahendam hypothecam, non petitur aſſenſus, ut maneat obligatum dominium directum; ſed ut licet utili domino ſubjicere obligationi, quod apud ipſum eſt: & aſſentiens dominus de ſuo nihil dat, ſed ſolum removet impedimentum vaſſallo, ut de ſuo diſponat, ut planè ſentit Iſernia *in cap. Imperialem, n.* 11. *de prohib. feud. alien. per Feder.* notat Camerarius ibidem, *fol.* 3. *litt. R. cum ſeqq.* Freccia *de ſubfeudis, lib.* 2. *§. vigeſimonono quæro, num.* 3. Afflict. *in Conſtit. Cùm circa juſtitiæ, n.* 14. *lib.* 1. *Rub.* 71. (Ponte *de poteſt. Proreg. tit.* 8. *§.* 11. *n.* 17. 18. *& ſeqq*) Roſent. *de feudis, cap.* 9. *membr.* 1. *concluſ.* 38. *n.* 4. *& in litt. C.* refert plurimos. Igitur eveniente caſu, quo reſolvatur dominium utile obligatum, conſolideturque cum directo, neceſſe eſt corruere hypothecam ſupra ipſo fundatam: quemadmodum hypotheca ſupra uſufructu conſtituta corruit, ſi uſusfructus finiatur, *ut in l. grege* 13. *§. cùm pignori, ff. de pign.* & hypotheca ſuper annuo redditu, ſeu cenſu, ſi cenſus redimatur: non enim conſervatur accidens ſine ſubſtantia, & non entis nullæ ſunt qualitates, notat Joan. Garcia *de hypotheca poſt contractum, n.* 13.

65 Ex quo obviter ſatisfit alii argumento, quo utitur Piſtor. ad ſuam opinionem comprobandam, *dict. quæſt.* 48. *n.* 19. Nempè, quòd hypotheca ſit jus reale, quod cum re ipſa tranſit ad quemcunque pervenerit: quo fit, ut ſemel in feudo fundata domini conſenſu comitatura ſit feudum etiam ad dominum reverſum. Facilè, inquam, ſatisfit. Nam tunc hypothecæ, ſeu pignoris jus, rei impoſitum, firmum eſt, & coævum idem rei, ſeu ejuſdem durationis cum ipſa, quoties res pleno, & irreſolubili jure pertinet ad conſtituentem in re pignus, vel hypothecam, & tunc rem ſequitur, quocunque pervenerit: ſed cùm res pertinet ad conſtituentem pignus, vel non pleno jure, vel jure reſolubili, & extinguibili, non plus durat hypotheca, quàm jus oppignorantis rem, in quo fundatur, *d. l. grege* 13. *§. ſtatu liber. & §. cùm pignor. & §. in ſuperficiariis, d. l. lex vectigal.* 31. *ff. de pignor. l.* 1. *&* 2. *C. ſi pignus pignor. dat. ſit.* & dixi *ſupr. n.* 29. *in fin.* poſt Tiraquellum, & Vincentium de Franchis, ibi allegatos. Ita fit, ut quoniam res feudalis ad vaſſallum non pertinet pleno jure, ſed dumtaxat quoad dominium utile, quod jus reſolubile eſt juxta pacta, & conventiones inveſtituræ, jus hypothecæ, quod in ea conſtituit vaſſallus, etiam cum conſenſu domini, qui nil aliud facit aſſentiendo, quàm permittere, ut vaſſallus obliget quod habet in feudo, ſine qua permiſsione id etiam non poſſet efficere; reſolvatur reſoluto utili dominio, & conſolidato cum directo, quoties feudum ad dominum directum devolvitur.

66 Tertiò principaliter probatur prædicta ſententia, quoniam dominus facilè, & gratis concedit vaſſallo petenti aſſenſum ad obligandum feudum; quem etiam præſtare tenetur, & denegare non poteſt, quando non habet juſtam, & probabilem cauſam

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ſam illum denegandi, ut notat Afflictis *in Conſt. Si quis poſt litem n. 22. lib. 1. Rubr. 97. & ibidem* Iſernia (idem Afflict. *in cap. feudum ea lege, n. 10. ſi de feud. fuerit controverſ. inter dom. & act.* Ponte *conſil. 2. ex n. 1. volum. 1.* Tapia *juris Neapolit. lib. 6. in Conſt. Conſtitut. divæ memoriæ, num. 7.* Surdus *deciſ. 220. ex n. 54.*) Camerar. *in cap. Imperialem, fol. 30. ex litt. A. verſic. His tamen non obſtantibus*, Joan. Vincent. de Anna *allegatione 39. ex n. 5.* Freccia *de ſubfeudis, lib. 2. ſuper Conſtit. Conſtitutionem divæ memoriæ, n. 77. & 78.* Galuppus *in Methodo juris feudali, 2. p. cap. 1. n. 27. cum ſeqq.* Loffredus *in Paraphraſibus feudalibus, in cap. 1. §. donare* (*qualiter olim feud. poterit alienat. fol. 23. à tergo*,) *verſic. Vidi aliquando dubitari*, & ſi denegaretur aſſenſus vaſſallo, cùm ab antiquo ſolitum ſit indifferenter concedi, illi fieret injuria argumento *textus in l. 1. §. permittitur*, ibi: *Nec eſt hoc beneficium, ſed injuria, ſi quis fortè non impetraverit, ff. de aqua quot. & æſtiva*, ubi notat Bart. *n. 1. & gloſſ. ult.* notatu digna *in cap. ultim.*, *diſtinction. 100.* Gregor. Lopez *in l. 2. tit. 9. part. 2. gloſſ. 5.* (Surdus *deciſ. 220. n. 55.* Molina *de primog. lib. 2. cap. 7. n. 38.*) Caſtillo, qui multa allegat *quotid. controverſ. de tertiis, tom. 7. cap. 9. n. 53.* Petrus Gregor. *de Republica lib. 9. cap. 1. n. 34. in fin.* Ergo per aſſenſum dominus non obligatur ad ſolvenda debita vaſſalli ex pretio ſui feudi, (ut notat Jacobin. de Sanct. Georg. *in inveſtitura feudali, verb. Qui quidem inveſtiti, n. 64.*) alioqui per inveſtituram, & aſſenſum, quem ex ipſa præſtare tenetur obligaretur ad fidejubendum pro vaſſallo, quod eſt inauditum, & expreſsè negatur in dicto reſcripto anni 1640. poſt hoc ſcriptum expedito, quo (circa finem illius) aſſeritur, non eſſe obligatum dominum ad concedendum aſſenſum in prejudicium devolutionis. Imo verò dominum manere obnoxium iſti obligationi ex aſſenſu, ſemper eſſet juſta cauſa denegandi aſſenſum. Neque iſtam obligationem voluntariam Dominus ſuſciperet gratis præſtando aſſenſum, ſed vellet accipere pro illa pretium, & ſatisfactionem aliquam; quod nunquam facit. Ergo ſignum evidens eſt, dominum per aſſenſum nullam obligationem ſuſpicere, aut incurrere ſupra ſe, aut ſuum feudum pro illo tempore, quo ad ipſum devolvatur.

67 Quarto, in Regno non poteſt hæc res in controverſiam, & dubium revocari, eſt enim expreſſa lege deciſa. Nam *in lib. Capitulorum Neapolitanorum, fol. 171. à tergo, in Capitul. Matritenſibus, anni 1580.* expeditis per ſapientiſsimum Regem Dominum noſtrum Philippum Secundum, fœlicis recordationis, *capit. 2.* contento *in pragm. 23. de feudis*, quæ eſt in noviſsima compilatione *pragm. 24.* ita habet: *Que ſi bien la conceſsion de los aſſenſos para obligar bienes feudales à la conſecucion de las dotes y dependientes de las miſmas dotes, y bienes de las mugeres ſe entiende, que eſta hypotheca comprehende la ſeguridad de todos aquellos que pueden tener derecho à las dichas dotes, lo mande vueſtra Mageſtad declarar aſsi. Supradictum capitulum fuit conceſſum in parlamento generali celebrato in anno 1570. Placet ſuæ Regiæ Catholicæ Majeſtati in hoc Regni votis annuere, citrà tamen præjudicium Regiæ Curiæ quandocunque, & quomodocunque dicta feuda ei devolveretur.* Hactenus Capitulum: cujus etiam meminit Ponte *de poteſtat. Proregis, tit. 6. in principio, n. 32.* In quo multa occurrunt expendenda. Primum, quòd loquitur in cauſa dotium, quæ ſemper, & ubique præcipua eſt, *l. 1. ff. ſolut. matr.* & maximè privilegiata, ut ibi aſſerunt DD. omnes. Secundò, quòd loquitur de aſſenſu legis, & Regis, qui eſt potentior, amplior, & efficacior, quàm aſſenſus Viceregis, & hominis, juxta adnotata ab eodem Ponte *ibidem, ex n. 34.* & Rovito *in pragm. 2. n. 4. & 5. de feudis.* Et tamen in hoc aſſenſu potentiori, efficaciori, & magis privilegiato eſt aperta Regis voluntas, quæ excipit caſum devolutionis, in quo non vult præjudicari juribus Regiæ Curiæ, neque creditores durium aſſecurari ſuper feudis, caſu, quo ad Regiam Curiam devolvantur, cum præjudicio ejus jurium, quæ ſalva ſibi, & integra vult reſervari, quod eſſe juribus conforme ſentit

Sur-

Surdus *d. decis.* 286. *n.* 12. 14. & 15. Ergo id multo magis dicendum est in casu, de quo agimus, in quo assensus est præstitus per Proregem, non super contractu dotali, sed super contractu obligationis pro evictione, cum expressa clausula reservationis jurium Regiæ Curiæ.

68 Quintò tandem, quoniam iniquissimum esset, aperiri viam tàm amplam, tàm planam, & expeditam illudendi Fiscum, & fraudandi Regium patrimonium, si permittendum esset, quemvis emere feudum, multisque annis emptorem illo frui, & multis etiam fortasse sæculis descendentes ex ipsius corpore, gaudentes emolumentis, & commoditatibus feudi, honoribusque, & præeminentiis, majori in pretio habitos inter Cives æquales, aut fortè nobiliores: & post recuperare à diversis creditoribus sub obligatione feudi cum assensu, qui quovis quæsito colore facillimo negotio impetratur gratis, diversas quantitates, quæ æquent, aut etiam excedant integrum pretium, quod pro feudo solutum fuit ab avis, aut proavis eorum, expendereque illas superfluis sumptibus, aut donando, aut luxuriando in ludis, & meretricationibus; quoniam suspicatur postremus, se descendentes non habiturum, fortasis ex filio infirmo, aut impotenti, qui vel nubere nolit, aut sterili nupserit, & ob lineam feudum ad Fiscum esse devolvendum; temporeque devolutionis devolvere ad Fiscum rem de solo titulo, & nudum feudi nomen; cum Fiscus maneat obligatus ad solvenda debita feudatarii, idest restituendum integrum pretium, quod habuit ab emptore feudi, tot annis ab eo retrò possessi, aut paulò minus. Hanc dicamus devolutionem, an non potius feudum à Fisco venditum cum pacto de retrovendendo, ut non possit devolutione frui, nisi soluto, & restituto pretio feudi, quod ab emptore habuit? Sed & major erit iniquitas, si ponamus, feudum gratis donatum esse vassallo in remunerationem servitiorum, aut ob meram gratiam Regis, & post oneratum à possessoribus, & tandem devolvi ad Fiscum ob lineam finitam? dicemus, dominum non posse frui feudo donato vassallo, nisi illud emat solvendo ejus debita? quis id sibi persuadebit?

69 Neque obstat, quod posset quis objicere, videri in hoc Regno esse certum, hypothecam contractam cum assensu transire in Fiscum, ex mente *pragm.* 4. *in* 2. *cap. de feudis*, quatenus ibi statuitur, non debere concedi in feudorum alienatione assensum, nisi sub clausula, *dummodo habeat successores*, ea videlicet ratione, quoniam cum alienatio debeat Fisco præjudicare, noluit lex consentire Fisci damnum, quod tàm de proximò speratur, si feudatarius successore careat, sublata eo casu devolutione. Ergo si hypotheca ad Fiscum non transiret, superflua esset illa clausula, siquidem nullum damnum inferretur Fisco, si feudum omni casu esset devolvendum liberum ab hypotheca, sive habeat feudatarius impetrans assensum, sive non habeat successores. Non, inquam, obstat, quoniam respondetur, *pragmat. quartam*, dum statuit, assensum non esse præstandum, nisi sub clausula, *dummodo habeat successores*, loqui dumtaxat de assensu, quoad alienationem feudi, per quam transfertur dominium, non de illa, ex qua solum constituitur hypotheca, ut egregriè notarunt Lanarius *cons.* 87. Ponte *de potest. Proreg. tit.* 7. §. 4. & §. 8. *n.* 5. Rovit. *in d. pragm.* 4. *n.* 17. Quòd si Officiales Regiæ Cancellariæ non distinguentes casum hypothecæ à casu dominii, clausulam illam in assensu quolibet apponunt, eo quòd abundans cautela non nocet, *l. non solent, ff. de regul. juris*, D. Augustinus *lib.* 4. *de Civitat. Dei cap.* 27. & volunt Fisci indemnitate pinguius, & clarius provideri; non inde arguendum est, mentem legis fuisse, ut in casu hypothecæ, seu activæ, seu passivæ illa clausula interponeretur, quæ jure attento necessaria non erat, ut Fisci indemnitati provideretur, ad quem simili modo semper feudum liberum devolvendum est, juxta superius dicta.

70 Item non obstat quod dicere posset quispiam, admissa semel hac sententia, ut censeatur hypotheca resoluta, quoties feudum

dum ad Fiſcum devolutum fuerit,& redeat liberum ab omni onere,maximo affici incommodo, tùm creditores, tùm debitores ipſi: creditores quidem, qui contraxerunt, quoniam dum ſe ſecuros credebant ex obligatione feudi, inveniunt ſe fraudatos, ſi devolvatur, & eorum creditum ſine ſecuritate: Debitores verò, quia nullus erit,qui contrahat cum feudatariis, & qui velit, cum hoc periculo obligari ſibi res feudales. Non, inquam, obſtat. Primò, quod ad fraudem creditorum attinet, nam, ut rectè animadvertit Baldus *in cap. 1. §. rurſus, n. 2. quib. mod. feud. amittat.* & Joan. Garcia, illum ſequutus, *tract. de hypotheca poſt contractum, n. 7. 11.& 12.* cùm res, ſuper qua hypotheca conſtituitur, ſit reſolubilis ex natura rei, & extinguibilis, hoc ſcire debuit, qui cum vaſſallo contraxit, & ſibi aliter cavere, & proſpicere ſibi aliundè, juxta regulam *textus in l. qui cum alio contrahit 19. ff. de regul. jur.* & cogitare, quod res illa, quæ hypothecæ ſubdebatnur,erat reſolubilis ex natura ipſius contractus.Secundò,quod attinet ad debitores, tantum abeſt, ut illud ſit incommodum, ut potius ſit expetendum,& procurandum,non ſolum ob commodum Fiſci, verùm etiam ob publicam utilitatem, & Regni totius intereſſe. Cùm enim publicè interſit, ut familiarum dignitas, & honor conſervetur, *l. 1. §. quamvis, ff. de ventre inſpicien.* notat poſt alios Pelaez *de majoratib. 2. part. quæſt. 4. alienatione 8. n. 112.& 113. in novis*, non eſt ullum efficacius medium ad hunc finem conſequendum, quàm feuda conſervari libera, & tuta à creditorum moleſtia;quibus ſi ſemel ſunt obligata, rarò videmus ab ipſis poſſeſſoribus liberari donec inſtantibus creditoribus vendantur. Ex qua venditione reſultat oblivio, & obſcuratio nobiliſſimarum familiarum, devenientibus ad ultimam miſeriam,& pauperiem deſcendentibus ex domibus nobiliſsimis, & magnis proceribus; & tranſlatis antiquorum feudis in dominos extraneos, præteritorum memoria obſcurata,imò delata fuit. Id cenſeamus incommodum,quod feudatarii non poſsint ad hæc incommoda deducere familiarum ſuarum dignitaetm, non inventes, qui velint obligari ſibi feudas an potius cenſebimus ſalutem Reipublicæ,incolumitatem honoris Regni,& tutamen dignitatis familiarum? Prudentum hoc judicio relinquo, & ſic ſpero, juſtitiam ſuam Fiſcum obtenturum, ſalva in omnibus,&c. & hæc lis hucuſque nondum deciſa eſt.

71 Hæc ſunt, ex quibus colligo propoſitæ diſputationis reſolutionem, videlicet hypothecam ſuper feudo impoſitam cum aſſenſu, extingui, & reſolvi per devolutionem feudi ad dominum directum.

72 Reſcriptum autem Regium,de quo ſupra mentionem feci,ut ſatisfaciamus curioſis, eſt tenoris ſequentis.

EL REY.

ILuſtre Duque de Medina de las Torres, Principe de Eſtilano, nueſtro Sumiller de Corps, Teſorero General de la Corona de Aragon, y nueſtro Virrey, y Lugarteniente, y Capitan General. Haſe conſiderado, que quando en eſte Reino ſuceden las devoluciones de los feudos, à eſſa mi Regia Corte, vienen con tantas cargas, y deudas contraidas con aſſenſo que ſi ſe han de ſatisfacer, viene à ſer ordinariamente inutil la devolucion de dichos feudos, y ſin beneficio ninguno de eſſa mi Regia Corte, y conveniendo prevenir eſto de manera, que ceſſen los perjuizios tan grandes, que ſe entiende padece mi Real hazienda en las dichas devoluciones, ſi bien parecerà, que quando los bienes feudales debuelven al ſeñor del directo dominio, por averſe fenecido la linea, ò otro derecho feudal, auràn de quedar extintas todas las deudas; porque quedando reſuelto el derecho del feudatario, lo queda tambien el de ſu acreedor que depende dèl, y que el aſſenſo obra ſolamente por el tiempo que dura el derecho del feudatario, mayormente poniendo la clauſula, ſalvos mis Reales derechos. *Y que ſiendo la devolucion por derecho, por averſe fenecido la linea, ò otro derecho feudal, conforme à las inveſtiduras, Capitulos, y Conſtituciones de eſte Reino, deve ſer libre de todas las cargas que el feudo tuviere ſin que el*

aſſenſo aya de obrar, ſino es durante la vida de los comprehendidos en la ſucceſsion del, todavia porque en eſte Reino ſe ha entendido, y practicado, que los peſos, y cargas queden, y ſe paguen à voluntad del acreedor ſobre los feudos debueltos. Ha parecido por aora en conformidad de lo que muchas vezes ſe ha recibido en eſſe Reino, advertiros; que en caſo de ſuceder la devolucion de feudos con cargas, y deudas, ſe ha de tomar ceſsion de los acreedores en favor de mi Regio Fiſco, para que ſe cobre lo que dichas cargas, y deudas importaren, aſsi por lo corrido, como por lo que corriere de los bienes burgenſaticos que poſſeyeren las perſonas en favor de quien ſe impuſieron; pues eſto es, conforme á derecho, y no es juſto, que de los bienes debueltos ſe pague, ſin cobrar deſpues el dinero que ſe convirtiò en puro beneficio de los poſſeedores, ni el aſſenſo puede tener otra inteligencia, antes ſe ha de regular conforme à la diſpoſicion de las Leyes. Y aſsi os encargo, y mando, proveais, y deis la orden que convenga, para que ſe vean, y reconozcan todas las devoluciones que ha avido de feudos, y ſe miren las cargas que han quedado ſobre ellos; y ſi ſe ha hecho eſta diligencia de repartir lo que importan dichas cargas ſobre los bienes alodiales, y burgenſaticos, y ſino ſe huviere hecho, ordenareis al Abogado Fiſcal de mi Regia Camara de la Sumaria de eſſe Reino, lo trate luego, y encamine, para que cobre todo lo que por eſta razon ſe deviere à eſſa mi Regia Corte. Y porque conforme dizen Autores graves de eſſe Reino, en los aſſenſos ſe ponia clauſula, que los bienes feudales, tan ſolamente ſe entiendan obligados en ſubſidio de los burgenſaticos, y alodiales, *y ſi eſto ſe huviera continuado, no huviera eſſa mi Regia Corte padecido tantos daños, os informareis en que tiempo ſe ponia eſta clauſula en los dichos aſſenſos, y porque ſe ha dexado de poner, aviſandome con parecer de mi Conſejo Colateral, y Camara de la Sumaria, de lo que cerca de eſto os pareciere, y ſe os ofreciere que advertir. Y ſiendo aſsi, que toda la dificultad que ſe ha ofrecido ſobre eſta materia, ha nacido de concederſe los aſſenſos à las hypothecas, y obligaciones ſolamente con la clauſula,* dummodo habeant ſucceſſores in feudis, & juribus Regiæ Curiæ ſemper ſalvis, *no haviendo obligacion de concederlos en perjuizio de la devolucion, ſe podrà ver ſi eſto ſe deve expreſſar en los aſſenſos que ſe concedieren, con que parece vendrian à ceſſar las dificultades que en eſto ſe ofrecen, y aſsi ſe diſcurrirà ſobre eſte punto, con parecer del dicho mi Conſejo Colateral, y Camara de la Sumaria, aviſandome de todo con particularidad, y diſtincion, y de los motivos que ſe ofrecieren à cada uno de los Miniſtros, que en eſto intervinieren, entre tanto hareis que ſe ponga en execucion, lo que por eſta mi orden ſe diſpone, y manda, y que en conformidad della, ſe cobren de los bienes burgenſaticos, las cargas, y deudas que huvieren quedado impueſtas ſobre qualeſquier bienes feudales, que ſe huvieren debuelto, y debolvieren à eſſa mi Regia Corte: No ſiendo juſto, que eſto ſe dexe de hazer en tanto perjuizio como ſe ſigue. Y no dudo, que conſiderando vos el beneficio que deſto ſe ſigue, dexeis de poner todo cuidado en que aſsi ſe diſponga, y execute. De Madrid à 16. de Setiembre 1640. YO EL REY. Carnero Secretario con las ſeñales del Conſejo.*

SUMMA DISPUTATIONIS XXIV.

1 *CUm pignora executionis venduntur, vel adjudicantur ritè, & rectè pro juſto pretio, & ſervatis debitis ſolemnitatibus, non poſſunt recuperari à debitore, attento jure communi.*

2 *Venditio, & adjudicatio judicialis bonorum debitoris, ſunt ad inſtar contractus venditionis, qui revocari non poteſt.*

3 *Poſſe debitorem recuperare bona capta in cauſam judicati, & vendita, ſi ſolvat debitum cum intereſſe infra biennium, qui ſenſerint.*

4 *Explicatur* textus in l. ultima, Cod. de jur. dom. impetran.

5 *Aliud ſervandum, ſi ita diſponant leges, & ſtatuta diverſarum Provinciarum, quid ſervetur in Regno Siciliæ? quid Venetiis? quid apud Pedemontanos?*

6 *Quid ſervetur de jure Caſtellæ.*

7 *Cùm pignora transferuntur in creditorem, non ſervato debito ordine executionis, poteſt*

teſt debitor illa recuperare, ſivè appellaverit apud Superiores, ſivè non appellaverit apud Inferiorem, & num. 8.

9 *An bona vendita hoc caſu reſtituantur debitori cum fructibus, Doctores variant.*

10 *Bonis venditis fidejuſſori debitoris, revocatur venditio per actionem de dolo, reſtituto pretio emptori, & reſtitutio fit cum fructibus.*

11 *Bona vendita extraneo ſolemniter an poſſint recuperari à debitore.*

12 *Appellatione interpoſita à ſententia executionis, & revocata, reſtituenda eſſe bona debitori cum fructibus, qui ſenſerint.*

13 Azevedus *quid exiſtimaverit, &* Rebuffus?

14 *Venditio ritè facta tertio non revocatur, etiamſi revocetur ſententia, cujus virtute facta eſt, neque emptor reſtituit bona, & debitori ſolum datur recurſus ad pretium.*

15 *Revocata ſententia non ſemper omninò, & in totum revocatur executio.*

Bona capta in cauſam judicativi executionis ſententiæ revocatæ poſſunt retineri, donec ſolvatur debitum, ibid.

16 *Limitanda eſt prædicta doctrina, ſi bona in cauſam judicati capta, & vendita ſint minoris, cujus interſit, ea potius habere quam pretium, nàm ſunt illi reſtituenda, etiamſi ſint pœnes tertium bonæ fidei emptorem.*

17 *Executio revocatur, & bona reſtituuntur debitori ſoluto debito cum intereſſe, ſi bona vendantur tertio mala fide ementi cum læſione ultra dimidium juſti pretii, aut ultra ſextam.*

Leſio intra ſextam permittitur in ſubhaſtationibus, ibid.

18 *Remedia ordinaria concedũtur debitori ad recuperanda bona per executionem ablata.*

DISPUTATIO XXIV.

Utrùm debitor pignora capta in cauſam judicati, & vendita poſsit recuperare?

1 PRo plena reſolutione iſtius difficultatis diſtinguendi ſunt diverſi caſus adnotati à Doctoribus. Primus eſt, cùm executio ritè, & rectè perfecta eſt, ſervatis omnibus ſolemnitatibus requiſitis, pignoraque vendita ſunt pro juſto pretio piſimet creditori priori licitanti, vel adjudicata, & poſtea debitor comparet coram ipſomet Judice, qui executione perfecit, aut coram ejus Superiores, petens ſuorum bonorum recuperationem, & offerens ſolvere creditori debitum cum expenſis, aut nitereſſe. Et hoc caſu dicendum eſt, attento jure communi debitorem non eſſe ad audiendum, ſed illi denegandam prædictam recuperationem bonorum ſic adjudicatorum, vel venditorum. Ita ſentit *gloſſa in l. properandum* 12. *§. ſin autem reus, verb. Audiatur, C. de judiciis, per textum ibi*, cui conſentiunt Cynus *ibidem n.* 6. Baldus *n.* 9. Salicetus *n.* 24. Fulgoſ. *n.* 4. Paulus *n.* 5. *in fin.* Alexand. *n.* 9. Jaſ. *num.* 8. Angelus *in l. ſi finita* 14. *§. ſi plures, n.* 7. *& in §. poſtea autem, ubi etiam* Imola *n.* 68. *idem* Paulus *n.* 1. Alexand. *ibi in §. Julianus n.* 120. *&* 121. *ff. de damn. infect. & in l. debitoribus, num.* 26. *ff. de re judicat.* Decius *conſil.* 558. *n.* 2. *&* 3. *volum.* 2. qui dicit, hanc eſſe magis communem opinionem, & veram, Parlador. *lib.* 2. *rer. quotidian. cap. fin.* 5. *p. §.* 16. *n.* 5. Neguſant. *de pignor.* 5. *part. membr.* 3. 1. *p. ex n.* 8. Brunorus à Sole *in quæſt. legalib. q.* 33. *ex n.* 1. *& num.* 14. Morotius *de jure offerendi, num.* 39. Flores Diaz de Mena *ad deciſ.* 40. Antoni Gamma *colum.* 3. *verſ. Sed hoc intelligitur*, Avendañ. *de cenſibus, cap.* 108. *num.* 4. Rodriguez *de executione, cap.* 6. *num.* 54.

2 Hæc ſententia probatur *ex textu in d. l. ſi finitam* 14. *§. poſtea quam, ff. de damn. infect. & in d. l. properandum, §. ſin autem reus, C. de jud.* Item ex eo, quòd venditio, vel adjudicatio bonorum debitoris creditori facta, nullo jure revocari poſſunt, ſi rigorem juris ſpectes, nam venditio, & adjudicatio feudalis, ſeu datio in ſolutum pro certo pretio ſunt ad inſtar contractus venditionis, qui retractari non poteſt, *l. de contractu* 3. *l. non eſt* 6. *l. ratas* 7. *C. de reſcind. vendit.* Neque item venditio pig-

noris retractatur, quamvis debitor pecuniam debitam offerat creditori, *l. si creditor 7. in princip. & in §. illud, ff. de distr. pign.* ergo neque venditio judicialis retractabitur.

3 Contrariam tamen sententiam, quinimò facta creditori venditione judiciali, vel adjudicatione, quantumvis justa, & legitima, bonorum debitoris captorum in causam judicati, debitorem posse recuperare eadem bona, si solvat debitum cum expensis, & interesse infra biennium, amplectuntur Bartol. *in d. l. si finita, §. Julianus, n. 34. & 54. ff. de damn. infect. & in d. l. properandum, §. si autem reus, n. 3. in fin. C. de judiciis*, Asinius *de executionibus, §. 4. cap. 135. ex n. 1.* Consonat Anton. Faber. *lib. 8. Codicis, tit. 20. definitione 25.* loquens juxta sua statuta. Imò verò *gloss. in l. ult. §. sin autem tempore, verb. Recuperare, C. de jure domin. impetran.* ait, debitorem intra quadriennium posse recuperare pignora creditori addicta. Illud addit, *& concordant omnes, aliter statutis, & consuetudinibus diversarum civitatum observari.* Fundamentum istius sententiæ Bart. est tex. *in d. l. vetustissimam, ult. C. de jur. domin. impet.*

4 Verùm attento jure communi, & de ejus rigore, non est recedendum à priori proposita resolutione, & ad text. *in d. l. ultim.* dicendum est, illam loqui de pignore conventionali, cujus dominium acquirit creditor virtute rescripti Imperialis, nos verò loqui de pignore judiciali, quod creditor obtinet virtute sententiæ diffinitivæ secundum ordinem juris. Ita respondet Decius *d. cons. 558. n. 2.* post Angelum *in d. l. si finita, §. si plures, n. 7. ff. de damn. infect.* Addo ego rationem discriminis inter pignus conventionale, & judiciale, quare illud potest recuperari à creditore infra biennium, non hoc, quam illi non reddiderunt. Quia cùm pignoris conventionalis dominium obtineatur à creditore beneficio, & concessione *d. l. ultim.* manet impetratio subjecta qualitatibus, & modificationibus, sub quibus *d. l. ult.* conceditur dominium, è quibus una est, ut debitor recuperet intra biennium suum pignus, solvendo debitum cum expensis, & interesse, quasi consecutio dominii eo casu contingeret, cum pacto adjectionis in diem, vel legis commissariæ. Secus est, cùm res adjudicatur, vel venditur creditori virtute sententiæ, nam creditor consequitur dominium non qualificatum, aut effectum, modo, aut conditione aliqua resolutiva, aut limitativa. Ut non omittamus observationem Parladorii *in d. cap. fin. 5. part. §. 16. n. 2.* quam ex Bart. Bald. Salic. & Alexand. tradit, videlicet, *leg. illam ult. C. de jur. dom. impetr.* in desuetudinem abiisse, & exoletam esse, non esse vero receptam jure Castellano, probari ex *l. 41. & 42. tit. 13. part. 5.* ubi notat Gregor. *glos. 3.*

5 Limita tamen prædictam resolutionem, de qua *supr. n. 1.* ut procedat, nisi aliter dispositum, aut observatum sit per statuta, vel constitutiones, aut consuetudines Regnorum, aut Provinciarum. De jure Regni Siciliæ ultra Farum quid sit observandum, vide apud Anton. de Amato *variar. resolut. lib. 2. resolut. 95.* Quid juxta statuta Venetiarum, apud Brunorum à Sole *in quæst. legalib. quæst. 33. n. 9. in fin.* Quid juxta statuta, & consuetudines Pedemontium, apud Morotium *de jure offerendi, n. 39.* & Anton. Fabrum *lib. 8. C. tit. 20. diffinit. 1. 4. 18. & 23.*

6 Juxta Tribunalium Castellæ observationem, & generalem consuetudinem receptum est, ut possit debitor bona addita, seu pignora executionis judicialiter distracta recuperare, mobilia quidem intra triduum, immobilia verò intra novem dies à venditione. Cujus consuetudinis meminerunt Castillo *in l. 70. Tauri, verb. Remate*, Covarr. *lib. 2. variar. cap. 11. n. 3.* Didac. Perez *in l. 4. tit. 8. lib. 3. Ordinamen. col. 1072. §. dubitari prætereà*, Parlador. *in d. §. 16. n. 3.* Felician. *de censib. lib. 1. cap. 3. n. 10. versic. Nec ignoro*, Paz *in praxi 1. tom. 4. part. cap. 3. n. 48.* Lazarte *de decima vendit. cap. 7. n. 57.* Gutier. *lib. 2. practic. q. 161. n. 2.* Matienz. *in l. 9. tit. 11. lib. 5. Recop. gloss. 3.* Hævia Volaño *in Curia Philip. 2. part. §. 22. ex n. 18.*

7 Secundus casus est, cùm pignora in cau-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

cauſam judicati capta transferuntur in creditorem, executione non ritè, & rectè perfecta, aut quia non ſit ſervatus ordo in capiendis pignoribus debitus, aut omiſſa ſolemnitas ſubhaſtationis, vel citationis, aut additio, vel venditio bonorum facta eſt creditori viliori pretio, cum læſione debitoris enormiſsima, vel infra dimidium juſti pretii, aut facta eſt interventum ſuppoſitæ perſonæ ad licitationem, quæ creditori bona illa, per ſubhaſtationem quæſita ceſſerit, transferens omne jus obtentum, juxta adnotata à nobis *hoc tit. diſputat.* 1. *num.* 30. in quo caſu occurrit fraudis præſumptio, juxta *l. & qui ſub imagine* 10. *C. de diſtract. pign.* Iſte autem caſus duobus modis poteſt contingere. Primò, ſi reus appellaverit, & ad Superiores Judices cauſam tranſmiſerit. Secundò, ſi non appellaverit, & apud inferiorem Judicem prætendat recuperationem pignorum ſic venditorum. Quoad primum dicendum eſt, poſſe debitorem, cujus bona in cauſam judicati capta ſunt, & minus juſtè, aut ſolemniter debitori vendita, aut addita per medium interpoſitæ perſonæ, ſi appellaverit pendente appellatione petere apud Judices Superiores, reſtitui ſibi ſua bona vendita, aut addicta ſoluto debito cum expenſis, aut intereſſe, idque juxta quorundam ſententiam intra biennium aliorum intra quadriennium, aliorum ſine temporis præfinitione. Et ſolent Judices Superiores jubere, ut bona ſic alienata reſtituantur debitoribus, ſolutis creditoribus debitis cum expenſis, & intereſſe. Ita ſentiunt Covarr. Didac. Perez. Felician. Parlador. Paz *ubi ſupr.* Neguſant. *de pignorib. 6. part. membr.* 1. *n.* 26. 27. & 28. Gomez de Leon *in ſua centuria, reſponſ.* 19. Eſcobar *de ratiociniis tom.* 2. *cap.* 14. *n.* 1. Menſius *in l.* 2. *n.* 31. *C. de reſcindenda vendit.* qui dicit, hoc fieri debere intra quadriennium, Giurba *dec.* 105. *n.* 10. *cum ſeqq.* Gamma *deciſ.* 40. & ad eam Flores, *& ad deciſ.* 94. Magonius *deciſ. Florent.* 132. *ex n.* 7. Maſtrillus *dec.* 33. Caſtillo *deciſ.* 14. *lib.* 1. idem Felicianus *de cenſib.* 2. *tom. lib.* 1. *cap.* 3. *ex num.* 1. Laſart. *de decima vendit. c.* 7. *n.* 58. Rodrig. *de annuis reditibus, lib.* 1. *q.* 14. *n.* 61. Azev. *in l.* 19. *n.* 126. *cum ſeqq. tit.* 21. *lib.* 4. *Recop.* Gutier. *lib.* 2. *pract. q.* 161. *& n.* 2. Ceval. *in ſpec. pract.* 633. *ex n.* 6. qui dicit, Judices Superiores in quocunque tempore audire debitores retrahere volentes bona vendita ob cauſam judicati, *& q.* 763. *n.* 48. *&* 49. Amator Rodriguez *de execution. cap.* 6. *n.* 55. Hævia Volaño *in Curia Philip.* 2. *part.* §. 22. *n.* 19. *&* 21. Villadiego *in Politic. cap.* 2. *ex n.* 150. *& ex n.* 160. Quinimò Judices Supremos, non ſolum id facere petentibus debitoribus, ſed etiam ſolere illis non petentibus, atque etiam ſi confirment ſententiam executionis, nihilominus jubere, ut ſi intra terminum arbitrarium ab eis ſtatutum debitor ſolverit debitum creditori cum expenſis, & intereſſe, creditor reſtituat debitori bona vendita cum fructibus, notant Parlador. *ubi ſupr. n.* 7. Amator Rodrig. *n.* 55. Volaño *n.* 19.

8 Quoad ſecundum verò dicendum eſt, idem fieri debere, ſi petat debitor coram Judice inferiore reſtitutionem bonorum captorum in cauſam judicati, & creditori venditorum, vel additorum, vel minus ſolemniter, vel minus rectè Ratio eſt, quoniam velut à fonte rivulos aquæ, ita à majoribus doctrinæ exempla derivare honeſtiſsimum, & tutiſsimum eſt, *cap. in cauſis* 19. *de ſentent. & re judicat. l. nam Imperator* 38. *ff. de legib. l.* 3. *C. eodem. titul.* Ita Parlad. *d.* §. 16. *n.* 7. quem ſequitur Hævia Volaño *ubi ſup. n.* 19. Felician. *de cenſib. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 1. *quidquid contrarium opinetur* Villadiego *in Politic. dict. cap.* 2. *n.* 161. qui exiſtimat, hanc reſtitutionem fieri non poſſe, niſi mandato Superiorum Judicum, non inferiorum.

9 Sed an in his caſibus reſtitutio bonorum debitoris facienda ſit cum fructibus, dubitant Doctores. Quidam negant univerſim, quòd videatur hæc reſtitutio concedi ex gratia: in reſtitutione autem, quæ conceditur ex gratia non veniunt fructus. Alii univerſim affirmant, reſtitutionem cum fructibus fieri debere, tùm quòd verbo reſtitutionis fructus comprehendantur; tùm quia creditor non remanet in damno,

no, cùm illi reſtituatur debitum cum intereſſe. Ergo neque debet eſſe in lucro cum aliena jactura. Alii denique probabiliter diſtinguunt, aut executio eſt nulla ob omiſſam ſolemnitatem, aut alium defectum, & tunc reſtituantur bona debitoris cum fructibus, reſtituto creditori debito cum intereſſe; idemque erit, ſi ſit mala fides in creditore, vel ſuſpitio fraudis. Aut executio peccat in juſtitia, quia res debitoris ſit vendita viliori pretio, ſed citra dimidium juſti pretii, obſervantis tamen cæteris ſolemnitatibus, & tunc creditor lucretur fructus, & res debitori reſtituantur ſine fructibus. Crederem, reſervandum arbitrio Judicis, qui prudenter ſpectatis caſus circunſtantis providere debebit. De hac difficultate vide Doctores relatos *ſupr. n.* 7. præſertim Felicianum, Cevallos, Parladorium, Gutier. & Giurbam.

10 Tertius caſus eſt, cùm bona executa venduntur juſto pretio alicui tertio, qui ſit fidejuſſor rei principalis, ſeu debitoris, obſervatis tamen omnibus ſolemnitatibus viæ executivæ. Ex hoc caſu dicendum eſt, interpoſita appellatione venditionem à Superioribus eſſe revocandam, per actionem de dolo, dum tamen emptori reſtituatur pretium. Etenim fidejuſſor, qui emit bona principalis debitoris, pro quo fidejuſſit, committit dolum, & debet reſtituere rem cum fructibus, *l.* 1. *C. de dolo, l. ſi mandato Titii* 59. *§. Paulus, el* 1. *ff. mandati, l. Paulus* 59. *ff. de fidejuſſor. l.* 45. *tit.* 13. *part.* 5. ubi Gregor. Gaſpar Rederic. *de annuis redditib. lib.* 2. *q.* 17. *ex n.* 22. *& n.* 28. Felician. *de cenſib. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 11. Parlador. *d. cap. fin. §.* 16. *n.* 17. *&* 18. Hævia Volaño *d. §.* 22. *n.* 22. Balduinus *de pignorib. cap.* 18. *col.* 4. Menoch. *de præſumption.* 121. *n.* 9. Fabius de Anna *conſ.* 37. *n.* 12. Villadiego *in Politic. cap.* 2. *num.* 154. Præſertim quia fidejuſſor quemadmodum, & ſecundus creditor emens pignora rei principalis videtur magis emere tuendi ſui juris cauſa, quàm ut dominium acquirat, *l. cum ſecundus* 5. *§. ſi ſecundus, l. cùm poſterior* 6. *ff. de diſtract. pignor.* Franchis *deciſ.* 69. *n.* 6. *&* 7. (Felician. *de cenſib. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 14. *verſ. Secundò quia*, Trentacinq. *variar. reſolut. lib.* 3. *tit. de ſolut. reſol.* 30. *n.* 6.)

11 Quartus caſus eſt, cum venditio pignorum captorum in cauſam judicati fit, cum aliquo tertio merè extraneo, qui non ſit fidejuſſor debitoris ſervatis debitis ſolemnitatibus in judicio executionis requiſitis. Verùm appellatum ſit, vel reclamatum à ſententia, cujus virtute facta fuit executio, & in inſtantia appellationis, vel reclamationis ſit revocata ſententia executioni mandata, ut ſolet contingere in hoc Regno. Et dubium occurrit, an executiones etiam maneant revocatæ, ad effectum, ut bona ipſa debitoris vendita, & poſſeſſa à tertio emptore legitimo reſtituantur debitori.

12 Qui in re exiſtimo adhuc diſtinguendos duos caſus. Primus eſt, ſi appellatum ſit à ſententia ipſa judicii executivi, quam Hiſpani vocant *De remate*, & illa à Superioribus ſit revocata, quia injuſta, aut nulla, & de hoc caſu tractant Doctores Hiſpani, quos ſtatim referemus. In hoc quidam dicunt, revocata ſententia ultima executionis, ſeu *De remate*, à Judicibus Superioribus in Tribunalibus Caſtellæ, eoſdem ſolicitos eſſe jubere, reſtitui pignora debitori cum fructibus, etiamſi fuerint vendita alicui tertio, ab eoque poſſeſſa. Ita ſentiunt Flores de Mena ad Gammam *dec.* 40. Rodriguez *de executione, cap.* 6. *n.* 53. *&* 54. Cevallos *in ſpeculo practicar. q.* 663. *ex n.* 6. *& q.* 763. *n.* 48. *&* 49. qui teſtatur, ſic judicatum in cauſa propria in Regia Cancellaria Pintiana, eumque allegat, & ſequi videtur Giurba *dec.* 105. *n.* 14. licèt poſtea *n.* 15. 16. *&* 17. adhibeat quaſdam diſtinctiones.

13 Azevedus autem *in l.* 19. *n.* 139. *tit.* 21. *lib.* 4. *Recop.* tractans hunc eundem caſum, exiſtimat, revocata ſententia ultimæ additionis, ſeu *De remate*, in gradu appellationis, condemnandum eſſe creditorem, ſi apud ipſum ſunt bona debitoris ad illa reſtituendum eidem. Sin bona ſint vendita tertio, apud quem reperiantur, & creditor ſolum recepit pretium, & condem-

na-

nari debere eundem creditorem ad reſtituendum pretium, quod recepit duplicatum *juxta l. 2. & l. 4. tit. 21. lib. 4. Recop.* & ſuper omnia ait, tenorem ſententiæ revocatoriæ inſpiciendum eſſe. Ejuſdem ſententiæ Author fuit Rebuff. *in conſtit. Reg. tom. 1. tractat. de litteris obligat. art. 5. gloſ. 6.*

14 Secundus caſus eſt, ſi non ſit appellatum ab ipſa executione, aut ſententia executionis, ſed à ſententia, cujus virtute facta fuit executio, & illa ſententia in gradu reviſionis ſeu reclamationis ſit revocata. Hiſpani non agunt de hoc caſu, non enim agnoſcunt ſententiam exequibilem, à qua poſsit reclamari, aut ſupplicari, quia prima ſententia Tribunalium Superiorum, apud ipſos non mandatur executioni, ſed ſolum ultima, ſeu ſecunda ſententia reviſionis, à qua nullus datur recurſus, ut dixi *ſupr. hoc tit. diſputat. 16. n. 49. & 50.* in hoc verò Regno iſte caſus eſt frequentiſsimus, in quo prima ſententia Sacri Conſilii executioni demandatur ad inſtar ſententiæ Præfecti Prætorio, etiamſi ab ea ſit reclamatum, ut dixi *ſup. tit. 2. diſputat. 8. n. 2.* & ſæpè contingit, ſententiam primam poſtquam executioni mandata eſt, in inſtantia reclamationis revocari, imò vero tractari non poteſt de reclamatione, niſi poſt mandatam executioni ſententiam, à qua reclamatur, ut deſumitur ex *pragm. 79. §. 10. de offic. S. R. C. in noviſsima compilatione.* Tunc ſuccedit difficultas, an tertius poſſeſſor bonorum debitoris condemnati venditorum in cauſam judicati, qui illa emit in publica ſubhaſtatione, debeat illa reſtituere debitori; an ſolum detur illi recurſus ad pretium. In quo dicendum eſt, ſpectato jure communi facta executione, & venditis bonis debitoris ritè, & rectè alicui tertio non inveniente læſione, aut fraude, etiamſi in gradu reclamationis revocetur ſententia, cujus virtute facta eſt venditio, bona vendita non eſſe auferenda emptori, ſed debitori dari ſolum recurſum ad pretium bonorum venditorum. Ita planè ſentit Neguſant. *de pignorib. 2. part. membr. 4. n. 125.* Roderic. Suarez *allegatione 21. n. 7.* Franchis *deciſ. 120. n. 8. & deciſ. 660.* Anton. Faber *lib. 8. Codicis, tit. 17. definition. 23.* Giurba *deciſ. 105. n. 14. & 15.* & alii multi à nobis relati *ſupra hoc tit. diſputat. 22. n. 12, circa fin. verſ. Præſertim cùm regulare ſit.* Et probatur argumento ab exceptione ad regulam (quod validum eſſe in jure, docet Everard. *in locis legalib. loco 9. & in loco 99. à ſpeciali*) *in l. ſi ex cauſa 10. in princ. ff. de minorib. & in l. 1. C. ſi vendito pign. agatur.* Item ex textu *in l. ſi fundum 94. ff. de legat. 1.* non enim debet fides haſtæ publicæ facilè convelli, *leg. ſi hypothecas 8. C. de remiſſ. pignor.*

15 Neque obſtat, quod revocata ſententia cenſeatur quoque revocata executio, & omnia debeant reſtitui in priſtinum ſtatum, ut docet *gloſſ. ult. in verb. Univerſa, in cap. accedens, & infr. 2. ut lite non conteſtata, &* ibi Bald. *n. 6.* Hoſtien. *n. 9.* Non, inquam, obſtat, quia revocata ſententia, non ſemper omnino, & in totum revocatur executio. Etenim bona capta in cauſam judicati vi executionis ſententiæ revocatæ poſſunt retineri, donec ſolvatur debitum, ut notarunt Rolandus à Valle *conſ. 5. n. 7. vol. 2.* Anna *allegat. 22. n. 4. allegat. 80. n. 8. & 9. & allegat. 93. n. 8.* ego dixi cum multis *ſupr. tit. 2. diſput. 8. n. 3. tum ſeqq.* Sic in propoſito caſu revocatur executio revocata ſententia quoad id, quod pretium bonorum venditorum reſtituatur debitori; verùm emptor retinet bona ſolemniter, & bona fide empta, ut rectè adnotavit ubi ſupra Antonius Faber.

16 Limita prædictam reſolutionem, ſi bona in cauſam judicati capta, & vendita ſint minoris, & illius interſit potius habere corpora, quam pecuniam. Nam eo caſu raſtituenda erunt illi corpora venditа, etiamſi ſint pœnes tertium bona fide emptorem. Id ſtatuit elegans textus *in d. l. ſi ex cauſa 10. ff. de minoribus, cujus verba, quæ hunc caſum in ſpecie continent, ſunt, ſi ex cauſa judicati pignora minoris capta ſint, & diſtracta, mox reſtitutus ſit adverſus ſententiam Præſidis, vel Procuratoris Cæſaris, videndum, an ea, quæ diſtracta ſunt, revocari debeant. Nam illud certum eſt, pecuniam ex cauſa judicati ſolutam, ei reſtituendam. Sed ſi*

in-

intereſt ipſius corpora potius habere, puto interdum permittendum, id eſt, ſi grande damnum ſit minoris, ubi benè notat Anton. Faber *in rationalibus text. item in l. ſi creditor 7. in fin. princip. verſ. Si verò tempus, ff. de diſtract. pignor.* Docet Anton. Gomez *tom. 2. variar. cap. 14. n. 6. verſic. Item quæro,* Sforcia Oddus *de reſtitutione, quæſt. 31. artic. 17. num. 87.*

17 Quintus caſus eſt, cùm pignora executionis venduntur tertio ementi mala fide, aut quia in judiciali venditione intervenerit læſio enormiſsima, aut ultra dimidium juſti pretii, aut ultra ſextam juxta obſervationem Urſill. ad Afflict. *dec. 140. num. 8. &* doctrinam Bartol. *in l. ſocietatem 77. §. arbitrorum, ff. pro ſocio,* quam ſequitur Franchis *deciſ. 120. n. 7. & dec. 224. num. 2. & meminit* Muſcatell. *in prax. S. C. lib. 2. part. 3. gloſſa venduntur, n. 54.* nam infra ſextam partem læſio in ſubhaſtationibus admittitur, ſecundum iſtos. Aut non fuerint ſervatæ debitæ ſolemnitates in executione. Hoc caſu executio revocari debet, & bona reſtitui debitori, ſoluto debito cum expenſis. Probat textus expreſſus *in l. 1. C. ſi vend. pign. agat.* tradit Neguſant. *de pignor. 6. part. memb. 1. num. 28.* & multi ex prædictis. Et confirmatur ex dictis ſupra *tit. 2. diſp. 8. ex n. 3.*

18 Præter prædicta remedia extraordinaria, quibus debitori ſuccurritur ad recuperanda, bona illi per executionem ablata, ſunt remedia ordinaria appellationis, reſtitutionis, nullitatis, & remedium ex *l. 2. C. de reſcindend. vendit.* lęſionis enormiſsimæ, quibus etiam ut poterit, ut animadvertunt Parlador. *d. §. 16. n. 6.* Flores *ad Gammam deciſ. 40.* & plurimi ex relatis hac diſputatione.

SUMMA DISPUTATIONIS XXV.

1 *Diverſa lucra poſſunt obvenire debitori habenti plures creditores.*

2 *Communis reſolutio eſt, licere debitori lucra non admittere, & in hac repudiatione non fieri fraudem creditoribus, ſed ſolum minuendo patrimonium.*

3 *Doctores eam ſententiam affirmantes.*

4 *Contrariam ſententiam, imò fieri creditoribus fraudem, ſi debitor non acquirat, tuetur* Paulus J.C. in l. in fraudem 45. in princip. ff. de jure fiſci.

5 *Jurium in hac re antinomia difficilis, quam variis modis concilietur?*

6 *Quid ſenſerit* Alciatus?

7 *Rejicitur ejus ſententia.*

8 Bartoli, & Alberici *ſententia, regulam communem limitandam eſſe in Fiſco.*

9 *Rejicitur ea ſententia, & objicitur contra eam* l. cùm quidam, ff. de jure fiſci, *cui non ſatisfacit* Bartolus.

10 *Diſtinctio* Ancharrani, *inter creditores hypothecarios, & chirographarios.*

Fiſcus ſemper eſt creditor hypothecarius, ibi.

11 Ancharrani *ſententiam multi impugnant, & ab eo merito recedunt.*

12 *Cum præcedit contractus, aut materia, quæ obligat ad acquirendum ſit fraus non quærendo.*

13 *Conciliantur duo* textus Ulpiani *diſſidentes.*

14 *Approbatur ex parte hæc ſententia.*

15 *Conſideratio nova Authoris deducta ex hac ultima ſententia, & diſtinguuntur creditores ex cauſa lucrativa ex una parte, & creditores ex cauſa onoroſa ex alia.*

Creditoribus ex cauſa lucrativa, non fit fraus repudiando lucra, ibid.

Creditoribus ex cauſa oneroſa fit fraus non quærendo lucra, ibid.

16 *Debitor ex cauſa oneroſa obligatur quærere bona, ut creditoribus ſuis ſatisfaciat, ſi commodè poſsit.*

Adnotatur in hanc rem deciſio Supremi Senatus Caſtellæ, cujus meminit Gregor. Lopez, ibid.

Magiſtratus electi per Principem ad jus reddendum non poſſunt inducere ſtilum contra jus, ibid.

17 *Aliæ leges ex aliis limitantur, & explicantur, & duæ regulæ generales in hac materia contrariæ temperandæ ſunt, juxta prædictam diſtinctionem.*

18 *Proponitur quæſtio frequens rariſsimè tacta.*

19 *Filius habens creditores ſive ex cauſa one-*

rosa, sive ex lucrativa, non potest consentire gravamen in sua legitima.

Filius consentiens gravamen in legitima diminuit suum patrimonium, ibid.

Multi existimant, filium non posse repudiare legitimam in fraudem Fisci, aut creditorum, ibid.

20 *Proponitur casus quidam occurrens decidendus in Sacro Consilio.*

Filius potest admittere gravamen in legitima, praesertim quando pater relinquit ei ultra legitimam, ibid.

21 *Filia non potest assentiri gravamini legitimae gravatae fideicommisso in praejudicium matris, ut eam excludat à legitima in bonis filiae illi debita.*

Jura non invenerunt aliud remedium ad excludendam matrem à bonis filiae, nisi pupillarem substitutionem, ibid.

Ad excludendam matrem à legitima filii, non sufficit pupillaris substitutio tacita, sed requiritur expressa, ibid.

Pater, & Filius, simul cooperando non possunt auferre matri legitimam illi debitam, ibid.

22 *Matri filius in vita legitimam non debet, quemadmodum neque pater filio.*

23 *Quicunque legitimam debet, non potest profundere, & dilapidare bona in fraudem legitimorum successorum.*

De medietate bonorum antiquorum pertinente ad proximiores, non potest civis Neapolitanus disponere in eorum fraudem, ibidem.

24 *Non potest filius facere in vita, ut bona sua post mortem relicta maneant exempta ab onere solvendi legitimam.*

Nemo potest efficere, quin leges in suo testamento locum habent, ibid.

25 *Pater habens filios, non potest gravare bona sua in praejudicium filiorum, ut eos excludat à legitima, & ut id efficiat requiritur consensus filiorum.*

26 *Pater substituens filiae, per fideicommissum tacite admittit matrem ad successionem legitimae.*

27 *Multi credunt, neque per substitutionem pupillarem expressam excludi matrem à successione filii.*

28 *Non est expeditum, filium posse gravari in legitima, si ultra illam honoretur.*

Consensus filii admittentis gravamen in legitima nocebit consentienti, non vero aliis, quibus legitimam debet, ibid.

Refertur Decisio Sacri Consilii, ibid.

DISPUTATIO XXV.

Utrùm debitor possit renunciare lucris obvenientibus in praejudicium creditorum?

1 DEbitori, qui plures creditores habet, & solvendo idoneus non est, multa, & diversa lucra possunt obvenire, videlicet hæreditates, legata, fideicommissa, majoratus, donationes, & de istis dubitatur, an possint ab eo renunciari, & non acceptari, & an ea repudiando, seu non acceptando videatur fraudem facere suis creditoribus?

2 Communis resolutio esse videtur, licere debitori ista lucra non admittere, & non fieri fraudem creditoribus, per debitorem, non adquirendo, & non augendo patrimonium, sed solum minuendo. Atque ita revocari quidem, per Paulianam actionem omnem alienationem à debitore factam, quominus suis creditoribus satisfaciat, hæc enim est fraus: repudiationem verò lucrorum advenientium fraudem non esse. Ita probat *textus in l. qui autem 6. per omnes ejus legis paragraphos, cum tribus legibus antecedentibus, ff. quæ in fraud. credit. & in l. cùm quidam 26. ff. de jure fisci, & in l. 1. §. utrum, ff. si quis in fraud. patron. & in l. 1. §. confertur, ff. de collat. bonor. & in l. non fraudantur 177. ff. de regulis juris*, qui omnes textus habent authorem Jurisconsultum Ulpianum. Ulpianus autem refert in suam sententiam Julianum Jurisconsultum *in d. l. qui autem, §. sed & illud, & in d. l. 1. §. utrum.* Concordat text. Caji Jurisconsulti *in l. nemo 68. §. illud quæritur, ff. pro socio.* Item alius elegans text. Valentis Jurisconsulti *in l. si postulante 67. ff. ad Trebell.* ibi: *Quia & remoto fideicommisso liberum tibi fuerat nolenti adire hæreditatem cre-*

ditores tuos tali commodo fraudare, & ego nihil turpiter faciam recipiendo eam hæreditatem, quam remota poſtulatione mea creditores compellere te, ut adires, non potuerunt. Itaque Ulpianus, ubique fuit ejus ſententiæ, ut fraus fiat diminuendo patrimonium, non verò non acquirendo, & ejuſdem ſententiæ ſocios habuit Julianum, Cajum, & Valentem J. Conſultos.

3 Iſtis legibus moti in eadem ſententia fuerunt ultra Scribentes in dictis locis Jaſon. *in §. item ſi quis in fraudem, n. 121. inſtit. de action.* Alciat. *in l. alienationis, verbum 28. n. 11. & ibidem* Rebuff. *col. 9. verſ. Quia occaſione acquirendi non utitur, cum ſequent. ff. de verbor. ſignificat.* Decius *conſ. 260. quæritur brebiter, ex n. 1.* Covarr. *in cap. Raynaldus 18. §. 3. ex num. 30. de teſtament. & de matrimon. 2. part. cap. 7. §. 1. n. 15.* Tellus Fernand. *in l. 4. Taur. ex n. 52. ad 64.* Cervantes *in l. 6. Taur. ex num. 57.* Pelaez de Mieres *de majoratibus, 4. part. quæſt. 23. ex n. 117.* latè Surd. *deciſ. 140. n. 8. & conſil. 116. ex n. 79. lib 1. & conſil. 300. ex num. 17. lib. 2.* Peregrin. *de jure fiſci, lib. 5. tit. 1. ex num. 190. & lib. 6. tit. 7. ex n. 38. & de fideicommiſſ. art. 3. num. 127.* Azevedus *in l. 3. n. 140. & 141. tit. 10. lib. 4. Recop. & in l. 3. ex num. 6. tit. 4. lib. 5. Recop.* Joan. Gutier. *in repet. cap. quamvis, pactum in princip. ex n. 20. de pact. in 6. & lib. 2. pract. quæſt. 127.* Thuſc. *litt. A. concl. 441. ex n. 4.* Fachineus *lib. 13. controverſ. cap. 46.* Franc. *deciſ. 101.* Boſsius *diverſor. tract. tit. de bonorum publicatione, num. 29.* Cevallos *in ſpeculo practicarum, quæſt. 811. num. 14. cum ſeqq.* Trentacinq. *variar. reſolut. lib. 2. tit. de minoribus, reſolut. 9. n. 6.* Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 1. cap. 132. per tot. & tom. 2. cap. 271. ex princip.* Beccius *conſ. 134. n. 10. & 11. lib. 2.* Paſchalis *de viribus patriæ poteſt. part. 2. cap. 4. ex n. 165.* Pereira *deciſ. 55. ex n. 4.* Scaccia *de judictis cauſar. civil. & crimin. lib. 2. cap. 2. n. 260. & de commerc. §. 1. quæſt. 7. part. 2. ampliat. 8. n. 272.* Thom. Sanchez *operis moralis, lib. 2. cap. 14. ex num. 50. & de matrim. lib. 6. diſp. 4. ex num. 8.* Gabriel Vazquez *ad 1. 2. diſp. 172. cap. 3. ex num. 13. & opuſculo de teſtamentis, cap. 9. §. 1. dubio 6. ex num. 16.* Alfaro *de offic. Fiſcalis, gloſſ. 16. privileg. 8. ex num. 41.* Mantica *de tacit. & ambig. conventio. lib. 13. tit. 38. ex n. 13.* Fabius de Anna *conſ. 76. num. 2. cum ſeqq.* Theſau. *quæſt. forenſ. lib. 3. quæſt. 74.* Annæus Roberto *rer. judicat. lib. 3. cap. 12.* & multi, quos longa ſerie refert Caſtillo *quotid. controverſ. lib. 5. cap. 112. ex n. 19.* quos ipſe ſequitur, *& cap. 111. præcedenti num. 37.*

4 Contrariam tamen ſententiam quinimò debitorem, non acquirendo fraudem facere creditoribus, *probat textus* Pauli Juriſconſulti *in l. in fraudem 45. in principio, ff. de jure fiſci*, ibi: *In fraudem fiſci non ſolum per donationem, ſed quocumque modo res alienatæ revocantur: idemque juris eſt, & ſi non quæratur, æquè enim in omnibus fraus ponitur.* Confirmat eandem ſententiam *text. Ulpiani in l. ſed & ſi lege 28. §. perinde, ff. de petit hæredit.* ibi: *Nam & is, qui dolo fecit, quamvis poſſideret, ut poſſeſſor condemnatur. Accipiens, ſive dolo deſierit poſſidere, ſive dolo poſſeſſionem noluerit admittere, & text. in l. 2. §. ſed & ſi quid, ff. de hæred. vel act. vend. l. 1. §. ſanè, & §. ult. l. ſi quis 4. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtam. l. ait Prætor 10. §. hæc actio poſt annum, in fin. ff. quæ in fraudem,* & à majoritate rationis probatur idem *ex l. quia poterat 4. l. ſed & qui 5. l. cogi 16. cum multis aliis eodem tit. ff. ad Trebell.*

5 Hanc apertam Juriſconſultorum diſſenſionem, & jurium antinomiam, variis modis conantur componere DD. Accurſ. Bartol. *& alii in dict. locis* Paul. de Montepico *in repet. l. poſt contractum, num. 106. ff. de donat.* ubi tamen ait, nunquam reperiſſe aliquem, qui ſciret bene reſpondere, & ibidem Joan. Annibal *ex num. 320.* quaſdam ſolutiones refert, nullam tamen, quæ plenè ſatisfaciat, Julius Pacius *legum conciliatarum, centuria 7. conciliatione 75. &* Nicolaus de Genua *in conciliatione legum contrariarum ad d. l. cùm quidam, ff. de jure fiſci, fol. mihi 339.* qui refert ſeptem conciliationes, nulla tamen placet, nec difficultatem evacuat.

6 Alciatus *in l. poſt contractum 15. n.* 38.

38. *ff. de donat.* universim negat, fraudem fieri non quærendo, tàm creditoribus, quàm Fisco, juxta regulam *d.l. qui autem, ff. quæ in fraud. cred. & d. l. cùm quidam, ff. de jure fisci, & ad d.l. in fraudem*, quæ videtur obstare dicit, respondisse se *lib. 3. parergon juris, cap. 19.* Quo loco dicit, verba illa adjecta à Jurisconsulto *in d. l. in fraudem*, videlicèt, & si non quæratur, non esse referenda ad debitorem, quasi significetur, ipsum, cùm non acquirit obvenientia lucra, fraudem facere; sed ad eum, in quem fit alienatio, ut sensus sit, debitorem fraudem facere Fisco, cùm alienat bona sua, transferendo in alium possessionem, & dominium, quo casu revera alienatio contingit, idemque juris esse, si debitor alienet bona sua de facto, etiamsi non quæratur dominium ei, in quem alienatio facta est, Alciatum approbant Tellus Fernandez *in l. 4. Tauri, n. 64.* & Gabriel Vazquez *in 1. 2. tom. 2. disput. 172. cap. 3. n. 22.*

7 Sed hæc Alciati interpretatio displicet communiter. Primò, quia vim infert litteræ text. *in d.l. in fraudem*, in quo nulla mentio de dominio præcedit illud verbum, *& si non quæratur*, ut reddat sensum, *& si non quæratur dominum.* Secundò, quia juxta hanc interpretationem, non differret casus ille secundus decisus à Jurisconsulto in illis verbis: *Idemque juris est etsi non quæratur*, à primo casu initio legis commemorato per illa verba: *In fraudem Fisci quocumque modo rem alienatæ revocantur*, verbo enim alienationis, non solum comprehenditur contractus, ex quo dominium transfertur, sed etiam multi alii, ex quibus dominium non transfertur, ut constitutio servitutis, hypothecæ, aut pignoris, *l. sancimus, ultima, C. de rebus alien. non alienand.* quare si in fraudem Fisci constitueretur hypotheca, vel servitus in bonis debitoris Fisci, revocaretur hæc alienatio, tanquam in fraudem Fisci facta, etiamsi per hujuscemodi constitutionem dominium non quæratur ei, in cujus favorem constituta sunt, & iste casus pertineret ad initium legis, non ad illa verba: *Idemque juris est, &c.* Manifestum autem est, duos diversos casus propositos esse *in d. l. in fraudem, in princ.* à Paulo Jurisconsulto, & reprobat Alciatum Cujacius, statim referendus, sed nullam rationem reddit reprobationis.

8 Alii dicunt, regulariter debitorem, non comittere fraudem in præjudicium creditorum non acquirendo, quomodo loquuntur *d.l. qui autem*, cum concordantibus: Verùm hanc regulam limitandam esse in Fisco, de quo loquitur *d. l. in fraudem*, ita sentiunt Bart. & Alberic. *in d. l. in fraudem.* Ripa *in l. 1. n. 7. ff. de pignorib.* Rebuff. *in l. alienationis verbum 28. col. 6. vers. Item Fisco, ff. de verbor. signific.* Gozadin. *consil. 97. n. 12.* Socin. Junior *cons. 124. n. 6. 3. p.* Bossius *diversor. tractat. tit. de bonor. publicat. n. 29.* Peregrin. *de jure Fisci, lib. 5. tit. 1. ex n. 190. & lib. 6. tit. 7. n. 38.* Mauson. *de causis executiv. lib. 1. q. 6. ampliat. 8. n. 38.* Annæus Robert. *rer. judicatar. lib. 3. cap. 12. propè medium*, Cujac. *observat. lib. 8. cap. 9.* Mangil. *tractat. de imputationib. q. 4. ex n. 5. & n. 10.*

9 Contra hanc tamen limitationem urgentissimè obstat textus *in l. cùm quidam 26. ff. de jure fisci*, cujus difficultati non satisfaciunt solutiones excogitatæ à Bartolo, & reliquis, videlicet, quod in illo casu repudiatio non videatur facta in fraudem Fisci, ut repudians patiatur pœnam dupli, quòd ibi non erat delata hæreditas patri, qui repudiavit, sed filio. Quòd repudians non erat condemnatus, sed solùm inquisitus, & sic nondum erat debitor Fisci, quæ est aperta divinatio. Non, inquam, satisfaciunt, quia in eo textu Jurisconsultus nititur fundamento generali, quòd fraus non censeatur facta non quærendo, quod commune est, etiam respectu creditorum privatorum, *non videtur* (inquit) *in fraudem Fisci factum, quod acquisitum non est*, quę ratio excludit omnes interpretationes.

10 Alii distinguunt. Aut creditores sunt chrographarii, aut hypothecarii. Chirographariis, non quærendo, non fit fraus, de quibus intelligitur text. *in d. l. qui autem*, cum concordantibus. Hypothecariis

non quærendo fit fraus, & de iſtis loquitur text. *in l. in fraudem*, qui agit de debitore Fiſci, qui ſemper eſt creditor cum hypotheca, *l. aufertur* 46. §. *Fiſcus, ff. de jure Fiſci.* Hanc ſententiam docuit Ancharr. *conſil.* 101. *n.* 8. quem ſequuti ſunt Franciſcus Pepius inter conſilia Bartholomæi Socini *conſ.* 76. *n.* 6. *lib.* 4. Neguſant. *de pignorib.* 4. *p. n.* 33. Mantica *de tacitis, & ambig. convent. lib.* 13. *tit.* 38. *n.* 16. Camillo de Medicis *conſil.* 98. Gratian. *deciſ.* 17. *n.* 11. *cum ſeqq.*

11 Verùm Ancharrani ſententiam acerrimè impugnant, & ab eo diſcedunt Ripa *in l. conventio generalis* 1. *n.* 7. *ff. de pignorib.* Socinus Junior *d. conſ.* 124. *n.* 8. 9. & 10. 3. *p.* Tellus Fernandez *in l.* 4. *Tauri, ex n.* 57. Franchis *deciſ.* 101. Fabius de Anna *conſ.* 76. *ex n.* 2. Gratianus *diſceptat. forenſ. tom.* 1. *cap.* 132. *ex n.* 1. quorum dicta non libet traſcribere, ſolum adverto, contra hanc ſententiam facere textum *in d. l. cùm quidam, ff. de jure Fiſci*, ubi agens Ulpianus de Fiſco, qui eſt creditor hypothecarius, ait, illi in non quærendo fraudem non fieri.

12 Alii dicunt, regulam conſtituendam eſſe, juxta textum *in d. l. qui autem, & d. l. cùm quidam*, ut nullus dicatur fraudare creditores privatos, aut Fiſcum non acquirendo: verùm eam eſſe limitandam, cùm præcedit contractus, aut materia, quæ obliget ad acquirendum ſecundum bonam fidem; tunc enim dolum, & fraudem committit, qui non acquirit, & de ſimili caſu cenſendum eſt, loqui text. *in d. l. in fraudem in princ. ff. de jure fiſci.* Limitationem probat text. ejuſdem Pauli Juriſconſulti *in l. in fraudem* 4. *ff. quæ in fraudem credit. In fraudem* (ait) *facere videri eum etiam, qui non facit, quod debet facere, intelligendum eſt*, cum quo textu concordat *l. dolus* 44. *ff. mandati*, notat Mantica *de tacit. & ambig. convent. lib.* 13. *tit.* 38. *n.* 3. Ergo qui cùm debeat acquirere ex bona fide, non acquirit, fraudem facit. Eodem pertinet *l.* 2. §. *ſed & ſi quid, ff. de hæred. vel act. vendit. & ibi gloſſa in verb. Poſſet adipiſci, l. ſed & ſi lege* 28. §. *perinde, ff. de petit. hæred. l.* 1. §. *ſanè, l. ſi quis* 4. *ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtam.* Ita ſentiunt Bart. *in d. l. qui autem* 6. *in princip. in ſolut.* 2. *oppoſitionis, ff. quæ in fraudem cred.* Joann. Faber. *in §. manet, n.* 2. & 3. *inſtit. de ſociet.* Decius *in l. non fraudantur* 176. *n.* 1. *verſ. Et regula iſta*, & ibidem Cagnolus *n.* 1. *ff. de reg. jur.* Alciatus *in l. alienationis verbum* 28. *n.* 11. *in fine, ff. de verbor. ſignificat.* Annæus Robertus *rerum judicat. lib.* 3. *cap.* 12. Camillo de Medic. *d. conſ.* 98. *ex n.* 18. Gregorio Lopez *in l.* 12. *tit.* 10. *p.* 5. *gloſſ.* 2. ubi refert pro hac ſententia deciſionem Supremi Senatus Caſtellæ, & approbat hanc ſententiam Caſtillo *quotid. controv. lib.* 5. *cap.* 112. *n.* 13. & 14. & *n.* 49. & Alvarado *de conjecturata mente defuncti, lib.* 2. *cap.* 3. §. 1. *n.* 29. Pelaez *de majoratib.* 4. *p. q.* 23. *n.* 137. *cum ſeqq.* Gutierr. *in §. ſui, n.* 95. *inſtit. de hæred. qualit. & differ.* Franchis *d. deciſ.* 101. *n.* 32. Et non invenio in his terminis contradictorem, quia quicumque animum habet nocendi proximo, aut agendi contra obligationem, aut æquitatem, fraudem facit, *l. in ſumma* 2. §. *idem Labeo, el* 2. *ff. de aqua pluvia arcend.*

13 Ex qua doctrina conciliantur duo textus ejuſdem Ulpiani diſſidentes, & planè contrarii. Primus ex *l. magis puto* 5. §. *fundum, ff. de rebus eor.* quo dicitur, fundum legatum pupillo repudiari non poſſe, ſine Prætoris authoritate, quaſi hæc repudiatio alienatio ſit. Alius *in d. l. qui autem* 6. §. *ſed & illud, ff. quæ in fraud. credit.* cum quo textu convenit alter ejuſdem Ulpiani *in l.* 1. §. *utrum, ff. ſi quid in fraud. patron.* ubi etiam ex Juliani ſententia docet, repudiationem legati non eſſe alienationem, neque per eam patrimonium diminui. Nam cùm in repudiatione, de qua agitur in primo textu, interveniat tutor, ad cujus officium pertinet, non ſolum non diminuere patrimonium pupilli, ſed etiam illud augere acquirendo, quæ utilia ſunt pupillo, quemadmodum diligens Paterfamilias in rebus ſuis ſolet efficere, *l. à tutoribus* 34. *in princ. ff. de adminiſtrat. & pericul. tut.* Romanus *conſ.* 425. Joannes Gutierr. *de tutelis*, 1. *p. cap.* 1. *n.* 13. Thuſcus *litter.*

T.

T. concl. 438. Paulus Montanus *tract. de jure tutelarum, cap.* 32. *regul.* 9. *ex n.* 1. fit ut repudiare lucrum interveniente tutore, qui lucra pupilli quærere debet, ſit ſpecies alienationis. At in aliis legibus non agitur de caſibus, in quibus præcedat contractus aliquis, aut materia, quæ obliget ad acquirendum.

14 Hæc ſententia æquitate plena eſt, & in ſe (judicio noſtro) vera. Verùm quoad interpretationem, *d. l. in fraudem, in verſ. Idemque juris,* non video, quomodo poſsit liberari à divinatione, dum præſupponit, ibi agi de caſu, quo præcedit contractus, aut materia, quæ obliget ad quærendum. Cumque tam difficulter prædicti textus conciliari poſsint, ut hucuſque nulla ſit inventa conciliatio, quæ plenè ſatisfaciat, Budæus *in annotat. ad Pandect. ad l. ultim. ff. de ædilit. edict.* inter alias implacabiles antinomias, quas cenſet à Triboniano dormitante incurioſius, aut conſultò, & dedita opera relictas, exiſtimat eſſe eam, quæ verſatur inter *d. l. cùm quidam, & in d. l. in fraudem, ff. de jur. Fiſc.* & haud dubiè doctiſsimi, ac judicii ſingularis viri placito planè aſſentiret, ſi libera, vel contra receptas opiniones rationem ſequenti ſententia deberet eſſe.

15 Cogitabam ego diſtinctionem, quę forſan videbitur aliquanto aptior ad prædictorum textuum explicationem, & conciliationem, & videtur deduci ex poſtrema iſta ſententia. Videlicèt diſtinguendos eſſe creditores ex cauſa lucrativa, à creditoribus ex cauſa oneroſa. Si creditores ſint ex cauſa lucrativa, debitor in non acquirendo fraudem non facit, ſive creditor ſit privatus, ſive Fiſcus, & eo pertinent text. *in d. l. qui autem, ff. quæ in fraud. cred. & in d. l. cùm quidam, ff. de jur. Fiſci, cum d. l.* 1. *§. utrum, ff. ſi quid in frat. patron.* Nam Fiſcus in pœnis prætendit cauſam lucrativam, ut notat Zaſius *in l.* 1. *n.* 41. *ff. ſolut. matrim.* & *ibidem* Jaſ. *n.* 37. Beccius *conſ.* 52. *n.* 19. *&* 124. *lib.* 1. ultra quam plures, quos in eandem rem retuli *ſupra tit.* 2. *diſputat.* 1. *n.* 26. *circa fin.* Item planum eſt, patrimonium in ſucceſsione liberti agere de lucro captando, & cauſam eſſe lucrativam, in qua minor eſt obligatio debitoris. Nunquam enim in jure par eſt conditio ejus, qui tractat de lucro captando, & ejus, qui tractat de damno vitando, *l. ultim. in fine, C. de codicillis, l. ſcimus ultima, §. licentia, C. de jur. deliber. l. ultima, C. de acquir. poſſeſſ.* Scaccia *de commerc. §.* 1. *q.* 7. *p.* 2. *ampliat.* 8. *n.* 271. Et non videtur obligari ad quærendum bona, quæ non habet, quibus ſatisfaciat donatariis, quibus ex illis ipſis bonis, quæ poſsidet, non obligatur eiſdem ſatisfacere, ultra quam facere poſsit, etiam deducto, negat, *l. inter eos* 19. *§. is quoque, l. exhæredatum* 49. *§.* 1. *in fine, ff. de re judic.* ubi debitum ex donatione comparatum, cum debito ex cauſa oneroſa, quod dicitur eſſe verum debitum, ſignificatur non eſſe verum. Confirmatur ex eleganti text. *in l. ſi quis pro uxore* 21. *in princ. ff. de donat. inter, & in l. rem legatam* 18. *ff. de adimend. legat.* ubi ait J. C. *in neceſsitatibus neminem liberalem exiſtere,* quo loquendi modo non ſolum ſignificatur, non cenſeri liberalitatem actum, ad quem quis ex neceſsitate compellitur, & non donare, *qui neceſſariis oneribus ſuccurrit.* Sed quod conſequens etiam eſt, neminem ad donandum neceſsitate compelli, nedum ad acquirendum quæ donet.

16 Si verò creditores ſint ex cauſa oneroſa, non quærendo fit illis fraus. Nam debitores ex cauſa oneroſa, ſi jus naturale, & bonam fidem ſpectemus, obligati ſunt acquirere bona, & illa procurare, quibus ſatisfaciant creditoribus ſuis, ſi commodè poſſunt, etiam ex propria induſtria, nedum obvenientia lucra amplecti, & non repudiare, ut rectè notarunt Molina *de juſtitia, tract.* 2. *diſput.* 435. *n.* 10. *in fin.* Sanch. *de matrim.* poſt alios, quos refert *lib.* 6. *diſpat.* 4. *n.* 9. *verſ. His tamen non obſtantibus, & operis moral. libr.* 2. *cap.* 14. *n.* 54. Gabriel Vazquez *in primam ſecundæ, tom.* 2. *diſput.* 172. *cap.* 3. *n.* 15. *& opuſcul. teſtam. cap.* 9. *§.* 1. *dubio* 6. *n.* 18. *&* 19. *& n.* 22. *cum ſeqq.* Paſchalis *de viribus patriæ poteſtatis, p.* 2. *cap.* 4. *n.* 174. *circa finem,* Franciſcus de Petris *conſ.* 59. *n.* 15. Gratianus *diſceptat. foren.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

renſ. tom. 2. *cap.* 271. *n.* 25. & in his terminis huic ſententiæ nullus Theologus contradicit. Quam doctrinam confirmat alia notatione digna, quòd lex humana juſta non debeat permittere aliquid, quod culpam lætalem inducat, ut docet Gloſſa, & Doctores *in cap.* 1. *de conſtitution. in* 6. D. Thom. 1. 2. *q.* 96. *art.* 4. Anton. Gomez *in l.* 3. *Tauri, n.* 123. Solorzan. *de Jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 82. facit Fragoſus *in regimine Chriſtianæ Reipublicæ p.* 1. *lib.* 1. *diſp.* 2. §. 4. *n.* 160. & 161. Igitur iſta injuſta repudiatio lucri facta ab obligato in favorem creditorum ex cauſa oneroſa, quibus debet in foro conſcientiæ, non debet permitti. Et proculdubio in eadem ſententia eſt Greg. Lopez *in l.* 12. *tit.* 10. *p.* 5. *gloſſ.* 2. & eam efficaciter confirmat deciſio Supremi Senatus Caſtellæ ibidem ab eo relata. Nam cum quidam, ex eo, quòd injuriosè percuſſerat quemdam in manu, ex quo vulnere manus illi fuit abſciſſa, vel remanſit inutilis, & arida, condemnatus eſſet per Judicem, ut pro damno illato percuſſo daret ei duo millia ducatorum; & lata ſententia ſuperveniſſet percuſſori exiſtenti in fuga hæreditas matris, cum anteà eſſet pauper, & non haberet unde ſolveret, repudiavit hæreditatem. Quæſtio fuit, utrum executio poſſet fieri in bonis hæreditariis pro condemnatione pecuniaria, & allegabatur, quod non poſſet, per *d. l. qui autem.* Contra verò objiciebatur textus *in d. l. in fraudem.* Pronuntiatum fuit, quòd executio fieret in bonis maternis, non obſtante repudiatione, quaſi in fraudem facta. In qua deciſione non eſt facta mentio de pœna fiſcali, in qua Fiſcus habet cauſam lucrativam, ſed ſolum de reſtauratione damni illati vulnerato, quæ debetur ex cauſa oneroſa. Et quamvis eam deciſionem reprobet Sanchez *de matrimon. lib.* 6. *diſp.* 4. *n.* 8. *verſ. Nec obſtat ſententia illa,* dicens, Magiſtratus electos per Principem ad jus reddendum, non poſſe inducere ſtilum contra jus, ut benè animadvertit idem Gregor. *in l.* 9. *tit.* 28. *p.* 3. *gloſſ.* 9. *circa fin.* quæ eſt doctrina veriſsima, & notatione, memoriaque digna, tamen non jure credit Thomas Sanchez, prædictam deciſionem eſſe contra jus, eſt enim conformis ſententiæ, quam retulimus *ſupra num.* 13. & huic noſtræ, in caſu enim illius deciſionis occurrebat materia, quæ obligabat ad acquirendum. Neque eſt ratio, quæ convincat, quoad hoc eſſe diſtinguendum forum internum ab externo, præſertim cum regulariter ab uno ad alterum valeat argumentum, ut notat Auguſt. Barboſa *loco* 50. *n.* 1.

Ex quo planè colligitur, falli Joann. Caſtillo *quot. controv. lib.* 5. *cap.* 112. *ex n.* 49. dum negat, in caſu creditorum ex cauſa oneroſa verſari materiàm, quæ obliget ad acquirendum. Etenim tunc jus naturale potentius omnibus legibus civilibus, obligat ad acquirendum, ut omnes Theologi ſine contradictione docent, conſonantibus etiam Juriſtis, ut vidimus, & ſic deſtruitur fundamentum contrariæ ſententiæ. Colligitur deinde quantum fuerit allucinatus idem Caſtillo, in inquirenda ratione, & juſtificatione prædictæ deciſionis ſupremi Senatus Caſtellæ, relatæ à Gregorio, quam exiſtimavit *d. cap.* 112. *n.* 50. de jure ſuſtineri non poſſe, & eam quibuſdam conjecturis divinatis defendit, cum non habeat aliud fundamentum, quàm id, quod diximus, quod eſt veriſsimum, & ſolidum.

17 Quamvis verò *in dict. l. qui autem* 6. *in princ. ff. quæ in fraudem cred. & in d. l. in fraudem* 45. *ff. de jur. Fiſci,* conſtituantur duæ regulæ generales contrariæ, temperandæ ſunt ex prædicta diſtinctione, ut regula *dict. l. qui autem* intelligatur de debitoribus debentibus ex cauſa lucrativa, regula verò *d. l. in fraudem,* de debitoribus obligatis ex cauſa oneroſa. Neque enim novum eſt, alias leges ex aliis limitari, & declarari, *l. quamvis* 11. *ff. de in jus vocand. l. utrum* 23. *ff. de petit. hæredit. l.* 1. ubi Socin. *n.* 1. & 2. *ff. de reb. dub.* Bart. *in repet. l.* 1. *n.* 6. *ff. de offic. Procur.* Cæſar. Ripa *ad Digeſtum Vetus, tit. de jure gentium civilis, ſive ſtatutis, reſponſ.* 5. *num.* 24. & 25.

18 Ex prædictis colligitur reſolutio quæſtionis, quæ frequenter occurrit, quam ta-

tamen rariſsimè video tractatam. Contingit, filium habere multa debita, cui pater titulo hæreditario relinquit legitimam, gravatam tamen onere reſtitutionis in favorem nepotum, vel extraneorum, dubitatur, poſsit ne filius conſentire gravamen fideicommiſsi impoſitum ſuper legitima in præjudicium ſuorum creditorum, ex onere enim fideicommiſsi proveniet, ut bona filii tanquam prohibita alienari, non poſsint vendi à creditoribus, *l. filiusfamilias* 117. *§. Divi, el 2. verſic. Quòd ſi liberis, ff. de leg.* 1. *Auth. res quæ, C. commun. de legat.* an verò iſte conſenſus ſit revocandus, tanquam adhibitus in fraudem creditorum?

19 Dicendum eſt, conſenſum filii habentis creditores, quo permittit gravamen in ſua legitima, illudque acceptat, omninò eſſe revocandum, ſive creditores ſint ex cauſa oneroſa, ſive lucrativa. Ratio eſt, quoniam ſi loquamur de filio in poteſtate, ille ipſo jure per mortem patris fit hæres, & acquirit hæreditatem, *l.* 1. *§. qui ſunt in poteſtate, ff. ſi quis omiſſa cauſ. teſtament. l. ita tamen* 27. *§. pater, ff. ad Trebellian.* ſi verò loquamur univerſim de filio etiam emancipato, legitima illi debetur naturali ratione, *l. cùm ratio* 7. *ff. de bonis damna. l. ſcimus* 36. *in princ. C. de inoffic. teſtam.* eamque ſtatim poſt mortem patris, aut matris acquirit. Imò verò in caſu, de quo agimus præſupponimus, legitimam per immixtionem, ſeu additionem, & acceptationem quæſitam filio. Qui cum admittit in illa gravamen, quod ipſo jure tollitur per legem, *l. quoniam, in prioribus* 32. *l. ſcimus* 36. *§. cum autem, C. de inoffi. ioſ. teſtamento*, planè diminuit ſuum patrimonium, atque adeò proculdubio, quidquid ex illo conſenſu gravaminis reſultat in creditorum damnum, tanquam in fraudem creditorum cogitatum, & machinatum revocari debet. In ea enim fraude concurrunt eventus, & conſilium, juxta animadverſionem Papiniani *in l. fraudis* 80. *ff. de regul. juris*, quidquid contrarium videatur ſenſiſſe Joan. Lupus *in l.* 27. *Tauri, num.* 16. Etenim in diminutione patrimonii quomodolibet contingente ſuccedit regula *d. l. qui autem* 6. *in princ.* & aliis concordantibus, *ff. quæ in fraudem cred. & in d. l. in fraudem* 45. *ff. de jure Fiſci*, ut intelligatur diminutio facta in fraudem creditorum, & quoad hunc articulum nullum eſt diſsidium inter jura. Quod tantò magis procedit, quantò certum eſt, eſſe plurimos, maximique nominis Doctores, qui ſentiunt, filium neque in fraudem creditorum, neque Fiſci, poſſe renuntiare, aut repudiare legitimam parentum, delatam tanquam jure naturali debitam, nedum ſemel acquiſitam gravare, ſeu admittere in illa gravamen. E quibus ſunt Bald. *in l. unica, n.* 9. *C. de iis qui ante apertas tabul.* Menoch. *conſil.* 77. *lib.* 1. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 2. *cap.* 271. *ex n.* 1. Merlin. *de legitima, lib.* 3. *tit.* 2. *q.* 29. *ex n.* 10. Fabian. *in repetit. Auth. noviſsima, n.* 232. *&* 268. *C. de inoffic. teſtam.* Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſſ.* 9. *p.* 5. *n.* 122. Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 3. *n.* 131. *cum ſeqq.* conducunt quæ adjungit *art.* 4. *n.* 15. videlicet, filium eſſe creditorem legitimæ in bonis patris, *& de jure Fiſci, lib.* 6. *tit.* 7. *n.* 29. conſonat Mareſcot. *variar. reſol. lib.* 1. *cap.* 29. *n.* 42. relato Bart. *in l. ſi quis legatum* 6. *§. ſi patronus, n.* 1. *ff. ad leg. Cornel. de falſis.* Et legitimam filii, debitum naturale vocavit Imperator *in l. ſcimus* 36. *§. illud prætereà, C. de inoffic. teſtam.* favet Anchar. *conſil.* 101. *n.* 7. *&* 8. *&* *conſil.* 168. *pro veritate præmittendum, n.* 3. Quam ſententiam confirmat textus, ſi benè intelligatur *in l. ſi poſtulante* 67. *in princ. verſic. Sed & ſi filius, ff. ad Trebel.* Quamvis (ne id omittamus) multi quoque ſint, qui ſentiant, filium poſſe renuntiare legitimæ, neque ex hoc fieri fraudem creditoribus, quòd bona patris non acquirat, ſeu ſe abſtineat ab ejus hæreditate, è quibus ſunt Joan. Lupus *in l.* 27. *Tauri, n.* 16. Pelaez *de majoratib. p.* 4. *q.* 23. *n.* 151. Cutel. *de donationib. tract.* 1. *diſc.* 2. *particula* 9. *n.* 8. Theſaur. *quæſt. forenſ. lib.* 4. *q.* 74. idem Peregrin. *conſil.* 46. *ex n.* 14. *vol.* 3. ubi videtur ſentire contra traditam à nobis reſolutionem, ſed non reſpondet ad noſtrum fundamentum, Annæus Robert. *rer. judicat. lib.*

lib.3. cap.12.ad fin. Mangilius *de imputationib. q.4. ex n.18.*

20 Secundò colligitur, etiam reſolutio dubitationis alterius,quæ ex facto occurrit in quadam cauſa, de qua agebatur in S. C. Pater fecit teſtamentum, reliquit hæredem univerſalem filiam unicam,quàm tamen gravavit, ut ſi ſine liberis decederet, hæreditatem ſuam reſtitueret quibuſdam cognatis.Dicebatur filiam acceptaſſe teſtamentum patris, & ſic onus fideicommiſsi, tàm in legitima ſibi debita,quàm in cæteris bonis. Mortua filia, ſine liberis, & ſine teſtamento, mater ſuperſtes petebat legitimam ex bonis filiæ ſibi debitam, dubitabatur,an filia acceptaſſet fideicommiſſum, & acquieviſſet oneri impoſito ſupra ſuam legitimam: ex qua acceptatione, & conſenſu mater reſtabat excluſa à jure petendi legitimam.Nam quamvis gravamen legitimæ impoſitum ipſo jure rejiciatur, & bona legitimæ remaneant filiis libera, juxta *l.quoniam in prioribus* 32.& *l.ſcimus* 36. §. *ſancimus* 1. & §. *ſancimus, el* 2. *C. de inoffic.teſt.*tamen filius poteſt admittere gravamen in legitima, præſertim quando pater ei relinquit ultra legitimam, nam tunc in legitima gravamen imponere poteſt, *l. ſi quando* 35. §. *& generaliter, C.de inoffic.teſtam.* Joann.Lupus *in l.27. Taur. n.16.* Roder.Suar. *in d. l.quoniam in prioribus, ampliat.10. n.23.& 24.& 48.* & ad eum locum Valdès,Covar. *in cap. Rainaldus 18.§.2.n.7. de teſtam.* Peralta *in l.cum patronus 28. ex n.8. ff. de legat.2.* Molina *de primog.lib.2.cap.3. n.7. cap.11. n.8. & cap.15. n.12.* Baeza *de non meliorand. ration.dot. filiab. cap.8. n.10. & cap.9. n.11.* Anton.Gabriel *lib.6. commun. tit. de legitima,concluſ.1.n.38.* Anton.Gomez *tom.1. var. cap.11.n.25.26. & 31.* Menchac. *de ſucceſſ.creat.lib.1. §.10. ex n.244.* Pelaez, Mieres *de majoratib. 1.p. q.55. n.25. in novis,* Molina *de juſtit. tract.2. diſp. 177. n.10. vol.1. & diſp.578.num.8. volum.3.* Marzar *de fideicommiſſ.2.p.q.50.* Peregrin. *de fideicommiſſ. art.36. n.62.* Raudenſ. *de analog. cap.19. ex n.28.* Surd. *de aliment. tit.2.q.25. ex num.180.*Fuſar.*de ſubſtit. q. 296. n.63. & 70.* Meneta *de commutat. ult.voluntat. cap.9. q.3. n.207.* Merlin.*de legitima,lib.3. tit.2.q.7.n.24. cum ſeqq. & q.8.n.4.* Mangil. *de imputation. q.118. ex num.4.* Fachin. *controv.jur. lib.5. cap.69.* Grammatic.*conſ.civili,145. n.3.& 4.*Menoch. *conſ.71.n.20.ex verſ.Sexto maximè, lib.1. & conſ.199. ex n.15. lib.2.& conſil. 903. ex n.1. lib.10.* Joſeph.Ludov. *deciſ. Lucenſ.28. ex n.46.*Magon.*dec.Lucenſ.85. n.6. & 7.* Maſtrill. *deciſ.181. ex num.28.* Caſtillo *quotid. controv. lib.5. cap.107. ex num. 46.*

21 Dubitabatur, inquam,in prædicto caſu, an filia acceptaſſet gravamen legitimæ ex generali acceptatione, & approbatione paterni teſtamenti, ex eleganti doctrina Fachin. *controv.jur.lib.12. cap.7.* & Peregrin. *d.art.36. ex n.83.* & iis,quæ latiſsimè adnotavit Caſtillo *quotid. controv. lib.5. d.cap.107. ex n.35.& n.54.* Adjicio ego,& adjiciebat unus ex dominis, filiam non potuiſſe aſſentiri gravamini fideicommiſsi in præjudicium matris,quo illam excluderet à legitima ex bonis filiæ illi debita. Movebat ea ratio, quia jura nullum aliud remedium invenerunt ad excludendam matrem à legitima filii illi debita, juxta text.*in l. nam & ſi parentibus 15. ff. de inoffic.teſtam.l.cùm filium 17. C. eod.tit. §.1. in fin. in Auth.de trien.& ſemiſſ.*& notata ab Afflict. *deciſ.310.n.2.* præter ſubſtitutionem pupillarem,ob illam Papinianî conſiderationem, quam retulit Ulpianus *in l.Papinian. 8. §.ſed neque impuberis, ff.de inoffic.teſtam.* & repetit Bonifac. *in cap.1. §.licet autem, de teſtament. in 6.* quòd pupillaris ſubſtitutio cenſeatur teſtamentum filii,non tamen ſubjectum querelæ matris, quia pater, qui nihil matri debebat, illud fecit,meminit Afflictis *dict.deciſ.310. n.3.* Imò vero ad excludendam matrem à legitima filii non ſufficit pupillaris ſubſtitutio tacita incluſa in vulgari,ſed neceſſariò requiritur pupillaris expreſſa,*l.precibus 8.ff. de impuber.& aliis, ut ibi poſt gloſſ.in verb. Omni modo,* notant omnes Doctores, Fuſarius,qui plurimos congeſsit,*tract.de ſubſtit. q.156. & 157.* Ergo credendum non eſt,

poſſe

poſſe patrem, aut filium auferre matri legitimam debitam, ulla alia cautela adhibita antiquis legibus ignota, videlicet patrem gravando legitimam, filium conſentiendo gravamen, quaſi ambo ad excludendam matrem ſe invicem coadjuvent, ut ambo ſimul efficiant,quod nullus ſeorſim poſſet. Nam pater non poteſt,niſi pupillariter ſubſtituendo excludere matrem, filius verò niſi teſtamento à patre facto, quòd valeat ſolum intra pupillarem ætatem, & cum quid una via prohibetur alicui,ad id alia non debet admitti, *cap. cùm quid* 84. *de regul.jur.in* 6. Surd. *deciſ.* 21. *n.*4. Fuſar. *de ſubſtitut. q.*296. *n.*71. *in fin.* Menoch. *de præſumpt. lib.*4. *præſumpt.*38. *num.*8. Neque credibile eſt,in re tam frequenti omiſſum eſſe ab antiquis legibus ſimile remedium, cujus nullibi in toto jure mentio habeatur. Omitto pactum adjectum in capitulis matrimonialibus, juxta conſuetudinem Capuanæ, & Nidi, quod excludit etiam matrem à legitima, quod tamen in hoc caſu locum non habere,cenſuit Sacrum Conſilium,& in eo caſu intervenit voluntas matris renuntiantis hæreditati filii, agimus verò modo de caſu, in qua nulla interveniat voluntas renuntiandi matris.

22 Neque obſtat, quòd matri filius in vita legitimam non debeat,quemadmodum neque pater filio, *l.*1. *§. ſi impuberi, ff. de collat. bonor. l. cùm quæritur* 6. *C. de inoffic.teſtam.* Peregrin.*de jure Fiſc. lib.* 5. *tit.*1.*n.*37.*&* 133. *& de fideicomm.art.*36. *num.*14.*&* 15. Boſsius *tract.variar. tit.de bonorum publicat. n.*27. Lara *in l. ſi quis à liberis, §.item reſcriptum,n.*15.*&* 16.*de lib. agnoſc.* Craſſ. *de ſucceſsion.lib.*1.*§.legitima, q.*12. Surd. *deciſ.* 167. *n.*1. *& de aliment. tit.*8. *privileg.* 26. *&* 77. *num.*7. Riccius *collectan.*665.Franch. *deciſ.*133.Gutierrez *in repetit.cap.quamvis pactum,in princ.verb. Quamvis pactum, n.* 21. *de pact. in* 6. *& in repet. §. ſui, n.*94. *inſt. de hæred.qualit. & differ.* Merlin. *de legitima,lib.*5. *tit.*3. *q.*1. *n.*1. qui dicit, hanc ſententiam communiter firmari nemine diſcrepante, & plures allegat, ego dixi *ſupra diſp.*20.*n.*5.*hoc tit.*

Ac per conſequens filius,aut filia eo tempore,quo nihil matri debet,ut poſſet ſuam legitimam expendere,profundere,& dilapidare; ita poterit acceptare, & conſentire gravamen,ex quo mater remaneat excluſa, ut remaneret, ſi filius ſic conſumpſiſſet bona ſua, ut nihil poſt mortem ſuam relinqueret.

23 Non, inquam, obſtat in primis, quoniam quicunque legitimam debet,non poteſt profundere, & dilapidare bona in fraudem legitimorum ſucceſſorum,ut poſt antiquos rectè notat Fabian.*in Auth.noviſſima, n.*233.*&* 234. *C. de inoffic. teſtam.* Coſta *in cap. ſi pater,*3.*p. verb.Privare non poſsit, ex n.*1. *de teſtam.in* 6. Cepolla *cautel.*21. *n.*1. Surd. *de aliment. tit.*8. *privil.* 77. *num.*7. *& privil.*88. *ex n.*1.Merlin.*de legitima,lib.*5. *tit.*3.*q.*6. Et juxta jura municipalia Neapolitana, *& conſuetud. Et ſi teſtator, tit. de ſucceſsion.morientis ſine filiis ex teſtamento*, teſtator ſi ſine liberis decedat, teſtari poteſt ſolum de medietate bonorum antiquorum, alia enim medietas debetur, & defertur ab illa conſuetudine agnatis, & cognatis proximioribus: licet verò illi in vita diſponere de omnibus bonis ſuis, ita tamen ut non fiat in fraudem legitimæ ſucceſsionis. Nam ſi in fraudem diſsiparet quis bona ſua antiqua,alienationes revocarentur, ut ibidem tradit Neapodan. *ex n.*13.& ad eum locum Additiones Neapolitanorum, & quando fiat fraus, eleganter Præſes S. C. Petrus Jordanus Urſinus *de ſucceſſ. feud.* 1.*part. q.*4. *art.*3. *ex n.*35.

24 Secundò,eſto quòd filius poſsit in vita ſua expendere bona,quæ habet ad libitum,non tamen poteſt facere in vita, ut bona ſua poſt mortem relicta maneant exempta ab onere ſolvendi matri legitimam tempore mortis debitam, ut rectè adnotavit Gutierrez *in repet. cap. quamvis pactum, in princ. n.*14. *de pact. in* 6. cujus doctrinam videtur approbare Pelaez *de majoratib.* 4.*p. q.*23. *n.* 152. quemadmodum per contractum,aut diſpoſitionem inter vivos non poteſt efficere, quin leges in ſuo teſtamento,aut etiam decedente ab

inteſtato, locum habeant, *l. nemo poteſt* 58. *ff. de legat.* 1. nec ita de bonis ſuis diſponere, ut aut Fiſco, aut creditoribus ſuis præjudicium afferat, *l. filiusfamilias* 117. *§. Divi, el* 2. *ff. eod. tit.*

25 Secundò probatur prædicta reſolutio, quia pater habens filios, non poteſt gravare bona ſua in præjudicium filiorum, ut eos excludat à jure petendi legitimam poſt mortem ſuam, & ut id efficiat, requiritur conſenſus filiorum, aut renuntiatio legitimæ, ut pluribus proſequitur Molina *de primog. lib.* 2. *cap.* 3. *ex n.* 2. Alter Molina *de juſtit. tract.* 2. *tom.* 3. *diſp.* 579. *n.* 19. & 29. Sanchez *operis moralis, tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 7. *n.* 26. Gutierr. *de juramento confirm.* 1. *p. cap.* 19. *n.* 1. Ergo ſimiliter filius non poterit gravare bona ſua, aut quod idem eſt admittere gravamen in legitima paterna, quam illi liberam ab omni onere defert lex, *l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. teſtament.* ut excludat matrem, quam habet ſine licentia, & voluntate matris. Nam quoad hoc à pari procedunt legitima debita parentibus, & debita filiis, ut optimè animadvertit Molina *de primog. lib.* 2. *d. cap.* 3. *n.* 48. *ex verſ. Hæc autem omnia, cum n.* 49. & 50. Gutierr. *d. cap.* 19. *n.* 2. & 3. Cancer. *var. reſolut. p.* 3. *cap.* 7. *ex n.* 91. Tellus Fernandez *in l.* 6. *Tauri, n.* 63. & 64.

26 Tertiò, quoniam pater, qui ſciebat, aut ſcire debebat, matrem excludi non poſſe à legitima ex bonis filiæ debita, niſi per ſubſtitutionem pupillarem expreſſam, & illi non ſubſtituit, niſi per fideicommiſſum, tacitè ad legitimæ ſucceſſionem matri debitæ ſine ullo onere, matrem admiſit; quare mater habet pro ſe viri ſui tacitam voluntatem, *l. conficiuntur* 8. *in princip. ff. de jur. codicillor.* cui enim potuit adimere, & non ademit, ſponte ſua dediſſe videtur, *l.* 1. *§. ſciendum, ff. de leg.* 3. Menoch. *de præſ. lib.* 4. *præſumpt.* 27. *ex num.* 9.

27 Quartò, quoniam etiamſi fiat filio ſubſtitutio pupillaris expreſſa, dubitant Doctores, an mater excludatur à ſucceſſione portionis legitimæ filio debitæ, ut pluribus proſequitur Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 38. *ex n.* 3. qui ſentit, excludi non poſſe *ibid. ex n.* 4. quæ eadem fuit ſententia Corraſii *in l. precibus* 8. *n.* 29. & 30. *C. de impub. & aliis*, & ſpectatis legibus non improbabilis, & rationes, quas adducunt pro hac ſua ſententia, efficaciter probant prædictam reſolutionem à majoritate rationis, quod mater non poſsit excludi à jure petendi legitimam de bonis filiæ nullo modo facta pupillari ſubſtitutione.

28 Tandem non obſtat quod dicebamus *ſup. n.* 20. poſſe videlicet filium gravari à patre in legitima, ſi ultra illam honoretur. Primò, quoniam illa ſententia, quamvis communis, non eſt libera à contraditione, ab illa enim multi recedunt, inter quos Ant. Gabriel *lib.* 6. *commun. tit. de legitima, concl.* 1. *n.* 41. 42. & 43. Imò & Roderic. Suarez *in d. l. quoniam in prioribus, d. ampliat.* 10. *ex n.* 3. Fuſar. *de ſubſtitut. q.* 296. *n.* 71. qui refert plurimos, & multi relati à Mangilio *de imputationib. q.* 118. *n.* 8. *verſic. Sed contrà.* Secundò, quia ille conſenſus filii, quo admittit gravamen in legitima, nocebit quidem ipſi conſentienti, non verò aliis, quibus legitimam debet, ut filiis; aut patre, vel matri ſuperſtitibus, in quorum præjudicium nihil efficere poteſt, ut non poteſt in præjudicium ſuorum creditorum, *dict. l. ſi filiusfamilias, in §. Divi.* Omnibus expenſis, quamvis non omnia iſta commemorata ſunt, Sacrum Conſilium decrevit junctis duabus aulis in cauſa illorum de Balignano eum Maria Strina, Commiſſario Domino Conſiliario Scipione Theodoro, in Banca de Scacciavento, legitimam ex bonis filiæ deberi matri non obſtante gravamine fideicommiſſi impoſiti à patre in omni ſua hæreditate, & prætenſa fideicommiſſi acceptatione.

SUMMA DISPUTATIONIS XXVI.

1 *Actiones directæ quæſitæ creditori ſic adhærent ipſi, ut ab eo non poſſint omninò avelli.*

Cùm creditor cedit actiones ſolum tranſfert

fert utiles in cessionarium, ibi.

Cessione facta, cessionarius utitur jure cedentis, ibi.

2 *Quando facta cessione nulla remanet actio apud cedentem, cedens non agit contra debitorem, neque illum liberare potest.*

Cùm quis habens actionem utilem, illam cedit, nullum jus remanet apud ipsum cedentem, ibi.

Agens sine actione repellendus est à limine judicii, ibi.

Ubi non est actio non est obligatio, & ubi non est obligatio non est solutio, ibi.

Privatio præsupponit habitum, ibi.

3 *Quando actiones directæ remanent elisæ, inefficaces, & inutiles apud cedentem, non potest cedens post cessionem liberare debitorem.*

Actiones tunc remanent elisæ apud cedentem cùm cessio fit ex necessitate, nullo interveniente pretio, ut in restitutione, quæ fit ex S. Consil. Trebelliano: aut cessione, quæ fit à procuratore compulso per actionem mandati, ibi.

4 *Limitanda tamen est resolutio, si debitor cedenti solvens ignoraverit probabiliter cessionem factam, nam tunc libertatem consequitur.*

Ignorantia justa, & probabilis nulli damnum debet afferre, ibi.

5 *Debitor scienter solvens cedenti post factam cessionem non liberatur.*

6 *Cùm actiones directæ remanent apud cedentem non elisæ, quia cessit voluntariæ debitor solvens cedenti liberatur.*

7 *Fallit in quatuor casibus*, l. 3. Cod. de novationibus.

8 *Debitor aliundè sciens factam cessionem, quam ex denuntiatione cessionarii, an liberetur solvens post cessionem, resolvit* Bartolus *distinctione facta.*

9 *Scientiam simplicem debitoris, cessionem esse factam, non impedire, quin solutione debitor liberationem consequatur, sentiunt alii.*

10 *Expenditur pro hac sententia* text. in ead. l. 3. C. de novationib.

11 *Debitorem scienter solventem post cessionem liberationem non consequi, etiamsi non interveniant contenta in* d. l. 3. *aliorum sententia probabilior.*

12 *Eum, qui certus est, ulterius certiorari non oportet.*

13 *Explicatur* text. in d. l. 3. C. de novation.

14 *Casus simplicis scientiæ virtualiter comprehenditur sub casu denuntiationis expressæ.*

15 *Quis in concursu sit præferendus in exactione debiti, an cedens, an cessionarius, an creditor cedentis, remissivè, & dic, creditorem cedentis præferri cedenti, & cessionario.*

DISPUTATIO XXVI.

Utrum creditor possit liberare debitorem post factam sui crediti cessionem?

1 ACtiones directæ quæsitæ à creditore sic adhærent, & infixæ sunt ossibus ipsius, ut ab eo nullo modo avelli possint. Docuit *gloss. ult. in leg. quis ergo casus* 17. *ff. de pecul. & Glossa in verb. Ea verò, quæ in nominibus erant, per text. ibi in leg. ea verò* 3. *ff. pro socio*, Speculator. *lib.* 2. *tit. de cessione actionis, §.* 1. *num.* 24. Cacheranus *decis.* 62. *n.* 4. Sicardus *in l.* 3. *n.* 3. *C. de novation. & delegat.* & est communis traditio Doctorum, similes in hoc caracteri, effectui quorundam Sacramentorum prorsus indelebili ab anima, de quo tractant Theologi post Magistrum *in* 4. *sententiar. dist.* 4. ubi D. Thomas *quæst.* 1. *per tot.* & Thomistæ post eundem D. Thomam 3. *part. quæst.* 63. *per tot.* Cùm verò creditor actiones cedit alteri, transfert in cessionarium actiones utiles, non directas, quæ apud ipsum cedentem remanent. Qua cessione facta cessionarius utitur jure cedentis, & in ejus locum subrogatur, *l. empt.* 5. *C. de hared. vel act. vend. ubi Gloss. verb. Fungitur*, Barbos. latè tractans *in l. post dotem* 41. *ex n.* 58. *ff. solut. matrim.* Gaspar Roderic. *de annuis redditib. lib.* 2. *q.* 17. *n.* 11. *&* 27. Thusc. *litt. C. conclus.* 213. Ut verò difficultati propositæ satisfaciamus, proponendi, & distinguendi sunt diversi casus.

2 Primus caſus eſt, quando facta ceſſione apud cedentem nulla remanet actio, aut jus: ut contingit,cùm quis habet actionem utilem , & illam cedit , tunc enim apud ipſum nullum remanet jus , ut notat Bald. *poſt Gloſſ. in l. emptor. 5. n. 4. C. de hæred. vel actor. vendita*, & *ibidem* Bartol. *n. 2.*& Cyn.*n. 2.* Angel.*n. 2. in fin.* Quo caſu dicendum eſt,non poſſe cedentem agere contra debitorem,aut exigere ab eo debitum,aut eum liberare.Ratio eſt,quoniam ſi cedens tunc ageret , ſine actione ageret,& ideò reppellendus eſſet à limine judicii, *l. ſi pupilli , §. Videamus , ubi Gloſſ. verb.Non habuerit, ff. de negotiation. geſtis.* Et ob eandem rationem non poteſt liberare debitorem, quia ubi non eſt actio, non eſt obligatio, & ubi non eſt obligatio,non eſt ſolutio , nec liberatio , quia privatio præſupponit habitum , *l. manumiſſiones 4. ff. de juſt. & jur. leg. Titio uſufructus 95. ff. de condit. & demonſtrat. l. decem 110. ff. de verbor. obligat. cap. ad diſſolvendum 13. de deſponſat. impuber.* Thuſcus *litt. P. concluſ. 715.* Auguſtin. Barboſa *axiomat. 189.* Ideo qui alium non habet obligatum , & contra quem actionem non habet , non poteſt eum liberare, argumento, *l. nemo, qui condemnare 37. ff. de regul. jur. & leg. ſolet 6. in princ. ff. de offic. Proconſ. & legat.* Hanc reſolutionem docuit Bart. *in leg. ex aſſe 28. n. 4. ff. ad Trebell.* Paul. de Caſtro *in l. facta 63. §. Si hæres, n. 4. ff. ad Trebell.* Bald. *in l. ſi delegatio 3. n. 1. C. de novat. & delegat.* Salic. *in l. 1. n. 20. & 21. C. de action. & obligation.* qui limitat Jaſ. *in l. ſi cum emptore 16. n. 11. & 14. ff. de pactis*, (Surdus *conſ. 22. n. 38. lib. 1.*) Thuſcus *litter. C. concl. 185. n. 37. & 40.* Trentacinq. *variar. reſol. libr. 2. tit. de ſolution. ſolut. 14. n. 1.* Socinus *conſil. 18. n. 16. vol. 1.* Guzman *de evictionibus, q. 35. n. 131.*

3 Secundus caſus eſt , quando actiones directæ remanent apud cedentem, eliſæ tamen , inefficaces , & inutiles : quod contingit , quando ceſsio fit ex neceſsitate nullo interveniente pretio, ut quando hæres facta hæreditatis reſtitutione ex Senatuſconſulto Trebelliano transfert actiones in fideicommiſſarium , nam directæ , quæ apud ipſum remanent, remanent eliſæ , & inefficaces , *l. 1. in princip. ff. ad Trebell.* Item procurator,qui per actionem mandari compellitur; aut compelli poteſt cedere domino actionem , quam nomine domini acquiſivit , *l. poſſeſsio 49. §. & ſi poſſeſsio, ff. de acquir. poſſeſſ.* retinet directam eliſam, & inutilem. Et hoc caſu ſimiliter dicendum eſt, non poſſe cedentem ceſsione facta, debitorem liberare , cùm actiones, quas retinet, remaneant eliſæ, inefficaces, & inutiles. Ita ſentit Angelus *in d. l. facta 63. §. Si hæres, n. 2.* & *ibidem* Paulus *n. 4. ff. ad Trebell.* Baldus *in d. l. 3. n. 1. C. de novationib. & in l. 1. n. 19. & 31.* Salicetus *n. 21. & 23. C. de act. & obligat.* idem Baldus *conſ. 163. præmittendum, n. 1. volum. 3.* idem Angelus *conſ. 259. quædam domina, n. 3.* Jaſon. *in d. l. ſi cum emptore, n. 5. ff. de pact.* Ripa *in l. 1. in princ. n. 12. cum ſeqq. ff. ad Trebell.* Trentacinq. *d. reſolut. 14. n. 1. verſic. Secunda concluſio,* Thuſcus *litt. C. d. concl. 185. n. 45.* Guzman *d. q. 35. n. 131. verſic. Secunda concluſio.*

4 Limita hujus caſus, & præcedentis reſolutionem , ſi debitor cedenti ſolvens ignoraverit ignorantia probabili ceſsionem factam, tunc enim ſolvens liberatur. Limitationem probat textus *in l. ultima, ff. de tranſact.* ubi eam docent Bart.Bald. *in utraque lectura*, Albericus,Angelus,Fulgoſius, Paulus,idem Baldus *in d. l. 1. n. 33. C. de act. & obligat.* Cacheranus *deciſ. 45. n. 2.* Fachin. *controverſiar. juris, lib. 3. cap. 94.* Trentacinq. *d. reſol. 14. n. 5. verſic. Primo caſu*, Joſephus Ludovic. *commun. concluſionum, tit. de ceſsionar. & ceſsione , concluſione unica , verſic. Declara tertiò.* Ratio eſt , quia ignorantia juſta , & probabilis nulli damnum debet afferre, *§. item ſi adhuc, Inſtit. de mandato, & ibi Gloſſa.*

5 Sed an iſtis caſibus debitor ſcienter ſolvens cedenti poſt factam ceſsionem liberetur? Reſpondet Baldus *in d. l. 1. n. 33. C. de act. & obligat.* non liberari ; & eſſe caſum indubitabilem,quia jura directa cedentis ſunt eliſa,& probat à contrario ſenſu ex *d. l. ultim. ff. de tranſact.* idem docet

conſ.

conſ. 105. *n.* 4. *verſic. Porrò in reſtitutione, volum.* 3. Thuſcus *litt. C. d. concl.* 185. *n.* 55. Quando verò elidantur jura directa cedentis per ceſsionem, declarat idem Bald. *in d. l.* 1. *n.* 31. dicens, hanc quæſtionem eſſe de apicibus juris.

6 Tertius caſus eſt, quando actiones directæ remanent apud cedentem non eliſæ, neque omninò inutiles, imò efficaces, veluti cùm cedens cedit voluntariè: & tunc dicendum eſt, debitorem ſolventem cedenti liberari, probat textus *in l.* 3. *C. de novation. & delegat.* ubi ſtatuitur regula cum limitationibus, & docent ibi Doctores, Baldus, qui optimè loquitur *conſ.* 105. *factum tale eſt, n.* 4. *vol.* 3. Cumanus *conſ.* 4. *ex n.* 3. Socinus *litt. D. regul.* 4. Ronchegallus *in l.* 3. *in princip. n.* 64. *ff. de duobus reis*, Thuſcus *litter. C. d. concl.* 185. *ex n.* 1.

7 Limita hanc reſolutionem in quatuor caſibus contentis *in d. l.* 3. *C. de novationibus.* Videlicet: primò, ſi debitor à ſuo creditore fuerit delegatus facta in forma, & propriè delegatione, ad quam requiritur debitoris ſcientia, & conſenſus, *l.* 1. *C. de novat.* Secundò, ceſsionarius exercens adverſus debitorem actiones utiles, litem fuerit conteſtatus. Tertiò, ſi ceſsionarius exigere cœperit à debitore, & ab eo partem debiti acceperit. Quartò, ſi ceſsionarius denunciaverit debitori ceſsionem factam, & ſe eſſe ceſsionarium. Denunciatio autem ita fieri debet, ut exprimatur cauſa, & oſtendatur inſtrumentum ceſsionis debitori, alioqui debitor non tenebitur credere ceſsionario, ceſſum eſſe nomen, ſi ſolum ſimpliciter illi denunciet, ne ſolvat, ut docet Bart. *in l. grege* 13. §. *cùm pignori, n.* 2. *ff. de pignorib.* juxta text. *in l. nomen quoque* 4. *C. quæ res pign. obligat. poſſ.* ibi: *Nondum certior à te de obligatione tua factus, & in l.* 1. *in princ. n.* 20. *ff. de novi oper. nunciat.* Alex. *conſ.* 138. *ex n.* 2. *ad* 4. *lib.* 7. Socin. *regul.* 112. *debitor. verſic. Primò fallit, aliàs litter. D. dict. regul.* 4. (Anton. Gom. *tom.* 2. *variar. cap.* 2. *n.* 39. *verſ. Et adde quod requiritur*, Barboſa *in l. ſi alienam* 12. *n.* 11. & 12. *ff. ſolut. matrim.*) Guzman *de evictionib. q.* 35. *n.* 166. Trentacinq. *variar. reſol. lib.* 3. *tit. de ſolutionib. reſolut.* 29. *n.* 4. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 2. *cap.* 356. *n.* 39. Iſtis enim caſibus debitor poſt factam delegationem, aut ceſsionem ſolvens deleganti, aut cedenti, non liberatur. Hanc limitationem probat textus *in d. l.* & ibi notant omnes Scribentes.

8 Eſt tamen inter eos magna controverſia, an iſtis caſibus debeat adjungi alius, videlicèt ſi debitor aliunde ſciat, ſuum nomen eſſe ceſſum; & an hæc ſcientia aliunde quæſita impediat, quominus debitor ſolvens creditori ſuo poſt ceſsionem conſequatur liberationem, quia potuiſſet ſe defendere ea exceptione objecta creditori, tu ceſsiſti nomen: & jus tuum, ideò non potes me convenire, & ſic alius habet utilem actionem, quæ tuæ directæ præfertur, ut *in l. ſi cum emptore* 17. *ff. de pact.* an potius requiratur ſcientia debitoris quæſita illis tribus, aut quatuor modis commemoratis *in d. l.* 3. ut debitor ſit inexcuſabilis. Quam controverſiam Bart. *in l. facta* 63. §. *ſi hæres, n.* 2. & *ſeqq. ff. ad Trebell.* & *in l. ſi cum emptore* 17. *in princ. num.* 1. & 2. *ff. de pact.* poſt Jacobum de Arena, quem refert, diſtinctione facta componit diſtinguens, an ceſsio fiat ad commodum cedentis, aut ad commodum ceſsionarii; ut primo caſu non ſatis ſit ſimplex ſcientia; ſecundò verò ſufficiat, quam diſtinctionem ſequitur Paulus *in d. l. facta*, §. *ſi hæres, n.* 4. Craveta *conſ.* 277. *num.* 2. Surd. *conſ.* 82. *n.* 38. cum multis, quos refert Sicardus *in d. l.* 3. *n.* 14. & 15. Cacheranus *deciſ.* 45. *n.* 4. & *deciſ.* 62. *ex n.* 1. qui *ibidem n.* 6. ait, malle ſe in hoc articulo alios audire, quàm ſcribere.

9 Alii omnibus diſtinctionibus rejectis indiſtinctè dicunt, ſcientiam ſimplicem debitoris, niſi interveniant illi quatuor modi, quos refert *d. l.* 3. & ſcientia debitoris per illos quæratur, non efficere, quin debitor ſolvens cedenti poſt ſimplicem ceſsionis ſcientiam, liberationem conſequatur. Ita Angelus *in d. l. facta*, §. *ſi hæres, n.* 2. *ff. ad Trebell.* Albericus *in d. l.* 3. *C. de novat.* & *in l. ſi cum tempore* 17. *n.* 3.

ff.

ff. de pact. Afflictis *decis.* 335. *ex n.* 22. Cumanus *cons.* 4. *n.* 4. *&* 5. (Ant. Fab. *conjecturar. lib.* 2. *cap.* 5.) Fabius de Anna *in addit. ad singulare* 486. Joann. Vincentii, Joseph. Ludovicus *commun. conclusionum, titul. de cessionario, & cessione, vers. Quo verò ad cessionem.*

10 Quam sententiam videtur probare textus *in eod. l.* 3. ubi statuitur regula, posse cedentem agere contra debitorem cessum, imò præferri cessionario, exceptis solum illis tribus, aut quatuor casibus ibidem expressis. Cùm igitur in illis exceptionibus non contineatur casus simplicis scientiæ, remanebit sub regula, ut etiam data simplici scientia debitoris solventis post factam cessionem, possit à cedente liberationem consequi.

11 Alii tandem sentiunt contra quinimò data simplici scientia debitoris scientis, suum nomen esse cessum, si solvat post cessionem cedenti, non posse ab ipso consequi liberationem, etiamsi non interveniant illa contenta *in d. l.* 3. Hanc sententiam amplectitur Cacheran. *decis.* 45. quem sequitur Fachinæus *lib.* 3. *controversiar. cap.* 94. Thesaurus *decis.* 211. *n.* 3. Thesaurus *quæst. forensium, lib.* 4. *q.* 12. Joseph. Ludovicus *commun. conclusionum, tit. de cessionario, & cessione, concl. unica, in fin. versic. Declara decimonono,* Trentacinq. *lib.* 3. *variar. tit. de solutionib. d. resolution.* 14. *n.* 3. *versic. Secunda, quòd cedens, & n.* 5. *versic. Aut sciebat,* & ita intelligendus Hieronymus de Laurentiis *decis. Avenionens.* 99. Salernitanus *decis.* 35. *n.* 5. Guzman *de evictionib. q.* 35. *n.* 137. *& n.* 171. *cum seqq.* Favent Angelus Aretinus *in §. præterea, n.* 43. *versic. Quartò potest opponi, Institut. de exceptionib.* & Joann. Vincent. de Anna *singulari* 486. Fundamentum est text. *in l. ultima, ff. de transact.* ubi ignorantia est causa consequendæ liberationis. Ergo scientia operabitur, ne debitor scienter solvens possit liberari: argumento à contrario sensu, quod in jure validum est, ut latè prosequitur Mantica *de tacit. & ambig. convent. lib.* 2. *tit.* 14. *& lib.* 23. *tit.* 14. *n.* 19. *&* 21. *& de conjectur. ult. volunt. lib.* 3. *tit.* 15. 16. *&* 17. Fachinæus *lib.* 13. *controversiarum, ex cap.* 3. *ad* 11. Corsetus *singul.* 1. 2. 3. 4. *&* 5. Thusc. *litt. A. concl.* 498. Alex. *in l.* 1. *ex n.* 38. *ff. de eo, cui mandat. est jurisd.* Decius *ibidem, ex n.* 47. Felinus *in cap. significasti* 18. *ex n.* 9. *vers. De argumento à contrario sensu, de foro compet.* cum plurimis consultò omissis.

12 Confirmatur, quia eum, qui certus est, ulterius certificari non oportet, *l.* 1. *in fin. ff. de act. empt. cap. eum, qui certus* 31. *de reg. jur. in* 6. Augustinus Barbosa *Axiomate juris* 41. Si ergo debitor cessus non ignoret cessionem factam, in mala fide versatur solvens cedenti: & quemadmodum si à cessionario fuisset denunciatus, non posset consequi liberationem, ita neque cùm ipse cessione certus est, quia tunc ulterius per denunciationem certificari non oportet, ut in proposito casu censuit Bart. *in l. nomen quoque* 4. *n.* 7. *C. quæ res pign. oblig. poss.* quam etiam sententiam confirmat textus *in l. ait Prætor* 10. *§. si quis particeps. ff. quæ in fraudem cred.* & hæc sententia videtur probabilior, in qua receditur à vulgaribus distinctionibus Doctorum, quæ totam rem confundunt, & reddunt difficiliorem.

13 Ad fundamentum contrariæ sententiæ, in quo tota difficultas versatur, respondetur primò, quòd *dict. l.* 3. *C. de novationibus,* loquitur de casu, quo regulariter cedens potest agere contra debitorem, ut eum cogat solvere potiùs sibi, quàm suo cessionario, & statuit, regulariter id posse cedentem efficere. Excipit autem ab hac regula tres illos, aut quatuor casus, in quibus non comprehenditur casus simplicis scientiæ debitoris, qui conventus à cedente non excusabitur illa exceptione, *tu cessisti,* quasi tunc debitor videatur allegare de jure tertii, contra *l. loci corpus* 4. *§. competit, ff. si servit. vendicet.* Nos agimus de casu, quo devitor sponte, & ultrò solvit, quòd si faciat post habitam notitiam cessionis, dicimus, non posse consequi liberationem à cedente, quamvis casus simplicis scientiæ non sit expressus in *d. l.* 3. Aliud est enim, an invitus debitor

pos-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

poſsit cogi ad ſolvendum, quo caſu ſimplex notitia ceſsionis non liberat debitorem ab actione creditoris cedentis, quia in eo non excuſatur, niſi interveniat unum de tribus illis, aut quatuor contentis in *d. l.* 3. & quando cedens jure exigit, liberat, quando jure non poteſt exigere, non liberat. Aliud verò eſt, an debitor voluntariè, & ſpontè ſolvens cedenti poſsit conſequi liberationem; & dicendum eſt, ſponte ſolventem cedenti habita ſimplici notitia ceſsionis non poſſe liberari debitorem à cedente, & hoc video Interpretes communiter non animadvertiſſe. Ex quo prædictus textus *in d. l.* 3. non adverſatur ſententiæ, quàm diximus probabiliorem.

14 Quòd ſi videatur incommodum, debitorem ſolvere coactum poſt ceſsionem liberationem conſequi, præterquàm in tribus caſibus, aut quatuor *in d.l.* 3. contentis, ſpontè verò, & ultrò ſolventem data ſcientia ceſsionis, qui eſt caſus ultra illos quatuor, non liberari. Reſponde ſecundò, caſum ſimplicis ſcientiæ virtualiter comprehendi ſub caſu denunciationis expreſſo *in d.l.* 3. Cùm enim denunciatio ſolum eo fine fiat debitori, ne ceſsionem ignoret, eum, qui aliundè ejus conſcius eſt, ulterius certiorari non oportet, ut dictum eſt, & latè tractat Thuſc. *litter. C. concl.* 199.

15 Quis verò in concurſu ſit præferendus in exactione debiti, an cedens, an ceſsionarius, an creditor cedentis? vide Alex. *conſ.* 17. *lib.* 1. & *conſ.* 15. *lib.* 6. Raphaelem Fulgoſium *conſ.* 186. Jaſonem *in §. item ſi quis in fraudem, n.* 117. *Inſtit. de action.* Pariſium *conſ.* 107. *n.* 109. & *ſeqq. p.* 3. Thuſcum *litter. C. concl.* 183. *n.* 14. & 15. & *concl.* 185. *ex n.* 25. & *concl.* 213. *n.* 38. & *litter. H. concl.* 129. *n.* 42. Anton. Fabrum *lib.* 8. *C. tit.* 29. *d ffinit.* 10. Sicardum *in d.l.* 3. *n.* 13. *C. de novat. & delegat.* Guzman *de evictionib. q.* 35. *ex n.* 139. Trentacinq. *variar. reſol. lib.* 3. *tit. de ſolutionib. reſolut.* 29. *n.* 8. Mareſcotum *variar. reſol. lib.* 2. *cap.* 126. Scacciam *tractat. de commerciis, §.* 2. *gloſſ.* 5. *q.* 17 *num.* 418. & *textum in l. ſi convenerit* 18. *in princ. ff. de pignorat. action.* ex quibus colliges, præferendum eſſe creditorem cedentis cedenti, & ceſsionario.

SUMMA DISPUTATIONIS XXVII.

1 *PRoponitur caſus difficultatis.*

2 *Creditor poſterior compenſare poteſt cum debitore in præjudicium creditoris anterioris.*

3 *Compenſatio fit ipſo jure ſine miniſterio hominis.*

Compenſato debito poſterioris creditoris, nomen ipſius extinguitur, ibid.

In caſibus, in quibus compenſans pateretur damnum, vel pœnam, niſi compenſatio fieret, fit compenſatio ipſo jure.

Creditor non compenſans ſi eſt alius anterior creditor, creditum amittit, ibid.

5 *Cùm debitor declarat, ſe velle compenſare, poteſt compenſare.*

6 *Creditorem poſteriorem, eundemque debitorem non poſſe compenſare in præjudicium anterioris creditoris, qui ſenſerint.*

Nomen hujus debitoris, qui eſt etiam creditor, eſt hypothecatum prioribus creditoribus, ibidem.

7 *Non recedas à priori ſententia.*

Creditor hypothecarius anterior præfertur poſterioribus in hypotheca, donec extat: aliter verò ſi hypotheca, quæ eſt reſolubilis extinguatur, ibid.

Adnotatur hac in re elegans, & accuta conſideratio Bartoli in l. nomen, Cod. quæ res pign. oblig. poſſ.

Dolo non facit, qui auxilio legis utitur, ibid.

DISPUTATIO XXVII.

Utrum debitor creditoris obligati aliis creditoribus poſsit compenſare ſuum debitum in præjudicium creditorum ſui creditoris?

1 UT explicetur titulus præmitto caſum A. debitor B. in centum eſt creditor ejuſdem in aliis centum B. habet creditores C. & D. anteriores quàm A. C. & D. dirigunt actiones ſuas contra

A.

A. tamquam debitorem debitoris sui, A. defendit se exceptione compensationis, dicens se velle compensare centum, quæ illi debet B. cum centum debitis à se. Dubitatur, an possit objicere hanc compensationem, & possit illam facere in præjudicium C. & D. creditorum anteriorum ejusdem B. quod revera est sibi solvere ante creditores anteriores, cum certum sit, compensationem aut esse solutionem, aut habere vicem solutionis, juxta adnotata à Carolo de Grassis *tract. de exceptionibus, except.* 16. *ex n.* 9.

2 Prima sententia affirmat, posse in hoc casu objici compensationem creditoribus anterioribus, & præferendum esse creditorem posteriorem sibi per compensationem solventem quibuslibet creditoribus anterioribus sui creditoris. Ita sentit Angelus *cons.* 259. *quædam domina, n.* 1. *in fin.* Asinius *tract. de executionib.* §. 7. *cap.* 62. Flaminius Cartarius *decis.* 62. Riccius *collectan.* 118. *versic. Item cùm debitor,* Scaccia *de commerciis,* §. 2. *gloss.* 5. *ex n.* 417. & *n.* 424. Marta *voto, seu decis.* 48. *ex n.* 18. Gaitus *de credito, cap.* 4. *quæsito* 7. *ex n.* 355. Rovitus, tametsi subobscurè, *cons.* 64. *n.* 5. *lib.* 2. Diana *resolut. moral. p.* 3. *tract.* 5. *resolut.* 10. & *in additionibus ad primam, secundam, & tertiam partem, resolut.* 8. qui hoc etiam in foro conscientiæ servari oportere putat.

3 Probat Scaccia hanc sententiam. Primò, quia compensatio fit ipso jure sine ministerio hominis, *l. verum* 4. *si ambo* 10. *in princ. ff. de compensationib. l. si constat* 4. & *in l. ultima, C. de compens.* §. *in bonæ fidei, Instit. de actionib.* Tindarus *de compens. art.* 6. *n.* 47. 51. & 74. & *art.* 7. *n.* 27. *vers. Quid ergo, tom.* 6. *tractat. p.* 2. Afflict. *decis.* 121. *ex n.* 1. Cujacius *lib.* 8. *observation. cap.* 16. & ad Julium Paulum *libr.* 2. *sententiar. tit.* 5. *ad fin.* Pichardus *in* §. *in bonæ fidei* 30. *ex n.* 41. *Instit. de actionib.* Jason. *n.* 1. & 10. Corrasius *n.* 10. & 11. Ex quo fit, ut compensato credito istius posterioris creditoris, nomen ipsius extinguatur, & evanescat; ac per consequens creditores anteriores nihil possunt exigere ab ipso.

4 Secundò, quia saltem in illis casibus, in quibus compensans pateretur damnum, vel pœnam, nisi compensatio fieret, fit compensatio ipso jure absque controversia, ut ad impediendum cursum usurarum, & vitanda alia quæcumque damna, ut docet *Glossa prima in fin. in d. l. si constat,* & plurimis adductis tradit Tiraquell. *de retractu lignag.* §. 3. *gloss.* 3. *n.* 8. Medices *de compens.* 1. *p. q.* 22. *n.* 3. & *q.* 50. *ex n.* 4. Scaccia *de commerciis,* §. 2. *d. gloss.* 5. *ex n.* 427. *usque ad* 431. Grassis *tract. de exceptionib. exception.* 16. *n.* 49. Tepatus *in compendio variar. tom.* 1. *tit.* 160. *cap.* 2. *versic. Ne currant usuræ,* Pichardus *in d.* §. *in bonæ fidei* 30. *n.* 45. *Instit. de actionib.* Gaspar Roderic. *de annuis reddit. lib.* 2. *q.* 18. *ex n.* 2. Castillo *quotid. controversiar. lib.* 4. *cap.* 40. *n.* 112. & *seqq.* Gamma *decis.* 91. *n.* 2. & ad eum locum Flores de Mena, qui multos allegat, Barbosa *in l. divortio* 8. §. *ob donationem, n.* 33. *ff. solut. matrim.* Molina *de justitia, tract.* 2. *tom.* 2. *disputat.* 560. *n.* 1. Caballinus *tract. de usuris, q.* 43. *n.* 322. Collega noster meritissimus Scipio Theodorus *allegat.* 69. *n.* 6. Hermosilla *in l.* 10. *tit.* 1. *p.* 5. *gloss.* 4. *n.* 210. Bellonus *decis.* 34. *n.* 8. & 9. Visconte *in conclusionibus juris, litter. C. verb. Compensatio.* Sed in hoc casu, de quo agimus, creditor posterior non compensans amitteret debitum, dum creditores anteriores sui creditoris auferrent omnia ejus bona, & postea vellent ab eo exigere quod suo creditori debet, tanquam à debitore debitoris sui, quod invenirent integrum, & illæsum, immune à compensatione.

5 Tertiò, quoniam si iste debitor declaret, se velle compensare, non erit dubium, quin compensare possit, nam quicumque factum hominis requirunt ad faciendam compensationem, nullum aliud factum requirunt, quam declarationem voluntatis compensare volentis, ut dicit Surdus *decis.* 191, *ex n.* 15. & Grassis *tractat. de exceptionib. d. except.* 16. *n.* 47. & 48. & ii, quos *supra à n.* 3. allegavimus. Ergo in casu, de quo agimus, si ille debitor cum debitore suo compensare velit creditum, sta-

ſtatim fiet compenſatio ipſo jure, operante beneficio compenſationis ſuum effectum, etiam in præjudicium anteriorum creditorum, qui non poterunt effectum beneficii juris impedire. Maximè ſi debitor iſte ab initio compenſare velit, antequam adhibeantur quatuor illa impedimenta contenta *in d. l. 3. de novationibus*, videlicet litis conteſtatio, partis debiti receptio, denuntiatio, & delegatio, ut notat Gratian. *diſceptationum forenſ. tom. 2. cap. 356. ex n. 13.* & Surdus *conſ. 82. ex n. 29. lib. 1.*

6 Contrariam tamen ſententiam, quinimò creditorem poſteriorem, eundemque debitorem non poſſe ſuum debitum compenſare cum ſuo creditore, qui habeat bona ſua obligata anterioribus creditoribus; ac per conſequens etiam nomen debitoris ſui, ejuſdemque creditoris, tuentur Franchis *deciſ. 53. & deciſ. 527. n. 5.* Bellonus *deciſ. 190. n. 19.* Cardinalis Albanus, quem refert, & ſequitur Aſinius *de exceptionibus*, §. 7. *cap. 95.* Seſsè *de inhibitionib. cap. 5. §. 7. n. 8. 10. & 11.* Caſtillo *quotid. controv. lib. 4. cap. 40. ex n. 116.* Gaſpar Roderic. *de annuis reddit. libr. 2. q. 19. n. 2.* Fundamentum eſt, quia nomen hujus debitoris, qui eſt etiam creditor, eſt hypothecatum prioribus creditoribus ſub hypotheca bonorum generali, quæ cadit etiam ſupra nomina debitorum, *l. ſi convenerit 18. in princ. ff. de pignorat. act. l. nomen quoque 4. C. quæ res pignor. obligat. poſſeſſ.* Capicius *deciſ. 88. n. 2. & 3.* Socinus *conſ. 126. n. 3. volum. 1.* Ergo in eo debent præferri creditores anteriores, juxta regulam vulgatam, potiorem eſſe in jure, qui prior eſt tempore. Et quemadmodum debitor creditoris obligati aliis creditoribus, non poterit ſolvere illi poſt denunciationem factam, ne ſolvat, juxta *l. 3. C. de novat. & d. l. nomen quoque 4. C. quæ res pignor. obligat. poſſeſſ.* ita neque poterit compenſare, qui quidam modus eſt ſolutionis, ob malam fidem, & fraudem præſumptam.

7 Sed non eſt recedendum à priori ſententia, quæ veriſimilior eſt, & habet urgentiora fundamenta. Neque obſtat fundamentum poſtremæ ſententiæ, quia reſpondendum eſt, creditorem hypothecarium priorem præferri in hypotheca cuilibet poſteriori, quandiu hypotheca extat; verùm jus prioritatis non tollere naturam hypothecæ reſolubilem, & extinguibilem. Exempli gratia. Si quis habeat hypothecam ſuper annuo reditu ſui debitoris, non poterit efficere, ne iſte annuus reditus, ſeu cenſus extingui poſsit à debitore illius per redemptionem, ſeu retrovenditionem: qua facta extinguetur hypotheca, & deinceps nullum jus habebit creditor ſuper annuo reditu extincto, *l. ſicut 8. in princ. ff. quib. mod. vel hypoth. ſolv.* ex celebri regula, quòd reſoluto jure dantis, reſolvitur jus accipientis, *l. lex vectigali 31. ff. de pignorib.* & dictis *ſupra hoc tit. diſput. 23. n. 29. in fin.* Ita ſimiliter in præſenti, in nomine hoc debitoris obligato prioribus creditoribus ſui creditoris præferrentur creditores anteriores, ſi nomen extaret, verùm cùm hoc nomen extinguatur, & reſolvatur ipſo jure, eo ipſo quòd debitor declaret, ſe velle compenſare, fit ut hypotheca quoque ſupra nomen impoſita reſolvatur, & extinguatur, & ſic creditores anteriores amittant id, in quo deberent præferri; & non habeant, in quo præferantur. Etenim lex ipſo jure operatur interius extinctionem, quam nulla inhibitio impedire poteſt, quemadmodum poteſt impedire denunciatio exteriorem pecuniæ ſolutionem, ut accutè conſiderat Bart. *in l. nomen quoque 4. n. 5. verſ. Solutio, C. quæ res pignor. oblig. poſſunt*, diſtinguens inter pignora corporalia, & incorporalia, ut in primo caſu per debitorem alienantem non præjudicetur creditori, cùm res corporales appareant: ſecus in incorporalibus, quæ non apparent. Quaſi poſsit in hoc ſecundo caſu compenſando præjudicare creditoribus. Qua extinctione, & reſolutione, auxilio, & efficacia legis interius operantis ſubſequuta, extinguitur hypotheca anteriorum creditorum, & ſic remanent eluſi, & ſine hypotheca. Nulla tamen fraus, aut dolus, & mala fides hic conſiderari poteſt ex parte debi-

toris compensantis, dum lex hanc extinctionem,& resolutionem operatur, & debitor sibi prospiciens utitur auxilio legis, *l. nullus 56. ff. de regul. jur.*

SUMMA DISPUTATIONIS XXVIII.

1 *QUæ ad hanc difficultatem attinent non sunt benè discussa.*

2 *Creditor posterior dans pecuniam ad emendum prædium cum pacto, quòd maneat ipsi hypothecatum, præfertur in prædii omnibus creditoribus anterioribus.*

3 L. licèt, C. qui potiores, *loquitur de creditore gratis mutuante debitori ad prædium emendum.*

4 *Constitutio* d.l. licèt, *est exorbitans, & limitatio regulæ generalis, qui prior est tempore, potior est jure, & idem non extendenda ultra casum, de quo loquitur.*

5 *Ratio decidendi ad prædictam* l. licet, *quam reddit* Joannes Franciscus de Ponte.

6 *Rejicitur prædicta ratio decidendi, in qua continentur multa contra aperta juris principia.*

Ad consequendum privilegium legis licet, *necessaria est hypotheca specialis, ibid.*

7 *Jus in* d.l. licet, *est speciale contra regulam.*

8 *Falsum est, quòd creditor acquirat hypothecam in re empta antequam transeat in dominium debitoris.*

Debitor non potest imponere onus hypothecæ in re empta antequam sit sua, ibid.

Prioritas concessa creditori per d. l. licet, *provenit ex privilegio, non ex jure ordinario, ibid.*

9 *Prioritas concessa creditori simul concurrenti cum alio in pignore, oritur ex privilegio.*

10 *Cùm requiratur in* d.l. licet, *ad prioritatem secundi creditoris, quòd res sit empta de sua pecunia.*

11 *Debitores adstricti hypotheca generali non possunt præjudicare creditoribus anterioribus in acquirendis quocumque genere acquisitionis.*

Uni per alterum non potest iniqua conditio inferri, ibid.

12 *Ratio vera decidendi* d.l. licet, *traditur.*

Juxta illam nulla potest esse justa priorum creditorum quærimonia, quibus redundat potius beneficium sine ullo damno ex contractu secundi creditoris cum debitore, ibidem.

13 *Ampliant quidam in* d. l. licet, *ut non sit necessaria hypotheca specialis ad consequendum illud privilegium.*

14 *Verius est, requiri specialem hypothecam in terminis* d.l. licet.

15 *Ampliatur secundò* d.l. licet, *ad casum, quo quis vendit rem debitori anteriorum creditorum, cum pacto hypothecæ specialis, ut præferatur in re vendita, & ejus pretio anterioribus creditoribus.*

16 *Verùm ab hac ampliatione recedit* Petrus Barbosa, *urgentibus rationibus.*

17 *Proponitur objectio.*

18 *Res vendita non devenit hypothecata ad debitorem, quia non potest hypothecari à venditore, dum est sua, neque cùm est emptoris.*

19 *Limitatio regulæ,* l. neque pignus, *communiter tradita in hoc casu locum non habet.*

20 *In re aliena non potest quis hypothecam constituere.*

21 *Ad ampliationem prædictam* d. l. licet, *non potest recedi, tum ob communem sententiam, tum quia militant eædem rationes, quæ in casu legis.*

22 *Tertia ampliatio* d.l. licet, *tradita* à Feliciano.

23 *Impugnatur, & rejicitur ampliatio* Feliciani.

24 *Ampliatio quarta* Cepollæ.

25 *Improbatur ampliatio* Cepollæ.

26 *Quinta aliorum ampliatio.*

27 *Rejicitur quinta ampliatio.*

Nullum beneficium confert in debitorem, qui ab eo emit censum, ibid.

28 *Creditor pecuniæ depositæ, ex qua usuras accipit, amittit privilegium inter creditores personales, quod habiturus erat, si usuras non exigeret.*

29 *Mutuans gratis, ut ematur navis, habet privilegium inter cæteros creditores, qui autem mutuat sub usuris, privilegium non habet.*

Præ-

30 *Prædium emptum ex pecunia data in prætium cenſus non emitur ex pecunia creditoris cenſus, ſed ex pecunia venditoris cenſus.*

31 *Argumentum efficax, quo id probatur.*

32 *Occurritur objectioni,* & n. 33.

34 *Sexta ampliatio* d.l. licet, *eſt controverſa, & ejus reſolutio, remiſsivè.*

DISPUTATIO XXVIII.

Utrum creditor, qui dedit pecuniam ad rem emendam, cum pacto, quòd res empta remaneat ſpecialiter hypothecata pro ſolutione creditæ pecuniæ, præferatur in illa re omnibus creditoribus emptoris, etiam anterioribus?

1 VIdeo quæ ad hanc difficultatem attinent, neque ſatis, neque rectè diſcuſſa, & jura de hac re loquentia quorundam interpretationibus diſtorta, & ultra modum producta: ideò viſum eſt aliquando præſsius omnia perſcrutari.

2 Reſpondendum eſt, creditorem poſteriorem, qui dedit debitori pecuniam ad emendum prædium, ſeu quamvis rem, cum pacto, quòd eadem res remaneat ſpecialiter ſibi hypothecata pro ſolutione creditæ pecuniæ, habere proculdubiò privilegium prælationis ſuper illa re empta ex ſua pecunia adverſus omnes creditores, etiam anteriores prædicti debitoris. Ita expreſsè ſtatuitur in *l. licet 7. C. qui potiores in pignor. habeant.* cum qua concordat textus *in Authent. de æqualitate dotis, §. his conſequens eſt, collat. 7. ſeu Novella 97. cap.* 3. & quod magis eſt de jure antiquiori textus *in l. ultima, §. negotiatori,* ubi notat Fulgoſius *ff. qui potiores,* & de jure Caſtellæ textus *in l. 30. tit. 13. p. 5.*

3 Sed animadvertere oportet, *d.l. licet,* & omnes textus concordantes loqui de poſteriori creditore, qui dedit debitori pecuniam mutuam gratis, cum onere tamen, ſeu vinculo, ut ex illa emeret prædium, quod ſibi ſpecialiter remaneret hypothecatum pro ſolutione mutuæ pecuniæ. Ita illam legem explicarunt ibi: Accurſius, Cynus, Alberic. Bart. Bald. Salic. Fulgoſ. Sicardus, Alex. *in additione ad Bartol. in verb. Cujus pecunia in d.l. licet,* Zaſius *in l. quod quis, n. 3. in fin. cum n. 4. ff. de privileg. cred.* Ripa *in l. Senatuſconſ. 1. n. 13. ff. in quib. cauſ. pign. vel hypoth. tacit. contrah. & in l. privil. n. 32. ff. de privil. credit.* Bald. novell. *in repet. l. 1. n. 223. ff. ſoluto matrim. & tract. de dote, p. 10. n. 3. & n. 35.* Barboſa *in l. ſi cum dotem 23. §. fin. n. 34. & 35. ff. ſolt. matrim.* Gregor. Lopez *in d.l. 30. tit. 13. part. 5. glaſſ. 4.* Cepolla *eautela* 124. Neguſant. *de pignor. 4. p. n. 36. & 5. p. membr. 2. n. 17.* Covarr. *lib. 1. variar. cap. 7. n. 2. verſic. Præter hæc,* Gutierr. *lib. 3. practicar. q. 99. n. 4. & 8. & allegat. 5. n. 1.* Flores de Mena *lib. 1. variar. q. 6. art. 3. n. 13.* Caſtillo *lib. 3. quotid. controverſ. cap. 8. n. 14.* Afflict. *deciſ. 306. n. 5.* & *ibi* Urſil. *n. 1. & ſeqq.* Seſsè *deciſ. 42. ex n. 7.* Ponte *deciſ. 34. ex n. 3.* Joſeph. Ludovic. *deciſ. Peruſ. 45. ex n. 19.* Anton. Faber. *lib. 8. C. tit. 8. diffinit. 10.* Aſinius *de execution. §. 7. cap. 14. ex princ.* Cevallos *in ſpeculo pract. q. 744. n. 1. & 2.* Thuſc. *litt. H. concluſ. 131. ex n. 16.* Marianus Socinus Junior *conſ. 10. n. 7. & 8. p. 3.* Morotius *reſponſ. 54. ex n. 2.* Molina *de juſtitia, tract. 2. diſput. 536. n. 13. Syntagmat. commun. opinion. lib. 8. tit. 11. num. 17.*

4 Eſt autem conſtitutio illius legis exorbitans, utpotè limitatio generalis illius, & celebris regulæ, ut is, qui prior ſit tempore, potior ſit jure, *l. qui potiores, l. ſi fundum 4. d.l. licet 7. in princ. C. eod. tit. l. 2. C. de privileg. fiſci, l. quoties in utriuſque 99. ff. de regul. jur. cap. qui prior 54. de regul. juris in 6.* de qua latè Caſſan. *in Cathalog. gloriæ mundi 12. p. conſiderat. 99.* Ac per conſequens non extendenda, & amplianda, *l. quod verò contra 14. l. in iis 15. l. jus, ſingul. 16. ff. de leg.*

5 De ratione decidendi occurrit dubium. Quidam dicunt, rationem decidendi illius textus eſſe, quòd cum mutans pecuniam det illam vinculatam ad faciendam emptionem prædii, & illud prædium in prima ſui acquiſitione acquiratur cum hypotheca, & obligatione in favorem ejus, qui

qui pecuniam dedit, tranſit affectum cum ſua cauſa inſita, & non poteſt plus juris transferri in creditores anteriores debitoris,quàm illud,quod idemmet debitor acquirit,& qui dat talem pecuniam, contrahit, & paciſcitur, & acquirit ſuam expreſſam obligationem, & hypothecam, antequam res tranſeat in dominium hujus debitoris,& ſic ſi taliter contrahentes præferuntur creditoribus quibuſcunque ipſius, non eſt,quia ſunt poſteriores,ſed quia ſunt anteriores,& in his applicantur verba textus *in l. ſi is, qui* 28. *ff. de jure Fiſci, prævenit enim cauſam pignoris Fiſcus.* Sic hic prævenerunt cauſam pignoris iſti taliter contrahentes,antequam dominium rei debitori acquireretur.Unde mirum non eſt, ſi regula text. *in d. cap. qui prior*, non applicatur, nec habet locum regula text. *in l. 2. C. de privileg. fiſci*, nec dicta ibi per Doctores.Ex quo colligitur,non eſſe prælationem poſterioris creditoris contentam in prædicta lege, privilegium contra juris regulam, ſed jus ordinarium proveniens ex ſpeciali hypotheca. Ita reddit illius textus rationem Ponte *deciſ.* 34. *n.* 8. cum quo ex parte convenit Neguſant.*de pignor. 5.p. membr.* 2. *n.* 17. & Seſsè *deciſ.* 42. *n.* 12. & illis multum favet Conanus,ſimilia conſiderans, *commentar. juris civilis, lib.* 4. *cap.* 17. *n.* 7. 8. *&* 9.

6 Verum planè doctiſsimus homo dormitavit, & dum ex affectu proprio conatus eſt reducere ad jus ordinarium ſingulare jus *dict. l.licet*, miſcuit multa contra aperta juris principia : ideò diſplicet hæc ratio decidendi. Primò, quoniam ex illa ſequeretur, non eſſe neceſſariam ſpecialem hypothecam in caſu *dict.l.licet*, ad conſequendum illud privilegium,ſive mavis anterioritatem. Quod quamvis nonnulli affirmaverint, ut dicemus *infra n.* 13.contraria ſententia eſt communiſsima, vera, & apud omnes recepta, ut dicemus *n.* 14. juxta textum ipſum *in d.l.licet*, quæ requirit ad acquirendum illius textus privilegium, ſpecialem hypothecam inductam in favorem creditoris ſecundi. Conſecutio apertè probatur, quoniam ſi prioritas illa oriretur ex eo,quod res,quæ acquiritur à debitore, non poteſt ad illum tranſire, niſi affecta onere impoſito, illud idem contingit in hypotheca generali, quæ ſimiliter afficit rem à debitore acquirendam, & cùm illam debitor acquirit, tranſit ad illum affecta illo onere generalis hypothecæ, ut notat Neguſant. *de pignoribus,* 4.*p. princip. n.* 33. *&* 5.*p.memb.* 2. *ex n.* 3. Et ſi hoc unus in prima acquiſitione contractum poſtponeret anteriores creditores,antepoſito poſteriori,nnnquam anteriores creditores non poſtponerentur, aut excluderentur, cùm fit contractus à debitore, cum poſteriore creditore, qui ſibi per generalem hypothecam proſpicere vellet, ut revera omnes proſciunt, qui de contractu faciunt inſtrumentum,in quo ſemper apponitur clauſula generalis obligationis bonorum: & ſic non eſſet neceſſarium obſervare conditiones,quas requirit text. *in d. l. licet*,& ad eum Doctores.

7 Secundò, quia quemadmodum res acquiſita à debitore,cui ex contractu,cum ſecundo creditore imponitur onus ſpecialis hypothecæ, non poteſt ad illum tranſire,niſi affecta illo onere ex prima acquiſitione impoſito : ita non poteſt liberari ab onere priorum hypothecarum contractarum ab anterioribus creditoribus, quibus etiam ex prima acquiſitione obligatur, niſi aliquod privilegium particulare ſecundum onus præferret primo. Præterquam quod ipſe textus *in d. l.licet*, palam docet, illud eſſe ſpeciale jus contra regulam, quam in ipſo principio præmittit, & ibi notat Sicard. *in princ. & textus in §. his conſequens, in Authent. de æqualitate dotis*, expreſsè aſſerit,hanc prælationem ſecundi creditoris eſſe privilegium.

8 Tertio, item falſiſsimum eſt, quod præſupponit Ponte, videlicet ſecundum creditorem acquirere hypothecam in re empta,antequam tranſeat in dominium debitoris, quod repetit *deciſ.* 4. *n.* 45. *&* 46. etenim ſecundus creditor non acquirit hypothecam, niſi ex voluntate debitoris, illam imponentis ſuper re empta. Venditor enim non imponit illam, qui non in-

ter-

tervenit in iſto contractu facto inter emptorem, & creditorem mutuantem pecuniam ad emendum, & ſic venditoris ſolum intereſt rem ſuam liberam emptori tradere. Debitor autem, & idem emptor in prima acquiſitione illam imponit in favorem dantis pecuniam mutuam ad emendum, ut planum eſt. At debitor in re aliena, & antequam ſit ſua, non poteſt imponere onus hypothecæ, *l.* 1. *§. ſi minor, ff. de reb. eorum, l. qui balneum* 9. *§. Titia, ff. qui potiores, l.* 1. *& 2. & ult. C. ſi res alien. pignor. data ſit.* Ergo in iſta impoſitione oneris hypothecæ, nulla prioritas poteſt conſiderari in favorem ſecundi creditoris; ſed neceſſe eſt, ut in prima illa acquiſitione, ſimul concurrant hypotheca generalis priorum creditorum, quibus obligata ſunt omnia bona debitoris præſentia, & futura, & hypotheca ſpecialis iſtius creditoris ſecundi, & conſequenter ſpeciali poſterioris, non poſsit dari prælatio, niſi ex privilegio, cùm ex jure ordinario priores creditores forent præferendi, *l. qui generaliter* 2. *ff. qui potiores, l. ſi generaliter* 6. *C. eod.* etiam in rebus poſtea quæſitis, *l. ultima in princ. ff. eod. tit. qui potior.* Ex jure enim ordinario obligatio pignoris poſtea quæſiti poſt obligationem generalem bonorum futurorum retrotrahitur ad tempus illius generalis obligationis, ut prior creditor præferatur ſecundo in illa eadem hypotheca, Neguſant. *de pignor. 5. p. membr.* 2. *num.* 9. *verſ. Octavo amplia*, Peregrin. *de jure Fiſci, lib.* 6. *tit.* 6. *n.* 15.

9 Quartò item, quoniam illam præventio pignoris quando ſuo ſimul concurrunt, ex qua fit, ut ſecundum pignus præferatur primo, non poteſt oriri, niſi ex privilegio Fiſci, aut alterius pariter privilegiati, ut omnes Doctores notant circa *dict. l. ſi is, qui* 28. *ff. de jure Fiſci*, Paulus *in l. ſi in te* 7. *n.* 4. *verſ. Sexto in prælatione, C. de privil. fiſci*, Salicet. *ibid. num.* 8. Conanus *comment. juris civil. lib.* 4. *cap.* 17. *n.* 7. malè tamen ſe explicans, & Peregrin. *de jure Fiſci, lib.* 6. *d. tit.* 6. *n.* 16. Alfaro *de officio Fiſcalis, gloſſ.* 16. *n.* 105. *& gloſſa* 34. *§.* 5. *n.* 126. Capicius *deciſ.* 129. *n.* 12. Neguſant. *de pignorib.* 5. *p. membr.* 2. *n.* 42. Ergo non poteſt acquiri ex facto privati, & non privilegiati, neque ex jure ordinario, quod præſupponit Ponte.

10 Quintò, quoniam ſi illa præventio, ſeu prioritas quoad hypothecam proveniret ex onere impoſito, per debitorem in prima acquiſitione illius rei ſibi venditæ, fruſtra requiretur in *dict. l. licet*, quòd res emeretur ex pecunia ſecundi creditoris. Etenim illud onus à debitore imponi poſſet ſuper qualibet re quomodocunque ab ipſo acquiſita, ſive eſſet empta ex pecunia illius ſecundi creditoris, ſeu alterius.

11 Sextò tandem falſum eſt, quod præſupponit Seſsè *d. deciſ.* 42. *num.* 5. ſequutus Neguſant. *de pignorib.* 4. *p. num.* 41. videlicet, tunc debitorem in adquirendis non poſſe præjudicare creditori hypothecario, quando acquiſitio pendet ex ſola illius voluntate, ut in additione hæreditatis, & ſimilibus actibus: ſecus verò quando acquiſitio pendet, non ſolum ex voluntate debitoris acquirentis, ſed etiam ex voluntate aliorum, ut in emptione, locatione, & ſimilibus; tunc enim apponendo pactum in initio contractus poſſunt debitores præjudicare creditoribus anterioribus. Falſum, inquam, eſt. Primò, quoniam debitores adſtricti hypotheca generali, non poſſunt præjudicare creditoribus anterioribus in acquirendis quocunque modo acquiſitionis, ut latè tractat Ancharranus *conſil.* 101. *ex n.* 8. Secundo, quoniam quovis modo debitor acquirat, etiam per contractus pendentes ex aliorum voluntate, ex jure ordinario, & generali, ſemper eſt verum, & regulare, ut non poſsit uni per alterum iniqua conditio inferri, *l. non debet* 75. *ff. de regul. jur.* Et quamvis in traditione rei ſuæ quilibet poſsit apponere quæcunque pacta, *l. in traditionib.* 49. *ff. de pact.* non tamen poteſt per pacta ſua præjudicare iis, qui prius contraxerunt, *l. prior* 5. *l. ſi generaliter* 6. *l. diverſis* 8. *C. qui potiores, l. ſervus* 6. *l. ſi filius* 23. *l. debitorum pactionibus* 25. *C. de pact. l. debitor* 19. *ff. de compenſationib.* Si quid autem hac in re debitori licet, licebit ex jure extraordi-

dinario, & ſpeciali, & privilegiato, ut revera debitori conceſſum eſt ob æquitatem occurrentem in *dict. l. licet*, ſi ſerventur omnes illæ conditiones, & ſpecialitates, quas in illo textu exprimit Imperator.

12 Igitur vera ratio decidendi textus *in dict. l. licet*, quam nullus ex Expoſitoribus plenè tradidit illa eſt, quòd creditor ſecundus, qui dat debitori mutuam pecuniam ad emendum prædium, confert in illum maximum, & gratuitum beneficium, nullo habito reſpectu ad commodum, & utilitatem propriam, ſed ſolum reſpiciens utilitatem debitoris, cujus patrimonium auget, & in nullo diminuit, verumtamen ſolum ſibi conſulit, per ſpecialem prædii hypothecam, acquirens dumtaxat ſecuritatem crediti ſui conſequendi, nè beneficium alienum redundet in damnum proprium. Afficit etiam maximo beneficio creditores anteriores, cùm debitorem locupletiorem reddat, dum ex fructibus prædii ſic comparati augeat rem familiarem, factus magis idoneus ad ſatisfaciendum prioribus ſuis creditoribus ob pecuniam datam à ſecundo, & poſteriori, qua non data, non augeretur. Ita mirum non eſt, ſi in præmium tanti, & tam gratuiti beneficii in quo nullum prorſus intervenit priorum creditorum damnum, ſed potius lucrum, facto locupletiore ſuo debitore, ſi inquam, iſte ſecundus creditor paciſcatur de hypotheca ſpeciali ſuper re ex ſua pecunia empta, qua ſibi conſultum velit, indulgeat Imperator privilegium prælationis huic ſecundæ, & poſteriori hypothecæ prædii, quod debitor non haberet, niſi ex pecunia ab iſto ſecundo creditore ſubminiſtrata, & mutuo data. Neque hic eſſe poteſt ulla juſta anteriorum creditorum quærimonia, ſi quod ſecundus creditor per ſuam pecuniam ad patrimonium debitoris attulit, illemet ſine ullo ſuo lucro auferat. Hanc rationem decidendi partim attigerunt Anton. Faber *lib.* 8. *C. tit.* 8. *diffinit.* 10. & Thuſcus *litt. H. concl.* 131. *num.* 16. Pichard. *in comment. ad l. privilegia* 16. *num.* 72. & 73. *ff. de privil. credit. inſerto in §. quædam actiones, inſtit. de action.*

13 Sed quamvis hoc jus *dict. l. licet*, ſpeciale ſit, Doctores ipſis legibus audaciores conati ſunt illam diverſis modis extendere, & ampliare. Primò ampliant, ut non ſit neceſſaria hypotheca ſpecialis ad conſequendum illum effectum prælationis, ſed ſatis ſit, ſi quis det mutuam pecuniam ad aliquam rem emendam, & illam ſibi obligari procuret ſaltem generaliter, in ea enim re præferetur omnibus creditoribus anterioribus debitoris. Hanc ampliationem tradidit Hubertinus de Bobio, quem refert Alberic. *in l. obligatione generali* 6. *n.* 4. *ff. de pignor. & hypothec.* & quia eum non reprobat, creditur, illum ſequutus. Item Cepolla *cautela* 124. *n.* 2. Aſinius *tract. de executionib.* §. 7. *cap.* 14. *n.* 3. Theſaur. *quæſt. forenſ. lib.* 2. *q.* 74. *n.* 1. *quamvis ibi, n.* 2. dicat, de ſtricto juris rigore durum fore obtinere pro iſta ſententia, & *n.* 3. dicat contra eam judicatum, Cevallos *in ſpeculo practicar. q.* 744. *n.* 14. quia in hypotheca generali videatur eadem eſſe ratio, quæ in ſpeciali.

14 Ab hac tamen ampliatione recedunt communiter Doctores docentes, quinimò ad conſequendam iſtam prælationem ſecundi creditoris neceſſariam eſſe ſpecialem hypothecam, & non ſufficere generalem. Inter eos Neguſant. *de pignorib. 5. p. memb.* 2. *num.* 18. multum de ampliatione dubitans. Item Gutierrez *d. allegat.* 5. *n.* 2. Joſeph. Ludovic. *deciſ. Peruſin.* 45. *n.* 19. Marianus Socinus Junior. *conſ.* 10. *n.* 11. *p.* 3. qui dicit, eſſe communem ſententiam, & plurimos allegat Flores de Mena *lib.* 1. *variar. q.* 6. *art.* 3. *n.* 13. *in fin.* qui dicit ampliationem eſſe falſam, & contra communem ſententiam, Faber. *lib.* 8. *C. tit.* 8. *diffinit.* 10. *ſub n.* 8. qui ait, caſum *dict. l. licet*, eſſe unum, & ſingularem fortaſsè caſum, in quo hypotheca ſpecialis utilior eſt, quàm generalis, Caſtillo *quotid. controv. lib.* 3. *cap.* 8. *ex n.* 17. *ad* 20. quamvis ſatis ſe involvat, Sicard. *in dict. l. licet, n.* 1. 4. & 7. & ibi omnes Scribentes. Ratio eſt, quia textus in prædicta *l. licet*, concedens hoc privilegium prælationis expreſsè requirit ſpecialem hypothecam, qua re exclu-

cludit generalem, & item tacitam. Ergo non licet extendere prædictam expreſſam conſtitutionem contra jura anteriorum creditorum.

15 Ampliant ſecundò, ut idem dicendum ſit, ſi quis vendat rem aliquam debitori anteriorum creditorum, & illam ſibi ſpecialiter hypothecatam velit pro ſolvendo pretio; nam in illa iſte ſecundus creditor prę ferretur anterioribus creditoribus emptoris, juxta *dict. l. licet*. Hanc ampliationem tradiderunt Neguſant. *de pignor. 4.p. n.34.cum ſeq.* Alberic.*in l.obligatione generali 6. n. 4. ff. de pignor. & hypothec.* quamvis ibi in fine cenſeat, ſecuriorem eſſe cautelam reſervationis dominii (de qua nos egimus *ſupra diſp.8. ex num.56.*) & per eam tolli omne dubium, Afflictis *deciſ. 306.* Seſsè *deciſ. 42. n.7.* Gutierrez *allegat. 5. n.1. & lib.3. practic. q.99. n.8.* Franc. Cortius *in additione ad Alexandrum in l.ſi cum dotem 23.§.ult. ff. ſolut.matrim.* Cepolla *cautel. 124.n.1.* Baldus novellns *de dote, part. 10. n.3. verſ. Et idem fortè,* Aſinius *de executionib. §.7. cap.14. num.3.* Matienz.*in l.7. tit.16. lib.5.Recop.gloſſ.5. n.7.* Gail *pract. obſervat. lib.2. obſerv.12. n.4.& obſerv.15.n.7.* Felician.*de cenſibus, tom.1. lib.3. cap.5. n.22.* Flores de Mena *lib.1. variar. q.6. art.3. num.13.* Trigona *ſingul.83. n.2.* Caſtillo *lib.3.quotidian.controv. cap.8. n.12.* Certiſsimum autem eſt, hanc eſſe extenſionem, quoniam procul dubio textus *in dict. l. licet*, non agit de iſto caſu, & id agnoſcit Caſtillo *d. cap.8. n.14.* & Flores de Mena *dict.n.13.* quam etiam dicunt communem ſententiam, à qua non ſit recedendum. Probant ex eo, quòd hic occurrit eadem æquitas, quæ in *dict. l. licet*, in creditore mutuum dante ad rem emendam, cum hypotheca ſpeciali ejuſdem rei. Nam quemadmodum ibi debitor ex pecunia creditoris mutuo data auget patrimonium ſuum in beneficium, etiam aliorum creditorum, quorum utilitati accedunt fructus ex re empta percepti: ſimili modo in iſto caſu ex patrimonio ſecundi creditoris, & re ab ipſo vendita augetur patrimonium debitoris communis, qui etiam lucratur fructus ex re vendita in beneficium anteriorum creditorum. Accedit, quòd qui vendit rem ſuam appoſito iſto pacto ſpecialis hypothecæ, magis immediatè dicitur rem ſuam proſequi, quàm qui petit rem emptam ex ſua pecunia, & ſpecialiter ſibi obligatam. Nulla autem injuria fit creditoribus anterioribus, *ſi iſte præferatur in illa re à ſe vendita* ſibi hypothecata, ut quod ipſe attulit, illèmet auferat.

16 Nihilominus inſignis Præceptor, & eminentiſsimus Doctor Petrus Barboſa, qui mihi eſt inſtar omnium, Magiſter doctiſsimi Franciſci Caldera Magiſtri mei, *in l. ſi cùm dotem 23. §. fin. n.34. verſic. Sed eſt advertendum, ff. ſoluto matrim.* ab hac ampliatione recedens docet, contrariam ſententiam eſſe veram, quinimò in hoc caſu non eſſe concedendum privilegium prælationis ſecundo creditori contra priores creditores emptoris, & in eo in non eſſe recedendum à regula generali, quòd prior tempore potior ſit jure, & non poſſe inferri ex caſu *dict. l. licet*, ad iſtum caſum. In eadem ſententia fuit Cavalcan. *dec.27. n.37.p.2.* qui multos allegat, ſed non fide. Ratio eſt, quoniam in hoc caſu venditionis, non invenitur jure cautum, ut ſecundus creditor præferatur primo. Ergo non eſt recedendum à regula, non enim ſunt extendenda privilegia, *l. quod verò contra 14.l.jus ſingulare 16. ff. de legib.* maximè, quæ continent tertii præjudicium, cujuſmodi eſt hoc, de quo agimus, quod præjudicat primis creditoribus, cùm privilegium unius non debeat trahi ad alterius injuriam, *l. impuberi 41. ff.de adminiſtratione tutor. l.cum filius 28.ff.de militar. teſtament. l. debitor 3. in princ. ff. de ſeparation.* neque alteri præjudicium generare, *l.2. §. ſi quis à Principe, ff. nè quid in loco public. cap. ex multiplici de decimis*, & in exorbitantibus à jure communi, non fit extenſio ad caſum ſimilem propter identitatem rationis, Bart. & Romanus *in l. ſi verò 65. §. de viro ex n.1 ff. ſolut. matrim.*

17 Neque obſtare poteſt conſideratio illa, quæ fortaſsis alicui poterit in mentem

tem venire, quòd res, quæ venditur adjecto pacto ſpecialis hypothecæ, devenit ad debitorem hypothecata, quia venditor poteſt in traditione rei ſuæ imponere onus, quod velit, *l. in traditionibus* 48. *ff. de pact.* Cùm autem emptor illam rem acquirit, non poteſt plus juris acquirere creditoribus anterioribus, quam quod ipſe accepit, & in eum translatum eſt. Jus autem translatum, eſt jus diminutum per hypothecam à venditore, qui illam reſervavit impoſitam ante acquiſitum debitori dominium. Ac per conſequens creditores anteriores tempore, quo ſuas hypothecas ad illam rem de novo à ſuo debitore acquiſitam extendunt, illamque afficiunt ſuis juribus, inveniunt illam ante obligatam jure, & hypotheca venditoris. Ita fit, ut venditor iſte, & ſecundus creditor, aliis anterioribus præferatur, juxta ea, quæ conſiderat Ponte, relatus *ſupra num.* 5. & Franchis *deciſ.* 97. *n.* 6.

18 Non, inquam, obſtat, quoniam hæc, quæ pulchra dictu apparent, nullum juris fundamentum habent, omninoque falſum eſt, rem iſto modo venditam devenire ad debitorem hypothecatam, per hypothecam impoſitam à venditore in traditione rei ſuæ. Venditor enim in re vendita nullatenus poteſt hypothecam imponere. Duo enim poſſunt diſtingui, & conſiderari tempora. Primum, antequam tranſferat dominium in emptorem, quo illum venditor retinet, & apud ſe habet. Secundum, quo jam tranſtulit dominium in emptorem. In nullo autem iſtorum venditor poteſt imponere hypothecam. Primò, non poteſt hypotheca à venditore imponi, quia res adhuc eſt ſua. In re autem ſua nemo poteſt hypothecam conſtituere, *l. ex ſextante* 30. *§. Latinus, circa fin. ff. de except. rei jud. l. neque pignus* 45. *ff. de regul. jur.*

19 In hoc verò caſu locum habere non poteſt limitatio regulæ prædictæ, *l. neque pignus*, quam tradit Neguſant. *de pign. 5. p. membr. 1. ex n. 52. uſque ad fin. poſt gloſſ. in dict. §. Latinus, verb. Conſtituto*, videlicet, ut dominium ſit compatibile cum hypotheca, cùm dominium eſt revocabile, & parvo tempore duraturum, ut probat textus *in l. debitor ſub pignore* 59. *ff. ad S. C. Trebell.* & notat Baldus *in l. 1. num. 2. C. ſi antiquior. credit. pign. vendid.* Monticulus *de inventario, in tractat. diverſorum, q.* 234. *ex n.* 152. *& n.* 156. (Affli&tis *deciſ.* 16. *n.* 4. Mantica *de tacitis, & ambig. convent. lib.* 11. *tit.* 31. *n.* 66. Gaſpar Roderic. *de annuis redditib. lib.* 2. *q.* 19. *n.* 5. Surdus *deciſ.* 26. *ex n.* 1.) Franchis *deciſ.* 80. *n.* 12. Cùm igitur dominium rei venditæ apud venditorem vendere volentem ſit parvo tempore duraturum, & brevi transferendum in emptorem, poterit venditor ſuper illa re imponere hypothecam. Non, inquam, habet locum in iſto caſu prædicta limitatio, imò eam huic caſui applicare, eſt manifeſtiſsimus error. Nam verum eſt, hypothecam legitimè impoſitam ſuper re aliqua non extingui, etiam ſi quis poſt illam conſtitutam acquirat rei hypothecatæ dominium revocabile, aut temporale, ut in *dict. l. debor. & in dict. §. Latinus.* At de novo imponi non poteſt à domino in re propria, quæ brevi ex ejus dominio exitura ſit, & transferenda in dominium alterius, repugnant enim manifeſtæ juris regulæ, & earum ratio. Neque ratio conſervandi hypothecam, ſimul cum dominio, quæ viget in caſibus prædictorum textuum, hic militare poteſt. Ratio enim, quare ibi per acquiſitionem dominii, non extinguitur hypotheca, eſt, quia illa ſemel conſtituta legitimè nunquam tollitur, niſi ſoluto debito, ut notat poſt alios Franchis *dec.* 119. *n.* 23. & dixi *ſupra diſp.* 22. *n.* 4. quod in illis caſibus ſolutum non erat.

20 In ſecundo item tempore non poteſt venditor hypothecam in re vendita imponere, quia illo tempore res non eſt ſua, ſed emptoris, & in re aliena non poteſt quis hypothecam conſtituere, *l. 2. ff. de pignorat. act. l. ſi ex duobus* 6. *§. ſed & Marcellus in fin. ff. de in diem addictione, l. 1. 2. & ult. C. ſi res alien. pignor. data ſit.* Reliquum eſt igitur, ut iſta hypotheca in re vendita non poſsit à venditore imponi, & ſic non poſsit res vendita pervenire ad emptorem affecta onere hypothecæ; ſed

ut

ut hypotheca ab ipso debitore constituatur *in re vendita, quæ ad illum libera pervenit in prima illius acquisitione.* Quare corruit supradicta consideratio.

21 Prædicta Petri Barbosæ sententia non displicuit Castillo *ubi supra*, tametsi magis adhæreat prædictæ secundæ ampliationi, tùm ob communem sententiam, à qua nequaquam recedendum esse monet, cùm etiam ob identitatem rationis, quæ cernitur inter hunc casum, & casum *d. l. licet.* Ergo tamen addo, in casu,quo venditor, qui sibi prospicit per hypothecam specialem rem venditæ pro securitate consequendi pretii, vendidit rem fructuosam, cùm ex proprio patrimonio augeat patrimonium emptoris, non solum in beneficium ejusdem,sed etiam creditorum illius, videri ex eadem ratione *d. l. licet*, præferendum anterioribus emptoris creditoribus, & probabiliter extensionem amplectendam. Demus aliquid audaciæ Doctorum. Verùm si res vendita esset infructuosa, & ad sui conservationem,& reparationem egeret magno sumptu, in quo diminuendum esset emptoris patrimonium obnoxium anterioribus creditis,non videtur occurrere eadem æquitas,quæ in *d. l.licet*, neque ad hunc casum decisio ejus extendenda. Ponamus, venditum ab aliquo equum magni pretii cum speciali hypotheca,ut emptor eo utatur solum ad equitandum, in quo conservando, instruendo, & nutriendo sine ulla emptoris utilitate expenditur bona patrimonii pars, & emptorem non solvere pretium equi, tractarique de eo vendendo,non video rationem, cur venditor in pretio sit præferendus anterioribus creditoribus emptoris, quibus obligata *bona in equo nutriendo*, & pretiosiore reddendo sunt expensa, & consumpta. Demus item, emisse quem jardenum, seu hortos, ex quibus nullos percipiat fructus præter voluptatem, & in eis colendis, conferendis, ornandis, conservandis expendisse non parum rei familiaris anterioribus creditoribus obligatæ. Nonnè idem erit dicendum? Cùm igitur non procedat ratio decidendi *dict. l.licet*, crederem cum Barbosa, à regula non esse recedendum.

22 Tertiò, Felicianus *de censibus, lib. 3. cap. 5. n. 22. vers. Ex quo animadvertendum est*, putat ampliandam *dict. l.licet*, ad casum,quo quis concedit prędium ad censum redimibilem, juxta pretium conventum; conveneritque cum emptore, aut concessionario,ut maneat specialiter obligatum pro sorte, & reditibus; tunc enim venditor prefertur in ipso prędio cum agitur de exigendis reditibus, & sorte, omnibus creditoribus anterioribus emptoris, quod dicit se sæpè numero vidisse observatam in praxi. Rectè autem adnotavit Gaspar Roderic. *de annuis redditib. lib. 2. q. 22. ex n. 1.* concessionem prędii ad censum *tribus modis* posse fieri. Aut concedendo rem in emphyteusim reservato directo dominio, in quo casu proculdubio ampliatio Feliciani *dubitationem* non habet,quoniam venditor manet dominus directus rei in emphyteusim concessæ,& sic quoties illam petit,aut redditum ex ea petit rem suam, aut fructus ejus, circa quam nullum jus potest competere creditoribus, emphyteutæ, quod non cedat juribus domini directi, & posterius sit, quemadmodum item contingit in feudo, ut animadvertit Ponte *decis. 4. ex n. 9.* Secundò, ita ut transferatur in accipientem dominium integrum, tàm utile, quàm directum, verum reservatio redditu annuo, & iste contractus dicitur census reservativus. Tertiò, ita ut in concessionarium transferatur, etiam integrum dominium utile, & directum; sed concessionarius ipse imponat super illa re empta censum ad rationem quinque, vel septem pro centenario, habito *respectu ad quantitatem pretii prædii* empti: qui dicitur census consignativus,& cœleritate conjungendarum actionum occultatur sub hac conventione duplex contractus, ut aliàs in *l. 3. §. sed si debitorem, ff. de donation. inter.* Primus venditionis prædii, alter venditionis census,& uterque ex contrahentibus est emptor,& venditor. Qui constituit censum consignativum emit prædium,& vendit censum: qui verò ven-

dit prædium, simul emit censum. De differentiis inter ista duo censuum genera consignativi, & reservativi, latè agit Gaspar Rodericus *ubi supra*, & Avendañ. *de censibus, ex cap.* 13.

23 Quod verò attinet ad limitationem Feliciani, quamvis sit in praxi recepta, existimo multum deviare ab æquitate *dict. l. licet*, & ratione decidendi à nobis tradita. Quoniam, qui concedit prædium ad censum, non confert beneficium in emptorem, neque in creditores ejus, neque auget ejus patrimonium, sed potius minuit. Etenim si prædium concessum pro censu sit urbanum, eget multis reparationibus, ut conservetur, quæ faciendæ sunt ex patrimonio debitoris, anterioribus creditoribus obligato, subjectum est periculo ruinæ, vacationis à locatione, & sic cessationis fructuum: at creditor census semper recuperat reditus, seu tertias uniformes, liberas ab omni sumptu, quæ nunquam cessant, sive locetur domus, seu non locetur, & si istæ non percipiuntur ex domo vendita, solvuntur à debitore ex proprio patrimonio. Si verò prędium concessum pro censu sit rusticum, eget maximo sumptu, & expensis pro colligendis fructibus, subjacet frequentissimis sterilitatibus: experientia docet, non correspondere fructus, qui dicunt deductis expensis, *l. si à patre, vel domino* 36. §. *fructus, ff. de petit. hæreditat. l. fundus, qui* 52. *in princip. ff. famil. erciscund. l. quod in fructus* 46. *ff. de usuris, l.* 39. *tit.* 28. *p.* 3. redditibus annui introitus ad rationem septem pro centenario notat Gaspar Roderic. *de annuis redditibus, lib.* 1. *q.* 6. *n.* 22. Et dubitari non potest, censum prædio fructuosiorem esse cæteris paribus, & melioris conditionis, qui non subditur sterilitatibus, nullis eget expensis ad recolligendos fructus, non subest periculo latronum, aut incendiariorum, in hoc Regno frequentium, non casmatibus, non terræmotibus, non tempestatibus, cujusmodi frequentia pericula ob peccata nostra hisce diebus oculis nostris vidimus. Igitur qui prædium pro censu permutat, non prospicit emptori, sed sibi ipsi, non utilitati proximi, sed suæ, neque illum afficit beneficio, aut ejus creditores: imò sæpè numero exigit reditus non ex fundo vendito, aut pretio fructuum ejus, sed ex patrimonio debitoris prioribus creditis obligato, & in eum rectè cadunt verba J. C. *in l. si pupilli* 6. §. *sed & si quis, ff. de negotiis gestis*, ibi: *Suum enim potius quàm meum negotium gessisse, qui eum deprædandi causa accedit suo lucro, non meo commodo studet.* Indignus ergo est privilegio prælationis indulto per *dict. l. licet*, gratuitis mutuatoribus, ob rationes supra consideratas, quæ nullatenus in dicto casu militant. Ac per consequens ego censeo, in prædicto casu non esse isti concessori prædii ad censum, sive consignativum, seu reservativum concedendam prælationem contra creditores anteriores censatarii. Nec me movet, quòd opinio Feliciani admittatur in praxi judiciorum, in quam mille errores irrepserunt, & quæ sæpè numero deviat ab æquitate, deviat à jure, seu id efficiat ignorantia propter repentina, & inconsiderata judicia, seu perturbatio, & affectus judicantium. Deus scit. Vidi sæpè sæpius inconsideratè, sine studio, & sine magna juris notitia judicari, & decidi casus difficillimos. Dolendum malum, sed insanabile. Monuit nos Sapiens Ecclesiastes 5. *n.* 7. *Si videremus calumnias egenorum, & violenta judicia, & subuertit justitiam in provincia, nè miraremur super hoc negotio*, nimirum credidit futura frequentia.

24 Quartò ampliat Cepolla *cautela* 124. *n.* 1. *sub* §. *ex quo nota unam cautelam, vers. Potes etiam ex prædictis aliam colligere cautelam*, ad alium casum, videlicet, ut si quis emat rem ab uno, qui est gravatus ære alieno, & dubitet, quòd res sibi vendita non evincatur à suis creditoribus, debet tunc dicere venditori, volo, quòd pecunia mea convertatur in emptionem fundi, qui mihi sit specialiter obligatus pro evictione: & tunc si evinceretur res vendita, ille emptor erit potior omnibus creditoribus in illo fundo empto de pecunia sua. Et dicit benè notandum, nihil tamen allegat.

Ego

25 Ego multum dubito de hac cautela, & ampliatione, , imò verò eam existimo falsam. Primò,quia iste emptor prædii creditoribus anterioribus obligati patrimonium debitoris diminuit , & negotium suum agit, non debitoris,neque creditorum anteriorum. Igitur nullum potest acquirere privilegium contra creditores anteriores. Secundò, quoniam magnus est error credere; quòd pecunia, qua emitur ille posterior fundus hypothecatus specialiter pro evictione fundi prius venditi à debitore anteriorum creditorum, dicatur esse illius,qui fundum à debitore emit. Pecunia enim, quam quis dat pro pretio rerum à se emptarum non amplius est emptoris, cùm venditori numeratur,sed fit, & dicitur pecunia venditoris. Non solum quia pecunia fit ejus,cui numeratur in omni genere contractuum, ut in mutuo, *l.* 2. *§. appellata , ff. si cert. petat. l.* 1. *§. mutui datio, ff. de action. & obligat. princ. Instit. quib. mod. re contra oblig.* & in deposito, dum ita deponatur pecunia, ut ea depositarius uti possit , juxta *l. Lucius* 24. *l. die sponsaliorum* 25. *ff. depositi*, Peguera *decis.* 58. *ex n.* 4. Salernitanus *decis.* 60. *n.* 4. & 5. Ponte *cons.* 56. *ex n.* 1. quia tunc depositum egressum depositi notissimos terminos transit in mutuum , *l. certi condictio* 9. *§. ult. ff. si cert. petat.* item si deponatur pecunia , ita ut ex ea recipiantur usuræ, quia similiter depositum transit in mutuum, *l. si hominem* 7. *§. quoties, ff. depositi*, Barbosa *in l. si eum dotem* 23. *§. final. n.* 32. *in fin. ff. solut. matrim.* & latè Surdus loquens in genere , *cons.* 4. *n.* 10. & *seqq.* & *cons.* 528. *n.* 16. & *n.* 29. *cum seqq. lib.* 4. sed etiam, quia pecunia debita venditori pro pretio rei suæ non potest dici emptoris pecunia , alioqui emptor acquireret rem venditam sine amissione pecuniæ , haberetque rem , & pretium , quod esset iniquissimum , *l. exempto* 11. *aliàs l. emptorem* 12. *§. qui autem, l. Julianus* 14. *§. ex vendito, l. bona fides* 52. *ff. de action. empt.* Bart. *in l. si debitor* 7. *n.* 2. *in fin. per textum ibi, & in l. sequenti, ff. quæ in fraud. cred. d.l. curabit* 5. *& in l. fruct.* 13. *C. de act. empt.* Bellon. *decis.* 194. *in princ. & n.* 1. Non ergo potest verificari quod dicitur *in d.l. licèt* , ibi: *Eum , cujus pecunia prædium comparatum probatur* , illa enim pecunia, qua prædium in casu,de quo loquimur comparatum est , non potest dici ejus esse, qui illam solvit , seu dedit pro primo fundo sibi vendito, sed est propria venditoris, ejusdemque debitoris priorum creditorum,acquisita ex pretio fundi venditi, quæ simulatque facta est sua, contraxit anteriorum creditorum hypothecam, *l. cùm tabernam* 34. *§. fin.* ubi Bart. *ff. de pign.* & quando implicatur in novam emptionem alterius prædii,quantumvis illi imponatur specialis hypotheca pro evictione primi, non causabit prælationem creditori secundo, sed erit hypotheca specialis secunda post priorem generalem , in qua etiam servanda est regula,ut qui prior sit tempore, potior sit jure , *l. qui generaliter* 2. *ff. qui potiores, l. si generaliter* 6. *C. eod. tit.* Negusant. *de pignor. 5. p. membror.* 2. *ex n.* 39.

26 Quintò, alii ampliandam credunt *d.l. licet* (& hæc ampliatio parum differt à præcedenti) ad casum quo quis dat pecuniam debitori priorum creditorum in pretium annui reditus sibi venditi,non tamen liberam, ut ea possit uti ad suum libitum, sed vinculatam, ut ex ista pecunia ematur aliquod prædium , in quo iste reditus imponatur, & sit obligatum specialiter pro ipso annuo reditu. Si enim iste reditus ob cessationem solutionis tertiarum rescindatur petente creditore capitale, & tertias non exactas , aut agentibus creditoribus anterioribus hypothecaria contra hunc fundum , quoad illum præferendus erit secundus creditor , qui dedit pecuniam ad fundum comparandum , quamvis ipse per illam eandem pecuniam emerit annum reditum super fundo , tanquam in re ex sua pecunia empta. Ita sentit Franchis *decis.* 97. & *decis.* 369. Gaspar Roderic. *de annuis reddit. lib.* 2. *q.* 20. *per totam, propriè n.* 12. ubi refert sic censuisse Senatum Pintianum , & *n.* 13. *in fin.* eandem sententiam significat Ponte *decis.* 34. *ex n.*

3. tametsi non satis declaret. Et revera hęc limitatio ita in hoc Regno judiciorum usu recepta est, ut jam de illa non dubitetur.

27 Ego verò non solum de hac ampliatione dubito, sed illam etiam existimo falsam, & sine fundamento, cùm non aliud habeat, quàm text. *in d.l. licet*, quæ nimis distat ab hoc casu, & ejus ratio decidendi nullatenus in illam cadere potest. Et præterquam contra illam faciunt omnes rationes, quas expendimus contra quartam limitationem supra traditam. Item, contra tertiam, & hic præsiùs urgebimus, nunc expendo, eum, qui dat pecuniam debitori ad emendum prædium, super quo censum constituat, nullum beneficium in illum conferre, neque erga illum exercere liberalitatem, sed suam propriam utilitatem quærere, neque afferre commodum anterioribus creditoribus, quibus utilius esset, debitorem carere prædio empto ex illa pecunia, quam secundus creditur attulit, & dedit debitori, ut censum emeret, quàm ut illud habeat eorum debitor cum onere census; cùm regulariter onus redituum excedat utilitatem fructuum, ut considerabimus *supra n.* 23. præsertim si census venditus esset ad rationem septem, vel octo pro centenario, pretium autem ejus, & pecunia pro illo data, conversa fuisset in emptionem feudi (quod est in hoc Regno frequentissimum) ex quo colliguntur fructus ad rationem quatuor, vel quinque ad summum pro centenario. Hoc est evidens damnum anteriorum creditorum. Ergo nulla est ratio, cur iste secundus creditor habeat privilegium contra creditores anteriores; & cur illud lex indulgeat ei, qui sui lucri causa pecuniam dedit ad emendum censum.

28 Secundò, quia creditor pecuniæ depositæ, ex qua usuras accipit, amittit privilegium inter cæteros creditores personales, quod habiturus erat, si usuras non exigeret, *l. si hominem 7. §. quoties, ff. depositi, l. ventri 8. §. in bonis*, ubi notat Ripa *n. 3. & 4. ff. de privil. cred.* Pichard. *in l. privilegia 16. n. 45. ff. de privil. credit.* quam inseruit *in §. quædam actiones 20. Instit. de actionib.* Meirer. *tract. de pignorib. lib. 2. tit. 8. n. 17.* Rodriguez *de concursu credit. 1. p. art. 6. n. 52.* Thusc. *litter. C. concl. 1058. ex n. 14.* post Paul. Castrens. *concl. 285. visis, & ponderatis, n. 4. vol. 1.* Castillo *quotid. controvers. lib. 3. cap. 16. n. 53. 63. 64. & 65.* & Antonius de Amato *var. resol. lib. 1. resol. 3. n. 73.* negat privilegium concessum à *l. interdum*, mutuanti ad refectionem ei, qui dat mutuum sub usuris, & multos allegat. Idem sentit Gaspar Roderic. *de annuis redit. lib. 2. q. 20. ex n. 13.* & iterum dicam *infra disp. 31. n. 16.* Ergo qui sui lucri causa dat pecuniam debitori anteriorum creditorum ad emendum reditum annum, ut reditibus gaudeat, amittet etiam privilegium inter creditores hypothecarios, quod habiturus fuerat, si pecuniam dedisset gratis mutuam ad emendum prædium sine suo lucro, & sic non erit præferendus anterioribus. Nec dicas, eum, qui accipit usuras ex pecunia depositа amittere privilegium depositi, quia tunc depositum transit in alium contractum, videlicet mutui, ut dicebam *supr. n. 25.* Nam hic etiam mutuum, quod est privilegiatum juxta *d. l. licet*, transit in alium contractum venditionis census, qui nullo jure invenitur privilegiatus. Ergo omnia à pari procedunt, & propterea rectè colligitur, amissurum istum emptorem census privilegium prælationis inter creditores hypothecarios, quemadmodum ille alter usuras exigens amittit privilegium inter debitores personales.

29 Confirmatur ex doctrina Bart. *in l. quòd quis 18. ff. de privil. cred.* ubi objiciens sibi, cur qui vendit habita fide de pretio, non habeat privilegium in pretio, & habeat illud mutuans, ut ematur navis. Respondet, rationem disparitatis esse, quòd mutuans dedit pecuniam gratis, ideò habet privilegium, si autem mutuaret sub usuris, non haberet privilegium, qui autem vendit habita fide de pretio, non facit ex mera liberalitate, sed propter lucrum, quod habet ex venditione, & Ripa *in d.l. si ventri, §. in bonis, n. 9.* ait: *Adde, quod creditores gratuiti præferuntur fœneratoribus,*

bus, etiam in re empta ex pecunia uſurarii ad hoc emendum ſpecialiter mutuata, quia creditor principaliter videtur mutuaſſe propter lucrum. Eadem iterum dicit *in l. Senatuſconſ.* 1. *n.* 7. *ff. in quib. cauſ. pign. vel hypoth. tacitè contrah.* ſequitur Thuſcus *litter. H. concluſ.* 131. *n.* 31. Aſinius *tract. de execution.* §. 7. *cap.* 51. Ergò apertè ſentit nobiſcum, creditorem, qui ſui lucri cauſa emit cenſum, non habiturum privilegium anterioritatis in re comparata ex pecunia in cenſum data, qui ſunt termini fortiores. Nam uſuræ ex mutuo ſolvuntur, & ſic magis accedunt ad caſum *d. l. licet*, quæ loquitur de mutuo, ut dictum eſt: at reditus cenſus ſolvuntur ex venditione, qui eſt caſus longè diſtantior. Et mirandum eſt, Gaſp. Rodericum, qui harum rationum meminit, quæ planè urgent contra ſententiam, quam ibi ſequitur, nihil ad illas reſpondiſſe.

30 Tertiò, quoniam prædium, de quo modò agimus, non eſt emptum ex pecunia ſecundi creditoris ementis cenſum, ſed eſt emptum ex pecunia debitoris, qui cenſum vendit. Ergo ſecundus creditor nullum privilegium poteſt acquirere contra creditores anteriores, ob textum *in d. l. licet*, quæ privilegium anterioritatis concedit illi, ex cujus pecunia prædium comparatum eſt. Antecedens probatur evidenter, quoniam ut rectè notat Gayl. *obſerv. practicar. lib.* 2. *obſerv.* 12. *n.* 1. & 2. pronomen *meum*, denotat dominium, *l. ſolam* 49. §. *meum, ff. de rei vendic. l. quintus mutius* 27. §. *argumento, ff. de auro, & argento legat.* non poteſt autem creditor ſecundus vocare ſuam pecuniam debitori datam pro cenſu vendito, & quam ipſe debitor accepit tanquam pretium rei à ſe venditæ ſibi debitum; quemadmodum pecunia apud me exiſtens, longo tractu à diverſis dominis à me derivata, & à me juſtis titulis acquiſita, non eſt illorum dominorum, ſed mea. Ita pecunia, quæ recipitur à venditore cenſus, tanquam pretium debitum ſibi ob venditionem cenſus, non eſt amplius pecunia ejus, qui cenſum emit, eamque in rem ſibi utilem collocavit, debebatque ſolvere ob pretium empti cenſus, ſed venditoris cenſus; alioqui & cenſus emptus eſſet ſuus, & pecunia, qua illum emit, haberetque ſimul rem, & pretium. Præſertim cùm ſpectato rigore juris pecunia ex ſola numeratione fiat propria accipientis, ideò mutuum dicitur, quia de meo tuum fit, *l.* 2. §. *appellata, ff. ſi cert. petat. l.* 1. §. *mutui datio, ff. de act. & obligat.* ſingularis, & elegans textus *in l. ſi ventri* 8. §. *perveniſſe ff. de privil. credit.* benigna verò juris interpretatione illa pecunia, quæ numeratur debitori conceſſa gratis ad emendum prædium, etiamſi per numerationem debitoris facta, dicitur adhuc creditoris, cùm incontinenti poſtquam debitori numerata eſt, pervenit ad manus venditoris prædii, *in quo debitor hypothecam ſpecialem* conſtituit in favorem ſecundi creditoris, *d.* §. *perveniſſe.* Aliud planè eſſet, ſi emptio prædii fieret ex intervallo, & interim pecunia apud debitorem permaneret, tunc enim non poſſet dici pecunia creditoris, ut in prædicto §. *perveniſſe.* Pecunia verò non gratuita, ſed quæ ad debitorem titulo venditionis pervenit, illique debebatur, non poteſt dici pecunia creditoris, quod cum judicio animadvertit Ponte *conſ.* 87. *n.* 20. *vol.* 1. Igitur prædium, quod debitor ex illa pecunia emit, non poteſt dici comparatum ex pecunia creditoris, qui cenſum emit; ac per conſequens quamvis ex conventione cum debitore poſsit fieri, ut res ex illa pecunia empta ſit ſpecialiter creditori obligata, non poterit in hoc caſu communicari prædicto ſecundo creditori privilegium prælationis, contra creditores anteriores indultum per *d. l. licet*, cùm conditiones ab illa requiſitæ non ſerventur, nullamque juris prærogativam, & anterioritatem in re ſic empta, & hypothecata acquiret; ſed habebit locum ex tempore inter alios creditores. Nam quamvis debitor poſsit hypothecæ ſubjicere quamlibet *rem ſuam in favorem ſecundi creditoris*, non poteſt voluntate ſua illum prioribus præferre, & res à ſe acquiſitas à priorum creditorum nexu liberare, illoſque aut excludere, aut poſtponere, niſi ſervatis condi-

ditionibus text. *in d.l. licet*, à cujus littera, mente, & ratione casus prædictæ quintæ ampliationis omninò alienus est.

31 Atque ut hujus postremæ rationis vis evidentius appareat, fingamus, Petrum dedisse Paulo mille ducatos pro pretio census, quem impositurus sit super domo ex illa pecunia emenda à Joanne. Paulum autem illam pecuniam, quę est pretium census, tradere Joanni vinculatam, ut ex illa emat massariam cum speciali hypothecapro evictione prædictæ domus à Joanne venditæ. Tunc inquiram, an Paulus in hac massaria acquirat prælationem contra creditores Joannis, juxta cautelam Cepollæ, de qua *supra n.* 24. an verò non acquirat? Siquidem non acquirit. Ergo simili modo non acquiret Petrus prælationem in domo contra creditores Pauli. Non enim potest assignari major ratio in uno casu, quàm in altero. Si verò Paulus in massaria acquirit prælationem, planè dicendum est, massariam esse emptam ex pecunia Pauli, quoniam illo soli conceditur privilegium prelationis per *d.l. licèt*, *C. qui potiores*, cujus pecunia emptum fuit prædium specialiter hypothecatum. Si autem pecunia fuit Pauli, ergo non fuit Petri, à quo primum fuit profecta, quia duorum insolidum esse non potest, *l. si ut certo*, *§. si duobus vehiculum*, *ff. commodati*.

32 Neque hic habet locum ratio illa ab aliquibus nimium exagerata, quod nullam possint creditores anteriores habere quærimoniam, si creditor secundus auferat rem, quæ sine ipsius pecunia quæsita non fuisset debitori, quam expendit Franchis *decis.* 97. *n.* 4. & 6. Nam imò habere possunt justam quærimoniam cùm res illa non sit quæsita debitori cum ejus lucro, sed potius cum damno, cùm illi gravius onus impositum fuerit, quàm sit pretium ipsius: Et sic secundus creditor parum attulit ad patrimonium debitoris, & multum aufert, cùm & tertias exigat fructibus rei pretiosiores, & interesse etiam tertiarum juxta hujus Regni consuetudinem. Quare iniquum erit, ipsum auferre rem, quæ debitoris patrimonium ita oneravit, ut opus fuerit ex illo supplere reditus, cùm fructus non ascenderint ad valorem tertiarum, & earum interesse, & post exhaustum patrimonium debitoris anterioribus creditis obnoxium velle prę ferri etiam quoad sortem.

33 Secundò, quia sæpesæpiùs contingit pecunia unius creditoris acquiri rem aliquam debitoris patrimonio, & illum non præferri cæteris quoad illam, sed in concursu creditorum communi jure uti debere, ut qui prior sit tempore, potior sit jure: ut apertè probat text. *in l. quamvis* 17. *C. de pign.* & *in l. quidam fundum* 16. *ff. de in rem verso*, & docet Baldus *in l. prætextu debiti* 4. *n.* 5. *C. commodat.* & *in l. licet*, *n.* 2. *C. qui potiores*, Alex. *in l. si cùm dotem* 23. *§. si mulier*, *n.* 5. *ff. solut. matrim.* Jason *in l. creditor, qui ob restitutionem* 25. *n.* 5. *ff. si cert. petat.* Negusant. *de pignor.* 5. *p. membr.* 2. *n.* 3. Gayl. *pract. observ. lib.* 2. *observ.* 12. *n.* 2. Conanus *lib.* 4. *commentar. jur. civil. cap.* 17. *n.* 12. Barbosa *in d.l. si cùm dotem*, *§. fin. n.* 31. & 34. *ff. solut. matrim.* Zasius *in l. quod quis*, *n.* 3. & 4. *ff. de privil. credit.* Stracca *de decoctorib.* 3. *p. ultim. partis*, *n.* 8. 9. & 10. Bart. *in d.l. si cùm dotem*, *§. si mulier*, *n.* 10. Gizarell. *decis.* 62. *ex n.* 5. Hieron. Laurent. *decis.* 96. *n.* 1. Maynardus *decis.* 45. *lib.* 2. Grivellus *decis.* 56. *n.* 1. Faber. *lib.* 8. *C. tit.* 7. *diffin.* 6. Ripa *in l. si ventri*, *§. in bonis*, *ex n.* 6. *ff. de privil. credit.* Parlador. *lib.* 1. *rer. quotid. cap.* 8. *n.* 1. Gutierr. *lib.* 3. *pract. q.* 99. *ex n.* 3. Matienzus *in l.* 7. *tit.* 16. *lib.* 5. *Recop. gloss.* 5. *ex n.* 6. & est communis Doctorum sententia, nisi venditio esset dolosa, ex qua non transfertur dominium, ut notant Grivellus *decis.* 56. *ex n.* 8. Gizarell. *decis.* 62. Surdus *cons.* 528. *n.* 6. *lib.* 4. Stracca *de decoctorib.* 3. *p. n.* 31. quæ est solemnis limitatio prædictæ conclusionis, quam etiam tradit Maynardus *decis.* 46. *lib.* 2. Igitur requiruntur ad acquirendam istam prælationem omnes conditiones, quas requirit text. *in d.l. licet*, quæ solum dat prælationem mutuanti gratis ad rem emendam, non ementi, & ad suum lucrum, commodum, & securitatem vinculan-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

lanti pecuniam debitoris, ut ex illa aliam rem emat,& dupliciter illum gravanti cum maxima iniquitate; primò, ut tradat rem venditam pro pecunia illi data; secundò, ut non utatur pretio explicito, & libero rei suæ venditæ, ut deberet, sed suam pecuniam teneat servam, & vinculis inclusam sine ullo suo, aut anteriorum creditorum commodo. Facit *l. cùm quidam 24. in princ. C. de legat.*

34 Sextò alii ampliandam credunt *d. l. licet*, ut privilegium ibi secundo creditori concessum contra priores extendatur etiam contra dotem,quę ampliatio est controversa, de qua vide text. *in §. his consequens, seu in §. quæsitum est, in Auth. de æqualit. dotis, collat. 7. seu novel. 97. cap. 3.* qui denegat hoc privilegium agenti contra dotem,Socin. Juniorem *cons. 10. n. 11. p. 3.* Baldum novell. *de dote, p. 10. n. 3. & 35.* Negusant. *de pignorib. 5. p. membr. 2. n. 17.* Cepollam *cautela 124. n. 1. in fin.* Greg. Lopez *in l. 30. tit. 13. p. 5. gloss. 4. circa fin.* Covarr. *lib. 1. variar. cap. 7. n. 2. ex vers. Præter hæc,* Castillo *decis. 204. ex n. 6. lib. 3.* Gutierr. *pract. quæst. lib. 3. q. 100.* Gasp. Roderic. *de annuis redit. lib. 2. q. 20. n. 6. & 7. cum seqq.*& ibi dicit, juxta hanc ampliationem sæpius judicasse Senatum Pintianum, Barbosam *in l. 1. 6. p. n. 11. & 12. ff. solut. matrim.*

SUMMA DISPUTATIONIS XXIX.

1 *PErnitiosus est timor eorum, qui nolunt consulere, nisi ubi reperitur determinatum à Doctoribus.*

2 *Creditor ex causa alimentorum præferendus est omnibus creditoribus etiam hypothecariis anterioribus.*

3 Constitutio Extravagans Pii V. & Gregorii XIII.

4 *Jus Civile, & Canonicum se invicem coadjuvant,& in iis, quæ per unum non sunt statuta, recurritur ad aliud.*

5 *Creditor ob impensas factas pro conservatione rei præfertur omnibus creditoribus anterioribus.*

6 *Qui dat alimenta animali, ut equo, aut bovi, præfertur omnibus creditoribus domini in eorum pretio.*

7 *Creditor expensarum factarum in ægritudine, in medicamentis,& alimentis ægroti, funereque defuncti præfertur aliis creditoribus anterioribus.*

8 *Qui redimit captum ab hostibus, contrahit hypothecam in libero homine.*

9 *Alimenta data in computatione patrimonii debent deduci tanquam expensæ necessariæ.*

10 *Ex bonis debitoris sequestratis ad instantiam creditorum subministranda sunt alimenta domino bonorum.*

11 *Decisio Sacri Consilii.*
Decisio, in qua non satisfit rationibus partis adversæ non fit ab intellectu, sed à voluntate, & à similibus decisionibus summopere est cavendum, ibid.

12 *An famuli debitoris sint præferendi in salario cæteris creditoribus, proponitur.*

13 *Salarium famulorum necessariorum præfertur aliis creditoribus, etiam anterioribus.*

14 *Debitum ex salario famulorum est debitum alimentorum.*
Qui tenetur alere, tenetur præbere servitores, & famulos, ibid.

15 *Qui tenetur alere dominium, tenetur alere servitorem.*

16 *Salaria,& expensæ famulorum censeri debent onera fructuum Ecclesiæ vacantis.*

17 *Debitum ex salario famulorum censeri debet pars debiti alimentorum.*

18 *De jure Castellæ quid circa salarium famulorum statuatur.*

19 *Hypotheca inventorum, & illatorum in domo à lege introducta præfertur aliis hypothecis anterioribus pro pensione, seu pretio locationis.*

DISPUTATIO XXIX.

Utrum creditores ex alimentis prę ferantur creditoribus hypothecariis anterioribus ex cæteris causis?

1 QUoniam non inveni disputationem istam ex professo tactam apud eos,

eos, qui de concursu creditorum, neque apud eos, qui de alimentis tractarunt, tametsi ex facto de illa viderim dubitatum, libuit resolutionem ejus deducere ex iis, quæ in diversis locis obviter Doctores dixerunt. Etenim, ut benè dixit Paulus de Castro *in l. Clodius 96. n. 7. ff. de acquir. hæredit.* Pernitiosus est timor, & miserrimus intellectus eorum, qui nolunt consulere, nisi ubi reperitur determinatum à Doctoribus, etiam stante æquitate, & optimis juris rationibus. Qualiter enim (ait) scientia nostra fuisset augmentata, si ita fecissent antiqui?

2 Igitur ad rem accedentes sit conclusio. Creditorem ex causa alimentorum, seu pecuniæ datæ ad alimenta debitoris communis, præferendum esse omnibus creditoribus anterioribus, habentibus etiam expressam hypothecam. Hanc sententiam expressiùs omnibus (quos viderim) amplexus est Felicianus *de censibus, tom. 2. lib. 3. cap. 5. n. 12.* quem sequitur Rodriguez *de concursu creditorum, 1. part. art. 3. ex n. 19.* Allegat autem pro ea Cavalcan. *decis. 44. n. 46. & 47. lib. 1. & dec. 5. n. 9. 18. & 19. lib. 2. & in indice lib. 1. verb. Alimentarius, & verb. Creditor, verb. Custos, & verb. Hospes,* & Decian. *respons. 108. ex n. 23. vol. 2.* Verùm isti (si locum Indicis Cavalcani excipias) non asserunt expressè hanc conclusionem, sed adducunt quasdam allegationes, & doctrinas, ex quibus tanquam ex argumento potest colligi: quas etiam nos inferius adducemus. Potuit etiam eadem ratione pro eadem parte allegari Cavalcan. *dec. 23. num. 31. eod. lib. 1.*

3 In primis hæc conclusio probatur expresso jure Canonico *in Bulla 15. Extravag. Pii V.* incipit: *Cupientes, tom. 2. Bullarii novi,* & ejus declarationibus motu proprio expeditis, in quarum *prima §. 3.* ita dicitur: *Porrò in satisfactione creditorum dictorum Cardinalium, & Prælatorum in Romana Curia decedentium talis ordo servetur, &c. in §. 4. sequenti. Prior causa sit eorum, qui pro usu dictorum Cardinalium, & Prælatorum, eorumque familiæ res cibarias dederint; & §. 5. Secunda eorum, qui res vestiarias, & ad usum corporis ipsorum, non autem ad ornatum, vel pompam necessarias subministraverint, quandoquidem ex causis hujusmodi creditores, ut plurimum sint pauperes, vel mercatores, qui pro illis advehendis innumera pericula subeunt; & sine illis præfati Cardinales, & Prælati statum eorum dignitatis, usque ad obitum minimè sustentare potuissent, & requisiti utique verisimiliter omnem honestam obligationem, etiam cum juramento, & in forma Cameræ contraxissent; & §. 6. Tertia verò causa sit præfatorum mercenariorum, quibus certa constituta merces appareat: quibus satisfactis, in cæteris servetur jus commune. Quod non tantum in futuris, sed etiam in pendentibus negotiis locum habere decernimus, etiam si ex alia causa creditores instrumenta, & obligationes, etiam in forma Cameræ habeant.* Quæ constitutio confirmata est per aliam constitutionem Gregorii XIII. motu proprio expeditam, contentam in *Bulla 71. ejusd. Greg. XIII.* incipit: *Cùm sicut accepimus, eod. tomo secundo Bullarii novi.*

4 Succedit igitur doctrina celebris, & apud omnes indubitata, nempè jus canonicum, & civile se invicem coadjuvare, *cap. leges, cap. si in adjutorium, dist. 10. cap. 1.* ibi: *Quia sicut leges non dedignantur Sacros Canones imitari, ita & sacrorum instituta canonum Principum constitutionibus adjuvantur,* ubi notant omnes *de novi operis nuntiat. cap. dudum 14. de Præbend. in 6. cap. authoritate 7. de conces. Præbend. eod. lib. 6.* Quare quemadmodum in iis, quæ jure canonico statuta non sunt, recurritur ad jus civile; ita in iis, quæ non sunt statuta de jure civili, recurri debet ad jus canonicum, ut tradunt Butrius *in cap. licèt 10. n. 25.* Panormit. *n. 10.* Marian. Socin. *n. 14. de foro compet.* Felin. *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ 10. n. 49. de constit.* Joann. Lupus *in repet. Rubricæ de donat. inter, in introduct. n. 5. & n. 15.* Burgos de Paz *in l. 1. Tauri, n. 599.* Castillo *ibid. ad verb. Primeramente,* Montalvus *in l. 4. tit. 5. lib. 1. fori, ad verb. Acuerde en uno,* Didac. Perez *in proœmio ad ordinationes Regias, quæst. 3.*

Ola-

Olanus *in præfatione ad librum Antinomiarum*, *n.* 5. Cùm igitur expreſsè ſtatutum ſit de jure Canonico, creditores ex cauſa alimentorum eſſe præferendos cæteris, etiam hypothecariis: & de jure civili nihil reperiatur contrà ſtatutum; imò multa ſimilia, ſequendum erit hac in re jus canonicum.

5 *Nec deſunt multa in jure civili conſtituta*, quæ hanc ſententiam coadjuvent, & confirment. Nam ſecundò occurrit, quoniam creditor ob impenſas factas pro conſervatione rei præfertur omnibus anterioribus creditoribus, *l. interdum 5. ff. qui potiores: Illius enim pecunia ſalvam fecit totius pignoris cauſam, l. hujus 6. ff. eod. l.* 28. *&* 29. *tit.* 13. *p.* 5. & ibidem Gregor. Ex quo fit, ut creditor ob impenſas factas pro *conſervanda apotheca mercium* debitoris, pro alimentis, & ſalariis Inſtitutorum, & aliis ejuſmodi, ſit præferendus quibuſcunque aliis creditoribus hypothecariis anterioribus, in pretio mercium. Et generaliter, qui expendit pro conſervanda re, præfertur omnibus creditoribus in re conſervata, juxta præfatam *l. interdum*, cum *d. l. hujus*, ut notant ibi omnes Scribentes, & ubi ſupra relati Cavalcan. & Decianus Roman, *ſingul.* 336. Neguſant. *de pignorib. 5. p. memb.* 2. *n.* 15. *&* 7. *p. memb.* 3. *ex n.* 14. Natta *conſ.* 536. *ex n.* 8. *tom.* 3. Menoch. *de recuper. poſſ. remed.* 11. *n.* 8. Aſinius *de executionib. §.* 7. *cap.* 13. Caſſanæus *in Catal. gloriæ mundi*, 12. *p. conſiderat.* 99. *limit.* 3. Thuſc. *litt. H. concl.* 131. *n.* 27. Pichard. *in commentar. l. privileg.* 16. *ex num.* 36. *& n.* 79. *ff. de privil. creditorum, inſerto in §. quædam actiones* 20. *Inſtit. de actionib.* Ergo, qui eſt creditor ratione alimentorum, quibus conſervatur vita hominis, & ex conſequenti ejus patrimonium, præferendus eſt aliis omnibus creditoribus quantumcumque hypothecariis, & privilegiatis, quoniam, ut eleganter adnotavit ingenio, & eruditione inſignis, humanitate, & omni virtutum genere ornatiſsimus D. Petrus Jordanus Urſinus S. R. C. Neapolitani Præſes, in elegantiſsimo ſuo *lib. de ſucceſsione feudor. p.* 2. *q.* 1. *art.* 1. *n.* 14. *in fin.* Judices in judicando ex ſimilibus ad ſimilia procedere debent, *l. non poſſunt, l. nam & Pedius, ff. de legib.* neque enim quod legibus omiſſum eſt, omittendum eſt religione judicantium. Idem proſequitur *dict. p.* 2. *q.* 1. *art.* 3. *n.* 9.

6 Tertiò, quoniam qui dat alimenta animali, ut equo, aut bovi, præferri debet *omnibus creditoribus in eorum pretio*, & ratione hypothecæ in illis contractę poteſt ea retinere, ut docent cum multis Decian. & Cavalcan. *ubi ſupr.* Neguſant. *de pignor. d. 7. p. membr.* 3. *n.* 16. Plotus *de in litem jurando, §.* 52. *n.* 7. *&* 8. Menoch. *de recuper. poſſeſſ. remed.* 11. *n.* 9. Alciatus *de præſumpt. regul.* 1. *præſumpt.* 50. Thuſc. *litt. H. concluſ.* 131. *n.* 28. Surd. *de alimentis, tit.* 8. *privil.* 62. *ex n.* 12. Eſſet verò iniquum, & *contra rationis lumen, eſſe melioris conditionis* eum, qui credit ad alimenta equi, vel bovis, quàm illum, qui credit ad alimenta domini, equi, vel bovis.

7 Quartò, quia creditor expenſarum factarum in ægritudine, in medicamentis, & alimentis ægroti, funereque defuncti, prę fertur aliis creditoribus anterioribus, *l. impenſa funeris* 45. *ff. de religioſ. & ſumptib. funer. l.* 1. *§. de impenſa, ff. ad leg. Falcid. l. ult. §. in computatione, C. de jur. deliber. §. cùm autem, Inſtit. de lege Falcid. l.* 12. *tit.* 13. *p.* 1. ubi Gregor. *gloſſ.* 7. *l.* 30. *in fin. tit.* 13. *p.* 5. & ibi Gregor. *gloſſ.* 5. *&* 6. Riccius *collectan.* 9. *collect.* 483. *& collect.* 2081. Neguſant. *de pignorib.* 5. *part. membr.* 2. *num.* 28. Caballinus *milleloquio* 677. Covarruv. *in cap. Rainaldus* 18. *§.* 3. *ex n.* 3. *de teſtament.* Anton. Gomez *in l.* 30. *Tauri, n.* 2. Velazquez *ibi gloſſa unica, ex n.* 2. Azeved. *in l.* 13. *quæ eſt eadem l.* 30. *Tauri, ex n.* 9. Matienz. *ibi gloſſ.* 3. *n.* 2. *&* 3. Angulus *gloſſ.* 3. *ex n.* 2. *tit.* 6. *lib.* 5. *Rec.* Flores de Mena *lib.* 1. *variar. q.* 6. *art.* 3. *n.* 8. *&* 11. Gutierr. *lib.* 1. *practic. q.* 72. *ex n.* 2. Joan. Garcia *de expenſ. & meliorat. cap.* 8. *ex n.* 18. *&* *ex n.* 23. Trentacinq. *variar. reſol. lib.* 2. *tit. de actionib. reſol.* 3. *ex n.* 18. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 1. *cap.* 94. *ex n.* 1. Rodriguez *de concurſ. creditor.* 1. *p. art.* 3. *ex n.* 1. Pichard. *in commentar.*

ad l. privileg. 16. *ex num.* 23. *ff. de privileg. cred. inſerto in §. quædam actiones* 20. *Inſt. de actionib.* Surd. *deciſ.* 112. *&* *deciſ.* 255. Cavalcan. *deciſ.* 32. *lib.* 1. Franch. *deciſ.* 51. Vivius *deciſ.* 307. Marta *deciſ. ſeu voto* 83. Maſtrill. *deciſ.* 10. Maynard. *lib.* 2. *dec.* 47. *&* 48. Non eſt autem minus neceſſarium, aut minus pium, alere ſanum, quàm medicare ægrotum, aut ſuſtentare vivum, quàm funerare defunctum, imò pro alimentis, expenſis pro alendo carcerato, cuſtodi carceris, retentionem ejuſdem carcerati concedunt multi Doctores; è quibus ſunt Petrus Peckius *de jure ſiſtendi, cap.* 34. *ex n.* 2. Guido Papæ *deciſ.* 448. ubi additio Bonetonii, Mauſon. *de cauſis execut. lib.* 1. *q.* 7. *ampliat.* 26. *ex n.* 6.

8 Quintò, quia qui redimit captum ab hoſtibus, contrahit hypothecam in libero homine, *l.* 2. *&* *l. ult. C. de poſtlim. reverſ. l.* 11. *tit.* 29. *p.* 2. notat Ripa *in l.* 1. *ex n.* 16. *ff. de pignorib.* Franc. Balduinus *de pignorib. cap.* 19. Rodriguez *de concurſu creditor.* 1. *p. art.* 3. *ex n.* 15. At dare alimenta, quibus quis vitam conſervet, ſine quibus vivere non poſſet, magis eſt quàm eum captivum redimere: nam magis eſt redimere à morte, quàm à captivitate, & dare vitam, quàm libertatem.

9 Sextò, quia alimenta data in computatione patrimonii debitoris debent deduci, tamquam expenſæ neceſſariæ; ut tantò minus cenſeatur eſſe in patrimonio, quantum in ipſis eſſet expendendum. Nam ſi debitor in eis expendiſſet, tantò minus inveniretur in ejus patrimonio. Ac per conſequens, expenſis creditoris alimentorum, non ſolum eſt conſervatum patrimonium debitoris, ſed etiam auctum, in favorem cæterorum creditorum. Quare ſi iſti recuperarent ſua debita excluſo creditore alimentorum, facerent lucrum cum jactura aliena, videlicet ejus, qui ſuis expenſis aluit communem debitorem, qui ex ſuo patrimonio erat alendus. Quod alio in propoſito conſideraverunt Afflict. *deciſ.* 359. *n.* 1. *&* 2. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 2. *cap.* 257. *n.* 27. *&* 28. *&* *cap.* 343. *num.* 1. Avend. *de exequend. mandat.* 1. *p. cap.* 17. *n.* 11. Maſtrill. *de Magiſtratib. lib.* 1. *cap.* 21. *n.* 103. Rodrig. *de concurſu credit.* 1. *part. art.* 3. *n.* 18. & probat elegans text. *in l. quod privilegium* 8. *ff. depoſiti.*

10 Septimò facit, quia ſequeſtratis bonis debitoris ad inſtantiam creditorum, nihilominus ex eis ſubminiſtranda ſunt alimenta domino bonorum, dum durat ſequeſtrum, & fiunt ſubhaſtationes donec perficiatur venditio, & ſpolietur poſſeſſione, *l. ſi quando* 7. *in princip. verſ. Nam ſi tales, C. de ordine cognitionum,* & per illum textum ſenſerunt præter Doctores ordinarios ibi Bart. *tract. de aliment. n.* 44. Covarr. *in pract. cap.* 6. *n.* 5. Valaſc. *conſultat.* 1. *ex n.* 1. Gutierrez *allegat.* 12. *&* *de jurament. confirmat.* 1. *p. cap.* 17. *n.* 19. Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 72. *&* *q.* 123. *&* 129. *&* *tit.* 8. *privil.* 80. *n.* 4. Lara *in l. ſi quis à liberis, §. ſi vel parens, ex n.* 45. *ff. de liber. agnoſc.* Caballus *conſ.* 137. *part.* 2. Trentacinq. *variar. reſolut. lib.* 1. *tit. de aliment. reſolut.* 1. *n.* 39. Caſtillo *lib.* 3. *quotid. controverſ. cap.* 27. *ex n.* 32. Thuſc. *litter. A. concl.* 309. *n.* 16. Eruditiſſ. Riccius *collect.* 853. *&* *collectan.* 1425. Planè igitur alimenta præferuntur omnibus creditoribus, quantumcumque privilegiatis.

11 Hæc ſunt, quæ ſatis comprobare videntur hanc ſententiam: contra quam nihilominus judicavit S. C. in cauſa Joſephi Rotundi debitoris, in cujus bonis prætulit alios creditores Alexandro de Rentio creditori ex cauſa alimentorum datorum Scipioni Rotundo, cujus hæres erat prædictus Joſephus, & deciſio facta eſt die 12. Junii anni 1627. Sed nihil reſponſum fuit ad prædicta argumenta. Verum ex ſimilibus deciſionibus non eſt deſumendum argumentum ad id, quod faciendum eſt. Deciſionem enim, in qua non ſatisfit rationibus partis adverſæ, non facit intellectus, ſed voluntas, vel ignorantia, à quibus exemplar ad alias non poteſt aſſumi, ſed ab illis ſummoperè eſt cavendum, & utinam non eſſent multæ ſimiles. Oportet itaque diſcernere deciſiones ex rationum vi: & non eas ſequi clauſis oculis, ne cœci cæcos ducant, & ambo

in

in foveam inferni cadant, tam ducentes, quàm ſequentes.

12 Ex prædictis infertur reſolutio aliarum duarum difficultatum. Prima eſt, an famuli debitoris, qui neceſſarii ſunt ad ejus ſervitium, quibus debetur ſalarium conventum, ſint præferendi in concurſu creditoribus anterioribus ejus, cui inſervierunt? Non loquimur de ſervitoribus, ſeu famulis, qui adjiciuntur familiæ ad vanam oſtentationem, & ſuperfluum ornatum, ſine quibus quis honeſtè vivere poſſet, ſed ſolum de neceſſariis ad victum.

13 In qua Felicianus *de cenſib. tom. 2. lib. 3. dict. cap. 5. n. 12. verſ. Sed eximiam*, cenſet, ſalarium debitum famulis prædictis eſſe præferendum aliis creditis anterioribus, etiam ſub hypotheca. Cujus ſententiam ex parte ſequutus eſt Rodriguez *de concurſu creditor. 1. p. art. 3. ex n. 21.* & Larrea *deciſ. 85. n. 4. & 6.* & ego cenſeo approbandam. Probaturque primò ex prædicta *Bulla Pii V.* 15. de qua *ſupra n. 3.* incip. *Cupientes*, in cujus §. 6. ſalarium famulorum mercenariorum conſtituitur tertio loco poſt victum, & veſtitum debitoris, conſtitutorum primo, & ſecundo loco; & hæc tria debita præferuntur omnibus aliis creditoribus, etiam anterioribus.

14 Secundò, quoniam debitum ex ſalario famulorum neceſſariorum ad ſervitium debitoris, eſt debitum alimentorum: nam alimenta comprehendunt etiam ſalarium famulorum: & qui tenetur aliquem alere, tenetur præbere famulos, ſeu ſervitores, qui illi famulentur, & neceſſaria ſervitia impendant. Quia, cùm alimentorum appellatio contineat ea omnia, quæ ad vitam hominis ſunt neceſſaria, & ſine quibus neque ſubſiſtere poteſt, neque vitam colere, ut docuit text. *in l. 2. tit. 19. p. 4.* & notat Surd. *de alimentis, tit. 4. q. 6. in princip.* Cornelius Benincaſius *tract. de paupertate, & ejus privilegiis, q. 8. num. 33.* Larrea *ubi ſupr. dict. n. 4.* & multi ſint homines, qui ſine famulis vitam ducere non poſſint, nec ſibi ipſis ſervire, ſed omninò egeant famulatu, & ſervitoribus; fit, ut qui tenetur alere, teneatur etiam præbere ſervitores, & famulos, & eis dare ſalarium, aut alimenta. Animadvertit *gloſſ. in authent. de non eligendo ſecundo nubentes, §. illud quoque dudum, verb. Onera*, & ibi Bart. *n. 3.* dicit eſſe notandum Joan. Lupus *in repet. Rubr. de donat. inter, §. 68. n. 5. & 6. & in cap. per veſtras, tertio notabili, in princ. num. 2. verſ. Ad hoc eſt textus, eod. tit.* Cavalcan. *de uſufructu mulier. relicto, n. 27.* Grammatic. *deciſ. 103. n. 29.* Hippolyt. Bonacoſa *tract. de famulis, q. 245.*

15 Inde etiam fit, ut qui tenetur alere dominum, teneatur etiam alere ſervitorem, ut argumento illius textus notat Panormitan. *in cap. quanto 16. n. 4. de cenſibus*, Rebuff. *de privileg. ſcholaſticor. privil. 166. n. 279. verſ. Prætereà qui tenetur*, & qui invitat dominum, videtur invitare ſaltem unum famulum, qui maneat cum domino, ut ibidem ex quarundam provinciarum uſu, & nominatim Italiæ, refert Rebuffus, quem ſequitur Bonacoſa *in d. tract. de ſervis, vel famulis, q. 120.*

16 Item fit, ut ſalaria, & expenſæ famulorum cenſeri debeant onera fructuum Eccleſiæ vacantis, ut quicunque prætendat, aut ſe eſſe ſucceſſorem illius, aut quovis modo fructus ad ſe pertinere, debeat primùm eas expenſas deducere, & ſolvere, ut reſiduum cenſeantur eſſe fructus, juxta commune Legiſtarum proloquium, quòd fructus dicantur deductis expenſis, *l. ſi à patre, vel domino 36. §. fructus, ff. de petit. hæred. l. fundus qui 51. in principio, ff. famil. erciſc. l. quod in fructus 46. ff. de uſuris, l. fructus 7. in princip. ff. ſolut. matrim.* Et in ſpecie probat text. *in cap. præſenti 9. §. porrò, de offic. Ordinar. in 6.* ubi notat Geminianus *n. 2. & 3.* Philipp. Francus *n. 2.* Tiraquell. *de retract. lignag. §. 15. gloſſ. 1. n. 7.* Franciſc. Marcus *deciſ. 436. ex num. 1. 1. p.* Gullielm. Redoanus *de ſpoliis Eccleſiaſtic. q. 10. ex n. 33.* Gratianus *diſcept. forenſ. tom. 1. cap. 94. ex n. 30.* Flores de Mena *variar. quæſt. lib. 1. q. 8. §. 1. ex n. 4.* Habes multa de hac materia apud Solorz. *de jure Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 11. ex n. 46.* quem vide.

17 Hoc igitur debitum ex ſalario famu-

mulorum cenſeri debet pars debiti alimentorum,ac per conſequens eodem jure prælationis gaudere debet comparatione aliorum creditorum debitoris communis, quo gaudet debitum alimentorum, juxta ſuperiùs dicta; non enim debet una, & eadem res diverſo jure cenſeri, *l.eum qui ædes 23. ff. de uſucapionib.*

18 De jure Caſtellæ circa ſalarium famulorum occurrit advertendum, ſalarium famulis debitum præſcribi per triennium,numerandum à receſſu dominorum, & deinceps peti non poſſe; niſi famulus probaverit, in illis tribus annis petiiſſe ſe ſalarium à domino, & dominum noluiſſe ſolvere. Ita ſtatuitur in *l. 9. tit. 15. lib. 4. Recopil.* ad quam videndus eſt Azevedus, Gutierrez *in repet. l. nemo poteſt, n. 487. ff. de legat. 1. & de juram. confirm. 3.part. cap. 1. ex n. 20.* Dueñas *regul. 306.* Menchaca *de ſucceſſion. creatione, libr. 1. §. 10. ex n. 33.* Didac.Perez *in l. 3. tit. 13. lib. 3. Ordin. col. 1233. in princip.* Padilla *in l. ſi quas actiones 1. ex num. 43. C. de ſervit. & aqua,* Oroſcius *in l. omnes populi 9. n. 76. ff. de juſtit. & jur.* Meſsia *in legem Regiam Toleti, tit. de los terminos, in 10. fundamento, 1.p. num. 9.* Flores de Mena *variar. quæſt. lib. 1. q. 8. §. 2. ex n. 38.* Rebuff. *tom. 2. in Conſtitut. Regi. tit. de famulorum ſalariis, gloſſ. 1. ex n. 2.* Alfonſ. de Caſtro *de poteſtate legis pœnalis, lib. 2. cap. 10. ex verſ. Quintò adhuc apertiſsimè,* Molin. *de juſtit. tom. 1. tract. 2. diſp. 67. ex n. 2.* (Riccius *collect. 3787.*)

19 Secunda difficultas eſt,utrum hypotheca illa invectorum, & illatorum in domo,ſeu prædio urbano conductis,quam lex introduxit,juxta text. *in l. item quia 4. ff. de pact. in l. debitor 32. ff. de pignorib. l. Pomponius 2. l. ſi horreum 3. l. eo jure utimur 4. ff. in quib. cauſ. pign. tacit. contrahat. l. certi juris 5. C. de locat. §. Serviana, Inſtit. de actionib.* de qua Neguſant. *de pignorib. 2. p. memb. 4. ex n. 128.* utrum, inquam, iſta hypotheca, ſeu tacita à lege inducta, ſeu expreſſa conventa à contrahentibus juxta *l. contrahitur 4. ff. de pignor.* ſit præferenda hypothecis aliis anterioribus in concurſu creditorum? Et reſpondendum eſt, eſſe præferendam. Ratio eſt, quia debitum ex habitatione domus locatæ eſt debitum alimentorum. Nam alimentorum nomine continetur proculdubio habitatio: & qui debet alimenta, debet præbere habitationem, *l. legatis 6. ff. de aliment. & cibar. legat.* Lara *in l. ſi quis à liberis, §. non tantum, n. 24. ff. de lib. agnoſc.* Surdus, qui refert plurimos, *de aliment. tit. 4. q. 4. ex n. 1.* Moneta *de commutat. ultimar. volunt. cap. 5. q. 3. n. 134.* Ergo hoc debitum habet eadem privilegia, & eandem prælationem, quam habet debitum alimentorum. Et ſic memini me obtinuiſſe in quadam cauſa tanquam Advocatus in Regia Curia pro domino domus locatæ contra creditores anteriores conductoris in rebus invectis, & illatis.

SUMMA DISPUTATIONIS XXX.

1 *CReditores poſteriores ex cauſa onerosa non eſſe præferendos prioribus ex cauſa lucrativa, qui ſenſerint.*

2 *Qui prior eſt tempore, potior eſt jure.*

3 *Donationi non præjudicatur ex obligatione poſteà contracta cum Fiſco.*

4 *Creditores mariti poſteriores non poſſunt obtinere contra ſponſam donatariam.*

5 *Hypotheca contracta poſt factam donationem, rem donatam non afficit.*

6 *Donationi jure celebratæ non officit obligatio inſequutà.*

7 *Pignus prætorium prius ex cauſa lucrativa præfertur poſteriori judiciali ex cauſa oneroſa.*

8 *Donatio ante nuptias habet inter cæteros creditores ſui temporis ordinem.*

9 *Verior eſt contraria ſententia, creditores poſteriores ex cauſa oneroſa eſſe præferendos prioribus ex cauſa lucrativa, & qui Doctores id affirmaverint.*

10 *Eſt ſententia magis communis, & majori authoritate Doctorum, & rerum judicatarum fulcita.*

Donator non convenitur, niſi in quantum facere poteſt, deducto etiam ære alieno, ibid.

Ad

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Ad deducendum æs alienum, & videndum, an facere posit, spectatur tempus exactionis, ibid.

Prius reddendum est debitum, quàm impendendum beneficium, ibid.

Legata ex bonis defuncti solvenda sunt secundo loco post debita, ibid.

11 *Creditori ex persona debitoris competit eadem exceptio, quæ debitori competebat.*

12 *Beneficium donatori indultum non communicatur fidejussori, neque hæredi.*

13 *Ex beneficio donatoris resultat jus creditoribus ejusdem, ut obtineant primum locum inter credita, seu debita sui debitoris.*

Ab eo jure creditores nullo casu cadere possunt, nisi voluntate sua illi cedant, ibid.

Ex beneficio unius, quod alteri denegatur, eidem sæpè in jure provenit per accidens utilitas, cui beneficium non competeret, ibid.

14 *Qui donavit rem, ante traditionem potest eam posteriori creditori obligare.*

15 *Proponitur objectio.*

16 *Objectioni satisfit, & confirmatur prædicta resolutio.*

17 *Expenditur text.* in l. ult. §. Lucius, ff. de donat. contra prædicta.

18 *Declaratur, & ostenditur, non facere contra prædicta.*

19 *Uxor prior donataria mariti non potest se tueri adversus posteriores creditores.*

20 *Celebris limitatio ad regulam, qui prior est tempore, potior est jure. Et facit pro hac sententia.*

21 *Debitum ex causa onerosa est verum debitum, debitum verò ex causa lucrativa non videtur esse verum debitum.*

22 *Hypotheca accessoria principali obligationi, illius naturam sequi debet, neque obligat plus quàm contractus natura sua obliget.*

Privilegium donatori indultum à legibus, conceditur, non solum donatori obligato personaliter, sed etiam obligato realiter, ibid.

23 *Qui tractant de damno vitando in toto jure præferuntur iis, qui tractant de lucro captando.*

24 *Fisco agenti pro exigendis pœnis præfertur quivis creditor ex causa onerosa.*

25 *Vassallo investito de feudo, quod dicitur de Camera, seu Cavena præferuntur omnes creditores domini.*

26 *Plura fundamenta sententiæ supra approbatæ, remissivè.*

27 *Doctores allegati revera amplectuntur sententiam, pro qua sunt allegati, quidquid dicat Mantica.*

28 *Regula, qui prior est tempore, patitur multas fallentias.*

29 *Explicatur* l. 1. C. de jure Fisci, & n. 30.

31 *Explicatur* l. de rebus, C. de donation. ante nupt.

32 *Explicatur* l. quæ prædium, C. si alien. res pignor. data sit.

33 *Explicatur* l. siquidem, C. de donat. inter, *in secundo responso.*

34 *Idem est dicere, contractum esse celebratum, & esse perfectum.*

35 *Quoties in jure nominatur donatio, intelligitur cum traditione, nisi ex adjunctis constet agi de donatione, in qua non intervenit traditio, & ostenditur manifestè.*

36 Textus in d. l. siquidem, *non potest aliter exponi, alioqui repugnabit juris principiis.*

37 *Explicatur* textus in l. 2. C. qui potior.

Ostenditur quantum distet à casu præsenti, & quòd non sit ad rem, ibid.

38 *Explicatur ille* textus, *ut intelligitur ab adversariis, repugnabit juris principiis.*

Prius solvenda sunt defuncti debita, quàm legata, aut fideicommissa, ibid.

39 *Explicatur* textus in l. assiduis, §. ult.

Donatio ante nuptias non habet privilegia simplicis donationis, ibid.

40 *Hæc in hoc puncto fuerunt ante scripta.*

DISPUTATIO XXX.

Utrùm creditores posteriores hypothecarii ex causa onerosa præferantur creditoribus anterioribus, etiam hypothecariis ex causa lucrativa?

1 PRima sententia negat, creditores posteriores ex causa onerosa præferendos prioribus ex causa lucrativa: imò in hac specie locum etiam habere, ait, vulga-

garem, & ſolemnem regulam, ut qui prior ſit tempore, potior ſit jure, *cap. qui prior* 54. *de regul. jur. in* 6. *l. ſi fundus* 4. *qui potiores in pign. habe. l. ſi generaliter* 6. *eod. tit. l. quoties in utriuſque* 99. *ff. de regul. jur.* Ita ſentiunt.

1 Hieronym. Gabriel *conſ.* 82. *n.* 1. & 2. *lib.* 1.

2 Gabriel Sarayna *in addit. ad ſingul.* 71. Matth. Mathæſilani, *n.* 3.

3 Felicianus *de cenſibus*, 1. *tom. lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 25.

4 Mantica *de tacitis, & ambiguis convent. lib.* 11. *tit.* 22. *n.* 23.

5 Pichard. *in commentario ad l. privilegia* 16. *num.* 70. *ff. de privileg. cred. inſerto in §. quædam actiones* 20. *Inſt. de actionib.*

6 Fontan. *de pactis nuptial. tom.* 2. *gloſſ.* 7. *p.* 2. *n.* 23.

7 Antonius de Amato *variar. reſol. lib.* 1. *reſolut.* 26. *n.* 15. & 16.

8 Rodriguez *de concurſu creditorum*, 2. *p. art.* 1. *ex n.* 19.

9 Gaitus *de credito, cap.* 4. *quæſito* 11. *ex num.* 1235. qui non indiligenter rem tractavit.

2 Hæc ſententia probatur primò ex prædicta regula *in dict. cap. qui prior* 54. *de reg. jur. in* 6. *l.* 2. *l. creditor* 3. *in princ. l. ſi pignus* 8. *l. ſi & jure* 10. *l. potior* 11. *in princ. l. creditor* 12. *in princ. l. ſi non dominus* 14. *ff. qui potiores in pign. hab. l.* 2. *l. ſi fundum* 4. *l. prior* 5. *l. ſi generaliter* 6. *l. licet* 7. *C. eod. tit.* quibus locis traditur illa regula, ut in pignoribus potior ſit in jure, qui prior eſt tempore; durum autem erit judicare contra regulam toties repetitam.

3 Secundò probatur ex textu *in l.* 1. *C. de jure Fiſci, lib.* 10. ubi donationi non præjudicatur ex obligatione poſteà contracta cum Fiſco privilegiato creditore, & ibi obligatio fuit ex cauſa oneroſa. Ergo prior obligatio ex cauſa lucrativa donationis præfertur poſteriori ex cauſa oneroſa rationem fiſcalium.

4 Tertiò probatur ex textu *in l. de rebus* 13. *C. de donat. ante nupt.* ubi creditores mariti poſteriores non poſſunt obtinere contra ſponſam donatariam. Ergo creditor prior ex cauſa lucrativa præfertur poſteriori ex cauſa oneroſa.

5 Quartò adducitur pro hac parte *l. quæ prædium* 6. *C. ſi alien. res pign. data ſit*, ubi hypotheca contracta poſt factam donationem, rem donatam non afficit: & ex conſequenti prior creditor ex cauſa lucrativa præfertur poſteriori ex oneroſa.

6 Quintò probatur ex *l. ſiquidem* 13. *C. de donation. inter vir. & uxor. in* 2. *reſponſo*, ubi donationi jure celebratæ non officit obligatio inſequuta. Et expendebat quidam, in eo textu non dici traditionem interveniſſe in donatione, ſed dumtaxat jure celebratam, quod verbum *Celebratam*, ſignificat contractum ſolum initum, & non ſequutum traditionem, quæ ſine divinationis vitio in eo textu ſuppleri non poteſt.

7 Sextò probatur ex textu (quem quidam putabat inevitabilem) *in l.* 2. *C. qui potiores*, ubi pignus Prætorium prius ex cauſa fideicommiſſi, quæ eſt cauſa lucrativa, præfertur poſteriori judiciali ex cauſa oneroſa.

8 Septimò tandem probatur ex textu expreſiſſimo noviter invento *in l. aſſiduis* 12. *§. hac autem tantum, C. qui potiores in pign. habeant. Hæc autem tantum* (inquit) *ad dotem ſancimus, non ad ante nuptias donationem, quam ſuo tempori ſervire diſponimus: & habere inter creditores ſui temporis ordinem.* Ecce ſtatuitur, ut cauſa lucrativa, nempè ante nuptias donatio habeat inter cæteros creditores ſui temporis ordinem. Ergo ſi prior ſit tempore, potior erit in jure, & non præferetur illi cauſa oneroſa poſterior. Hæc ſunt quotquot adduci poſſunt pro hac ſententia fundamenta (23. Horatius Barbatus *in Pragmat. de aſſiſtent. gloſſ.* 7. *ex n.* 17.)

9 Contraria nihilominus ſententia, quæ vera eſt, & à nobis amplectanda, affirmat, creditores poſteriores ex cauſa oneroſa hypothecarios præferendos eſſe anterioribus hypothecariis ex cauſa lucrativa. Hanc ſententiam tuentur.

1 Cu-

1 Cumanus *in l. privileg. 16. n. 10. ff. de privileg. creditor.*

2 Jaſon. *in l. inter eos 19. n. 1. ff. de re judic.*

3 Alciatus *in l. pupillus 24. n. 14. ff. quæ in fraudem creditorum.*

4 Capicius *deciſ. 78. num. 7.*

5 Cephalus *conſ. 555. num. 11. lib. 4.*

6 Aſinius *tract. de execution. §. 7. cap. 47.*

7 Martinus Navarr. *in Manuali, cap. 17. num. 50.*

8 Gutierrez *de jurament. confirmat. 3. p. cap. 15. ex n. 19.* qui dicit, ſic ſæpiùs deciſum: & refert tres deciſiones Cancellariæ Valliſoletanæ.

9 Caſtillo *dec. 72. lib. 1. & in addit. ibid.*

10 Paſchalis *de viribus patriæ poteſtatis, p. 2. cap. 9. ex n. 45.*

11 Carrocius *deciſ. 125. num. 9.*

12 Fulvius Conſtantius *in l. 1. num. 110. cum ſeqq. C. de filiis Officialium, lib. 12.*

13 Carraſco *ad novam Recop. cap. 11. 3. p. n. 205. 206. & 207. & n. 215. 216. & 217.* qui ait, pro hac parte eſſe communem practicam, & ſic ſe obtinuiſſe.

14 Capiblancus *ſingul. 1.*

15 Rovitus *deciſ. 48. ex num. 14.*

16 Joannes Medina *C. de reb. reſtituend. q. 2. dub. 5. concl. 4.*

17 Sayrus *in Clavi Regia, lib. 10. tract. 5. cap. 10. n. 34.* qui refert alios, & ait, hanc ſententiam eſſe communem, & veram.

18 Molina *de juſtit. tract. diſp. 413. n. 12. tom. 2.*

19 Bonacina *ſummæ moralis, tom. 2. tract. de reſtit. diſp. 1. q. 8. punct. 2. n. 12.*

20 Rebellus 1. *p. de obligation. juſtitiæ, lib. 2. q. 19. n. 14.*

21 Tepatus *in compend. variar. tom. 2. tit. 505. cap. 7. col. 3. verſic. Creditores ex cauſa oneroſa.*

22 Afflictis *deciſ. 186.* ubi creditor pro pœna, quæ eſt cauſa lucrativa, cedit poſteriori ex cauſa oneroſa.

10 Itaque hæc ſententia eſt magis communis, & majori authoritate Doctorum, & rerum judicatarum fulcita, & probatur primò ex text. *in l. inter eos 19. §. is quoque, in l. cùm ex cauſa 30. l. & exhæredatum 49. cum l. ſequent. ff. de re jud. l. qui ex donatione 12. ff. de donationib. l. maritus 54. ff. ſolut. matrim. l. divus Pius 28. ff. de reg. jur.* In quibus ſtatuitur, donatorem non conveniendum, niſi in quantum facere poſsit, deducto etiam ære alieno, quod ſic in S. C. deciſum refert Franch. *deciſ. 697.* notat Brunus *de ceſsione bonorum, q. 27. quartæ quæſt. principalis, n. 1.* Ad deducendum verò æs alienum, & gaudendum beneficio, ne conveniatur, niſi in quantum facere poſsit, ſpectandum eſſe tempus exactionis, probat textus *in l. rei judicatæ 15. in princip. ff. ſolut. matrim.* & notat Conanus *commentarior. juris civilis, lib. 8. cap. 9. n. 10.* Rovitus *d. deciſ. 48. num. 18. & 19.* Ponte *de poteſt. Proreg. tit. 5. n. 23.* qui alios textus allegat, & Paſchal. *de virib. patriæ poteſtat. 2. p. d. cap. 9. n. 45. verſ. Et quòd donans.* Ex quo conſequens eſt, ut contendentibus creditore priori ex donatione, & poſteriori ex contractu oneroſo, prius ſit ſatisfaciendus creditor poſterior ex cauſa oneroſa, quàm donatarius conſequatur ſuam donationem, ſiquidem antequam exigat donatarius à donatore, prius deducendum eſt æs alienum. Rectè enim ait Surd. *de aliment. tit. 1. q. 18. n. 11.* Prius reddendum eſt debitum, quàm impendendum beneficium. Ergo debitum ex cauſa oneroſa præferri debet debito ex cauſa lucrativa. Et confirmatur quia cùm conſtet, legata ex bonis defuncti ſolvenda eſſe ſecundo loco poſt debita, *Gloſſa* tractans de ſolutione legatorum *in l. creditoribus, verb. Potuit, ff. de ſeparationibus,* utitur eodem verbo, *Deducto ære alieno,* quo utuntur Juriſconſulti, cùm tractant de ſolutione donationis. Ex quo conſequens eſt, ſignificare Juriſconſultos, donationes eſſe ſolvendas ſecundo loco poſt credita, dum dicunt, ſolvendas eſſe, *deducto ære alieno.*

11 Secundò probatur, quoniam creditori ex perſona debitoris competit eadem exceptio adverſus alterum, quæ debitori adverſus illum competebat, *l. ſi cui 15. C. de non numerata pecun.* ubi notant Scribentes Cynus, Bart. Bald. Angel. Salicet. Fulgoſ. Paulus, Alciat. *ubi ſupra.* Sed

ſi

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ſi creditor ex cauſa lucrativa conveniret debitorem, ſeu donatorem, competeret donatori exceptio, quòd priùs ſolvendum eſſet æs alienum. Ergo eadem exceptio competeret creditori ex cauſa oneroſa ex perſona debitoris ſui adverſus creditorem ex cauſa lucrativa, ſive donatarium, nempè, ut ante donationem deducatur æs alienum, ſeu quod ſibi debetur.

12 Neque huic rationi, quæ efficaciter urget, ſatisfaciet qui dixerit, hoc privilegium, ſeu beneficium indultum donatori eatenus effectum habere, quatenus donator ipſe à donatario conveniatur, ut præſupponunt leges allegatæ *ſupra n.* 10. & deciſum refert Franchis *deciſ.* 697. *n.* 1. tunc enim deducendum eſt patrimonium ſufficiens ad ſatisfaciendos creditores; atque item, quod ſatis ſit ad ipſum donatorem pro dignitate alendum, de reliquo ſatisfaciendum eſt donatario. Cęterùm hoc beneficium nulli alii prodeſſe poteſt, neque alii à donatario communicatur, aut ex perſona ſua alius participat: nam neque fidejuſſori prodeſt, *l. & ſi fidejuſſor* 24. *l. Neſennius* 41. *ff. de re judic.* neque hæredi datur, *l. ſciendum* 25. *d. l. Neſennius, ff. eod. tit.* Franch. *deciſ.* 698. tametſi in fine illius deciſionis poſsit videri contrarius. Adſtipulatur Paſch. *ubi ſup. d. n.* 45. *in princ. verſ. Hoc autem beneficium*, & ambiguam videantur reddere reſolutionem, quæ notant Joan. Faber. *in §. idem eſt ſi quis, n.* 4. *Inſtit. de action.* & Angel. Aretin. *in §. item ſi quis, n.* 5. *Inſtit. eod. tit.* Ex quibus colligitur, creditores ex cauſa oneroſa non poſſe uti hac exceptione adverſus donatarium, quomodo videtur conatus ſatisfacere Rodriguez *de concurſu creditor.* 2. *p. art.* 1. *n.* 20. quamvis non benè ſe explicet.

13 Non, inquam, ſatisfaciet, quoniam etſi non negemus, hoc eſſe beneficium donatoris incommunicabile alteri: aſſerimus tamen, ex eo beneficio indulto à jure donatori comparatione donatarii reſultare creditoribus donatoris ex cauſa oneroſa jus, ut obtineant primum locum crediti inter debita ſui debitoris, & illis ante cæteros ſatisfieri debeat. Quem primum locum erga cæteros ſecundos priùs obtentum, & in ſe ipſis radicatum poſt ex nullo accidenti poſſunt amittere ſine ſua voluntate, juxta textum *id l. quod noſtrum* 11. *ff. de regul. jur.* & optimum textum *in l. ultima, ff. de pact. & in l. ſi ego* 10. *§. ſi res*, ibi: *Jam hæredis dominium eſt, à quo diſcedere non poſſe rerum dominium invito eo, fatendum eſt, ff. de jure dotium.* Ita fit, ut quamvis neque hæres donatoris, neque ejus fidejuſſor poſsit hoc beneficio, aut ejus exceptione uti adverſus donatarium, poſsint tamen creditores ipſi ex cauſa oneroſa opponere creditoribus ex cauſa lucrativa, jus quæſitum ſibi ex eo beneficio, quod ſuo debitori, vel viventi competit, vel defuncto, dum vixit competebat, ex quo illis provenit, ut primo loco eſſent ſatisfaciendi, cujus beneficii intuitu, & juris ex eo provenientis poterunt jure optimo allegare, contraxiſſe ſeſe cum debitore, quoniam, inquam, videbant, ſe præferendos eſſe tempore exactionis prioribus creditoribus ex cauſa lucrativa in illis bonis, quæ debitor habuiſſet, cùm tempore contractus ſolis debitis ex cauſa lucrativa eſſet obnoxius; à quo jure ſic obtento nullo caſu poſtea occurrente cadere poſſunt, niſi voluntate ſua illi cedant, *d. l. ultima, ff. de pact. d. l. ſi ego* 10. *§. ſi res, ff. de jur. dot. & l. id quod noſtrum, ff. de regul. jur.* Neque novum eſt in jure, ex beneficio unius, quod alteri denegatur, eidem commodum, & utilitatem per accidens provenire, cui beneficium illud non competeret, ut *in l. poſthumus* 6. *§. ſi quis ex his, ff. de inoffic. teſtam. l. ſi filio emancipato, ultima, ff. de liber. & poſthum.* ubi notat *gloſſ. verb. Venient, l. non tantum* 3. *§. ſi quis ex liberis, l. illud* 4. *§. ſi quis eum, l. non putavit* 8. *§. ſi in adoptionem, & §. non eſt novum, l. ſi poſt mortem* 10. *§.* 1. *& §. exhæredati, & §. hi qui propter, l. ſi in adoptionem* 11. *in princ. l. ſi duobus filiis* 12. *l. ex duobus* 14. *ff. de bonor. poſſeſſ. contra tabul.* Ex quibus conſtat, nonnunquam filios beneficio aliorum, qui edictum committunt, ſeu edicto locum faciunt, ad hæreditatem parentum, aut ejus portionem admitti, vel ad juris be-

beneficium, quæ alioqui per ſe ipſos non conſequerentur. Notant Bart. *in d.l. ſi poſt mortem, in §. hi qui propter*, & Jaſ. *in d.l. ſi filio emancipato, & in l. ſi emancipati, ex n.5. C. de collat.* ubi latè, & adducit multa exempla, & *in l. poſthumo 2. n.8. 9. & 10.* ubi etiam Alex. *n.4. 5. & 6. C. de bonor. poſſ. contra tab.* Franchis *deciſ.106.n. 5. & deciſ.269.ex n.2. & deciſ.667. n.4.* Riccius *in prax. rer. quotid. 4.p. reſol.16. n.1.* Monterus *deciſ.14. n.84.*

14 Tertiò adducitur pro hac ſententia text. *in l.ult. §.Lucius, ff. de donat.* ubi qui donavit rem, ante traditionem,poteſt eam poſteriori creditori obligare: qui poſterior creditor firmam habet obligationem pignoris etiam ſecura traditione facta donatario, ut multis in eam rem allegatis notat Ant. de Amato *var.reſol. lib.1. reſol. 26. n.2.* Ergo poſterior creditor ex cauſa oneroſa præfertur priori ex cauſa lucrativa.

15 Neque ſatisfaciet qui reſponderit, *in d.l.Lucius* præſupponi rem fuiſſe donatam, non hypothecatam,atque ita ibi non concurrere creditorem poſteriorem hypothecarium cum hypothecario anteriori, ſed cum chirographario, ideo mirum non eſt, ſi præferatur, quia univerſim creditores hypothecarii præferuntur chirographariis, *l. eos 9. C. qui potiores.*

16 Non, inquam, ſatisfaciet. Primò, quoniam Bart. *in eodem §. Lucius*, ita interpretatus eſt *donavit*, ideſt, *ex cauſa donationis obligavit,vel promiſit*: quaſi nulla differentia ſit conſtituenda in ejus textus deciſione,ſive prius res ſit obligata ex cauſa donationis,ſive ſolum promiſſa. Secundò, id apertius demonſtrat ratio decidendi aſsignata à *Gloſſa ibi, verb. Obligavit,& verb.Habere*, approbata *ibid.* communiter à DD. & à Celſo Hugone *conſ.53.n. 2.& conſ.58. n.6. & conſ.60. num.13. & conſ. 100.n.10.& conſ.104.n.2.* videlicet,quòd res antequam à donatore tradatur, manet ſub ejus dominio, atque ita poteſt ſubjici hypothecæ, quæ poſt eum traditur donatario, tranſit cum ſua cauſa. Quæ ratio æquè militat in caſu, quo quis donat ſine hypotheca, vel cum illa. Igitur etiamſi primo donatario res fuiſſet hypothecata, manebit poſteriori creditori firmum pignus, excludetque donatarium priorem.Et ſic prædicta concluſio rectè elicitur ex illo textu,ut creditor ex cauſa oneroſa præferatur priori ex cauſa lucrativa. Tertiò, quoniam juxta illam interpretationem, quam comminiſcuntur adverſarii, ratio decidendi eſſet in illo textu, quòd creditor hypothecarius præfertur chirographario, juxta textum *in d. l. eos*, cum ſimilibus, quam neque gloſſa, neque Doctores reddiderunt, imò neque ulla ibidem illius mentio. Quartò, quoniam dicere in illo textu, rem non fuiſſe hypothecatam donatario, divinatio eſt, quemadmodum & fuiſſe hypothecatam. Ergo deciſio generalis utrumque caſum debet comprehendere, nullo in ſpecie præſuppoſito, cujus decidendi ratio utrumque complectitur.

17 Neque item obſtat prædictis quod quidam objiciunt retorquentes adverſus hanc ſententiam text. *in d.§.Lucius*, dum probat, rem donatam affectam hypotheca tranſire cum ſua cauſa in donatarium, ex quo colligitur ſi res donata fuiſſet prius ſuppoſita hypothecæ pro ſecuritate ipſius donatarii, tranſituram cum eodem onere ad poſteriorem creditorem ex cauſa oneroſa: atque adeò poterit per hypothecariam actionem ab eo avocari.

18 Non, inquam, obſtat, quoniam cùm dicamus, cauſam oneroſam præferri lucrativæ, & ex conſequenti hypothecam pro cauſa oneroſa præferri, & præcedere eam, quæ ſumitur pro cauſa lucrativa, ex ipſa contractuum natura, fit, ut in hoc caſu idem dicendum ſit, quod dicitur, cùm res duobus hypothecis ſubjecta traditur priori creditori. Etenim tunc poſteriori dumtaxat competit jus offerendi, ut eam à priori avocet, *l.1.2.& 3. C. ſi antiquior. credit. pignor. vendider.* Ita non negamus, manere ſubjectam rem prius donatam traditam in ſolutum creditori poſteriori ex cauſa oneroſa, ſi prius hypothecam favore donatarii contraxerat: verùm cùm creditum ex cauſa lucrativa ſit poſterioris or-

dinis, etiamsi tempore prius, non poterit donatarius per suam hypothecam, velut posteriorem avocare à possessore ex titulo oneroso rem, nisi offerat, & solvat quod illi debebatur.

19 Tertiò pro eadem sententia adducitur text. *in l. si maritus tuus* 12. *C. de donat. inter vir.* ubi prior donataria mariti non potest se tueri adversus posteriores creditores ex jure per donationem quæsito, imò alienatione sequuta videtur exempta res alienata à priori vinculo donationis.

20 Quartò expenditur pro hac parte celebris limitatio ad regulam, *qui prior est tempore, potior est jure*, quam tradunt Bart. & Angelus *post gloss am in l. diversis* 8. *verb. Data, C. qui potiores*, & approbat Ripa, eamque appellat æquam, *in l. privilegia* 16. *n.* 23. *ff. de privil. cred.* & Greg. Lopez *in l.* 27. *tit.* 13. *p.* 5. *gloss.* 1. *in fin. vers. Et signanter nota*, Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 1. *gloss.* 18. *n.* 82. *& de retract. convent.* §. 4. *gloss.* 6. *ex n.* 14. Hieron. de Laurentiis *decis.* 153. *n.* 2. *&* 6. Mascard. *de probationib. conclus.* 372. *n.* 2. *vol.* 1. Avendañus *de censib. cap.* 111. *n.* 11. *versic. Secundò limitatur*, Felicianus *de censibus, tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 23. *&* 24. Catellianus Cotta *in memoralibus, verb. Creditor prior*, Asinius *de executionib.* §. 7. *cap.* 12. Gabriel Mudæus *tract. de pignor. tit. quib. mod. pignus, vel hypoth. solv. n.* 100. Nam ea regula limitanda est, cùm constat, creditorem posteriorem numerasse, vel tradidisse pecuniam, vel rem, pro quibus bona debitoris ei sunt obligata; prior verò nititur sola confessione debitoris, hoc, inquam, casu posterior præfertur priori. Si ergo confessio prior debiti, etiam ex causa onerosa cedit obligationi posteriori ex vera numeratione, multo majori ratione cedet debitum prius ex causa lucrativa debito posteriori ex causa onerosa, cùm constet, nihil numeratum esse debitori à creditore ex causa lucrativa, nihilque commodè percepisse, ut se, & bona sua obligaret, alioqui donatio gratuita non foret, contra propriam suam naturam, *l.* 1. *ff. de donationib.* Quo argumento usus est Gutierrez *ubi supra n.* 21.

21 Et confirmatur hæc ratio ex elegantissimo, & singulari textu *in l. exhæredatum* 49. §. *quemadmodum in fin. ff. de re judic.* ubi Paulus J.C. agens de debito ex causa onerosa comparatione debiti ex causa lucrativa, illud vocat verum debitum, quasi hoc non esset verum debitum, dum ait: *Pinguis enim donatori succurrere debemus, quàm ei, qui verum debitum persolvere compellitur.*

22 Quintò expendo, quòd cùm hypotheca sit accessoria principali obligationi personali, illius naturam sequatur, necesse est, *cap. accessorium* 42. *de regulis juris in* 6. *l. cùm principalis* 139. *l. nihil dolo* 172. §. *cùm principalis, ff. de regulis jur. l.* 1. *&* 2. *ff. de pecul. legat.* & non potest immutare naturam ejus, aut obligare reum plusquam contractus ipse natura sua obliget, juxta textum, & ibi notata à Doctoribus *in l. Græce* 9. §. *illud commune, cum §§. seqq. l. hi, qui actionis* 35. *ff. de fidejussorib.* Cùm ergo in donationis contractu ex mente donatoris, non sit alia voluntas ejus, neque quisquam possit interpretari, fuisse aliam, quàm, ut sibi reservet ad victum, quod opus sit: nam si futuras rei suæ difficultates habuisset animo benè provisas, nunquam donasset, ut rectè considerat Franciscus Conanus *commentarior. juris civilis, lib.* 8. *cap.* 9. *n.* 10. & eo non citato, ab eo desumpserunt Pichardus *in manuductione ad praxim, præcept.* 9. *n.* 19. & Rovitus *decis.* 48. *n.* 41. ex quo provenit, ut idem contractus non possit contra promissorem executioni mandari, nisi soluto omni ære alieno, idest, tàm ante donationem, quàm post donationem contracto, cui tempore exactionis invenitur donator obnoxius, eo quòd leges superius adductæ generaliter, & indistinctè loquantur, atque ita sine distinctione sint accipiendæ, fiet, ut concedant privilegium, seu beneficium illud, non solum donatori obligato personaliter, sed etiam obligato realiter, & personaliter simul; tàm quoad æs alienum ante donationem contractum, quàm post donationem, tùm quoniam ejus beneficii, & indulgentiæ ratio æquè se extendat

dat ad omnia debita ex causa onerosa, tàm præcedentia, quàm subsequentia donationem, juxta *d.l.& exhæredatum* 45. §. *quemadmodum, l. ne liberalitate* 50. *ff. de re judicat.* tùm etiam, quoniam nullius esset effectus, aut utilitatis, si sola priora comprehenderet. Tertiò, quoniam decisio, quod posterior hypothecarius creditor donatario dumtaxat personali creditori præferretur, nullam poterat habere probabilem dubitandi rationem, contra textum *in leg. quod Labeo* 9. *de Carbon. edict.* Quartò denique quoniam ejus decisionis ratio non poterat fundari in natura ipsius causæ lucrativæ, ut eam fundant Jurisconsulti, sed in prælatione debita hypothecariis creditoribus respectu chirographariorum. Ex quibus omnibus planè colligitur, hypothecam priorem acceptam pro securitate causæ lucrativæ, cedere hypothecæ pro causa onerosa posteriore, quemadmodum obligatio principalis lucrativa cedit obligationi onerosæ, & ab illa vincitur, & non posse censeri confirmare obligationem in alium casum, quàm in eum, quo ipsa principalis obligatio ligat donatorem, videlicet quoad casum, quo solutis creditis onerosis anterioribus, ideſt antecedentibus exactionem donationis, atque item posterioribus, & deducto eo, quo donator indiget ad se pro dignitate alendum, ex ejus patrimonio supersit, spectato tempore exactionis, ad satisfaciendum debita ex causa lucrativa, non ut donationem faciat efficaciorem, quàm sit ipsa ex natura sua, aut ut eam debitis onerosis præferat, quod esset ejus naturam immutare, contra voluntatem donatoris, qui se conformare velle dispositioni juris censendus est, & non ulterius se obligare, quàm leges illum obligent.

23 Sextò probatur, quoniam in toto jure certum est, præferri eos, qui tractant de damno vitando, iis, qui tractant de lucro captando, & nunquam est par utrorumque conditio, & *l. ultim. in fin. C. de codicill. l. scimus, ultima, §. licentia, C. de jur. deliber. l. ultima, C. de acquir. possess.* Menoch. *de præsumption. lib.* 2. *præsumpt.* 72. *n.* 7. At donatarius certat pro lucro, creditor ex causa onerosa de vitando damno.

24 Septimò expendo, esse tantam vim hujus æquitatis, quòd præferatur certans pro damno vitando certanti pro captando lucro, & creditor ex causa onerosa creditori ex causa lucrativa, ut id etiam servandum esse statuant jura in creditoribus multum privilegiatis. Ex quo fit, ut Fisco privilegiatissimo agenti pro exigendis pœnis, in quibus habet causam lucrativam (ut ego notavi post plurimos *supra tit.* 2. *disp.* 1. *n.* 26. *circa fin. & tit.* 3. *disput.* 25. *num.* 15.) præferantur creditores ex causa onerosa, juxta text. *in l. quod placuit* 37. *l. in summa* 17. *ff. de jure fisci, l.* 1. *C. pœnis fiscal. cred. præferri, libr.* 10. Negusant. *de pignor.* 2. *p. membr.* 4. *n.* 117. *&* 118. Salic. *in l. si debitor* 4. *C. de privil. fisci.* ultra Doctores, qui notant in prædictis locis. Urgeturque argumentum ex notat. Parlad. *in sesquicentur. differ.* 111. *n.* 15. dicentis, hypothecam tacitam fisco competere pro pœnis in bonis delinquentis, cujus doctrina quatenus vera sit, dixi *d. tit.* 2. *disput.* 1. *n.* 23. & nihilominus illi præfertur creditor ex causa onerosa, ut dixi cum multis *d. disp.* 1. *n.* 26. & ibi attulit exemplum.

25 Octavò tandem pro eadem sententia facit textus *in cap.* 1. *de notis feudor.* ubi vassallo investito de feudo, quod dicitur de Cavena, seu Camera præferuntur omnes creditores domini: non enim solvitur quod debetur ex tali feudo, nisi deducto omni ære alieno. Et ibi notant Baldus, Alvarotus, Afflictis, Grammat. *cons.* 160. *civili, n.* 9. Valascus *de jure emphiteutico, q.* 40. *n.* 19. Joannes Andræas Georgius *in repet. feudalib. cap.* 41. *n.* 9. & meminerunt de debito ex causa lucrativa donationis, dicentes, præferendum esse ei debitum ex causa onerosa.

26 Multa, & optima fundamenta hujus sententiæ tulit Gutierr. *de juram. confirmat.* 3. *p. d. cap.* 15. *ex n.* 19. Cui addo difficultati, quam ille sensit ex repugnantia textus *in l. penult. ff. de jure dot. cum l. Nesennius, ff. de re jud.* optimè satisfacere Julium Pacium *legum conciliatar. cent.* 7. *q.* 7.

& Jacobum Cujac. *obſervat. lib.* 2. *cap.* 18.

27 Reliquum eſt, ut ſatisfaciamus argumentis adductis pro prima ſententia. Et in primis, quoniam ad Doctores relatos pro hac parte, quam amplectimur, conatus effugere authoritatis vim majorem, reſpondet Mantica, non egiſſe de creditoribus ex cauſa lucrativa hypothecariis, ſed ſolum de chirographariis, id fundamentum non habet, neque veritatem, quod patebit, ſi loca ipſa videantur, aut enim tractant in genere de creditoribus, fundantes deciſionem in ratione univerſali, quæ utroſque comprehendit, ut Cumanus, qui referens creditorum privilegia: tàm hypothecariorum, quàm chirographariorum, cùm loquutus eſt de ſolis chirographariis, id expreſsit, ubi verò non expreſſit, loquutus eſt etiam de hypothecariis, ut conſtat ex contextu, aut agunt in ſpecie de creditoribus hypothecariis ex cauſa lucrativa, eoſque dicunt cedere poſterioribus ex cauſa oneroſa.

28 Ad primum argumentum pro contraria ſententia dico, regulam eſſe certiſsimam, creditorem hypothecarium priorem tempore potiorem eſſe jure, à qua recedendum non eſſe, niſi ubi juris ratio, vel expreſſa lex recedendum ſuadeat. Et quamvis non ſit lex, quæ expreſsè dicat, creditorem poſteriorem ex cauſa oneroſa eſſe præferendum priori ex cauſa lucrativa, ſunt tamen leges, quæ expreſsè dicant, cùm convenitur, & exigitur donator à donatario, priuſquam donatarius obtineat, eſſe ſolvendum quidquid tempore exactionis donator debet, & ſatisfaciendos omnes ejus creditores, etiamſi ſint poſteriores donatione, dum ſint priores exactione, quas ſuperius retulimus, ex quibus deducitur per evidentem conſequentiam, eſſe ſatisfaciendos, priuſquam donatariorum priorem, creditores ex cauſa oneroſa poſteriores, & eſſe præferendos donatario. Neque id novum eſt, imò nulla eſt regula juris, quæ non patiatur plurimas limitationes ex ipſo jure, aut ratione juris, *l. omnis diffinitio* 203. *ff. de regul. jur.* Et hujus ejuſdem regulæ viginti fallencias tradit Neguſant. tametſi hujus non meminerit, *de pignor. 5. p. membr.* 2. *ex n.* 15. & viginti quinque Caſſanæus, hanc quoque omittens *in Cathalogo gloriæ mundi* 12. *p. conſiderat.* 99. *ex verſic. Hæc regula*, & inde fit, ut aliæ leges ex aliis intelligantur, & explicentur, *l. non eſt novum* 26. *cum duabus ſeqq. ff. de legib.*

29 Ad ſecundum dicendum eſt, caſum *l.* 1. *C. de jure fiſci, lib.* 10. eſſe diverſum à quæſtione propoſita. Nam ibi non concurrebat creditor anterior hypothecarius ex cauſa lucrativa, cum Fiſco poſteriori ex cauſa oneroſa, ſed cum domino; ſiquidem donatarius jam deſierat eſſe creditor, cùm ibi præſupponatur, acquiſiiſſe dominium, & poſſeſsionem rei donatæ, ut notat *ibi, gloſſ. verb. Perfectam*, quam ſequitur Bart. *n.* 6. Bald. *n.* 1. 2. *&* 13. Joannes de Platea *n.* 3. Lucas de Penna *ante n.* 1. Andræas de Barulo *n.* 1. *&* 3. Jacobus Cujacius, Fulvius Conſtantius *n.* 9. *&* 10. Covarr. *lib.* 1. *variar. cap.* 16. *n.* 2. & ea interpretatio non habet contradictorem. Ita in illa ſpecie donatori nihil debebatur, ac per conſequens creditor dici non poterat, *l. creditores* 10. *l. creditorum* 11. *ff. de verbor. ſignific.* Ex quibus fit, ut Fiſcus, qui agebat ex cauſa oneroſa in illa ſpecie, neque poterat agere hypothecaria adverſus bona, quæ tempore ſuæ contractæ obligationis, non erant ſub dominio debitoris, ſed erant jam extra ejus patrimonium, juxta text. *in l. quæ prædium* 6. *C. ſi res alien. pign. data ſit*, & tradita à Jaſon. *in §. item ſerviana, n.* 86. *inſtit. de action.* Afflict. *deciſ.* 37. *ex n.* 5. *&* *deciſ.* 383. Seſsè *deciſ.* 42. *ex n.* 21. *lib.* 1. Gayl. *obſervat. practic. lib.* 2. *obſerv.* 26. *&* 27. *&* 36. Neguſant. *de pign.* 8. *p. princ. membr.* 3. *ex n.* 6. Maſcard. *de probationib. concl.* 437. *creditor. vol.* 1. *&* *concluſ.* 537. *ex n.* 13. *eod. vol. &* *concl.* 871. *in diſceptationem, vol.* 2. Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 63. *ex n.* 12. Peregrin. *de fideicomm. art.* 44. *n.* 27. Feliciano *de cenſib. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 8. Gaſparo Roderico *de annuis redit. lib.* 2. *q.* 9. *ex n.* 71. neque poſsit agere adverſus donatarium poſſeſſorem actione reſciſſoria, Paulina, aut Cal-

Calviſiana, quia donatio facta non fuerat in fraudem obligationis ſuæ, nondum contractæ. Secus eſſet retento eodem themate, ſi ille, qui donationem fecerat, rem donatam non tradidiſſet, ſed ante traditionem debitum cum Fiſco contraxiſſet, aut cum alio creditore ex cauſa oneroſa, de quo caſu egimus in hanc diſputatione. Tunc enim creditor, quamvis poſterior ex cauſa oneroſa, poſſet agere adverſus donatarium, cui poſſeſsio fuiſſet poſt obligationem quæſita, juxta textum *in l. ult. §. Lucius, ff. de donation. & in l. ſi quidem* 13. *C. de donat. inter.* Quod ſi concurrerent contra debitorem donatarius creditor anterior, cui poſſeſsio tradita non eſſet, & Fiſcus, aut alius creditor poſterior ex cauſa oneroſa, creditor poſterior vinceret, & excluderet priorem, eique præferretur, juxta hactenus dicta.

30 Fiſci verò privilegium, & ſpeciale jus contentum in *dict. l.* 1. *C. de jure fiſci, lib.* 10. in eo conſiſtit, quòd cum regulariter onus probandi rem fuiſſe in bonis debitoris, cùm contracta eſt obligatio, incumbat creditori agenti ex cauſa oneroſa adverſus poſsidentem rem titulo lucrativo, at ſi Fiſcus agat adverſus eum incumbit reo poſſeſſori ex titulo lucrativo onus probandi, rem non fuiſſe in bonis debitoris, cùm Fiſcus contraxit, ſed ante contractum interveniſſe traditionem ex titulo lucrativo, & acquiſitam eſſe poſſeſsionem, & rem donatam non fuiſſe in bonis debitoris Fiſci, ſed exiiſſe extra ejus patrimonium, ut Doctores communiter interpretantur, & notat *ubi ſupra* Covarruvias, Peguera *deciſ.* 49. *n.* 1. Barboſa *in l.* 1. 2. *p. n.* 18. *ff. ſolut. matrimon.* Fulvius Conſtantius *in d. l.* 1. *n.* 12. *C. de jure fiſci, lib.* 10. atque eodem modo reſpondet Paſchalis, ad difficultatem prædicti textus *dict. l.* 1. *C. de jure fiſci, de patr. poteſtat.* 2. *part. cap.* 9. *n.* 45. *verſ. Unde habita.*

31 Ad tertium argumentum ex *l. de rebus* 13. *C. de donation. ante nupt.* eodem modo reſpondendum eſt. Præſupponitur enim, conventam fuiſſe à creditoribus donatariam actione hypothecaria, quæ conveniri non poſſet, niſi poſsideret res donatas, juxta tradita per Neguſant. *de pignor.* 8. *part. membr.* 2. *ex n.* 1. *cum ſequent.*

32 Ad quartum eodem modo reſpondetur, nam in *dict. l. quæ prædium*, præſupponitur, poſt donationem prædii filio factam, & traditam poſſeſsionem rei donatæ, & acquiſitum dominium, quod non niſi traditione transfertur, *l. traditionibus* 20. *C. de pact.* donatricem obligaſſe rem donatam, quæ jam erat aliena, creditori: & deciditur, pignus non valere, utpotè in re aliena invito domino contractum, quia obligari non poſſunt, quæ non ſunt in bonis debitoris tempore obligationis, ideò ſtatuitur illa lex ſub illo titulo, tam alienus eſt ille textus à præſenti controverſia.

33 Ad quintum reſpondeo, textum in *dict. l. ſi quidem in* 2. *reſponſo*, eodem modo eſſe explicandum, & intelligendum, ut loquatur de uxore, cui facta eſt donatio valida in caſu licito, & tradita poſſeſsio rerum donatarum, quæſitumque earum dominium: cui juri quæſito aſſerit Imperator, obligationem poſteriorem non officere. Atque ita intellectus ille textus concordat cum cæteris, & juris principiis manifeſtiſsimis, apprimeque connectitur cum præcedenti immediato, in quo propoſitus eſt caſus donationis factæ in uxorem in caſu illicito, & improbato, & ibi deciditur contrarium, & ratio decidendi diverſa in utroque caſu eſt manifeſtiſsima. Neque hic incurrimus vitium dlvinationis, imò potius adverſarii divinabunt, ſi credant, in illa ſpecie non eſſe traditam donatariæ rem donatam, cùm id textus non exprimat.

34 Ad conjecturam verò ex verbo, *Celebrare*, quod ſignificet, contractum eſſe initum, & non perfectum, quaſi diverſum ſit dicere, contractum eſſe celebratum, & eſſe perfectum, negamus hoc myſterium, neque ſcimus, unde colligi potuerit. Nam conſuluimus Lexicos, qui id non ſomniarunt. *Celebrare*, apud Latinos ait Calepin. eſt frequentare. Conſonat Junianus Majus, & Anton. Nebriſenſis. Apud Juriſtas Calvinus, ex Briſonio. *Celebrare*, eſt debi-

to

UAB Biblioteca de Ciències Socials

to ritu, & ſolemnitate actum peragere, & perficere. Itaque celebrare donationem eſt ſolemniter perficere donationem. Donationem autem perficere, eſt rem donare, non verbo, ſed re, ideſt facta traditione rei donatæ. Ergo in illo textu donatio celebrata, eſt donatio ritè perfecta, & donatio perfecta, eſt donatio, in qua intervenit traditio, ut in *l.* 1. *C. de jure fiſci, lib.* 10. atque ita idem erit in *dict. l. ſi quidem.*

35 Adjungo, quoties in jure nominatur donatio, intelligendam eſſe ſemper cum traditione, niſi ex adjunctis, & ſubjectis conſtet, agi de donatione, in qua non interveniat traditio. Nam ex ſua proprietate verbum *Donare*, ſignificat rem donationis titulo tradere, & donatio ex titulo donationis traditio. Donatio enim eſt doni datio, *l. Senatus* 35. *§. donatio, ff. de donat. cauſ. mort.* Datio autem eſt dominii translatio, *l. ult. ff. de condictione ob cauſ.* quæ cùm regulariter, ſine traditione non fiat, *dict. l. traditionibus* 20. *C. de pact.* non poteſt dici propriè donatio, niſi ubi intervenerit traditio, promiſsio verò per ſtipulationem non dicitur donatio, ſed promiſſio de donando, ut poſt Bartolum, docuit Paulus *conſ.* 138. *n.* 2. *volum.* 1. Tiraquell. *de retract. conventionali ad finem tituli, n.* 48. Mantica *de tacitis, & ambiguis conventionibus, lib.* 13. *tit.* 1. *ex n.* 2. Itaque ubi donum non datur, & traditur, ſed ſolo verbo donatur, non eſt propriè donatio, ſed abuſivè. Elegans, & falſa adnotatio Martialis *lib.* 10. *Epigrammate* 16.

Si donare vocas promittere, nec dare Cai
Vincam te donis, muneribuſque meis.
Accipe Gallaicis quidquid fodit Aſtur in aruis,
Aurea quidquid habet divitis unda Tagi:
Quidquid Erithrea niger invenit Indus in alga,
Quidquid, & in nidis unica ſervat avis:
Quidquid Agenoreo Tiros improba cogit aeno,
Quidquid habent omnes accipe, quomodo das.

Et habeo tot exempla, quot loca, in quibus Juriſconſulti nominant abſolutè donationem, non adjuncto aliquo, ex quo colligatur, traditionem non eſſe factam. In primis in *l. ædibus* 9. *§. donari, ff. de donation.* ait Pomponius, donari non poſſe, niſi id, quod ejus fit, cui donatur in *l.* 1. *ff. eod. tit.* ſæpè mentio fit donationis, & ſubintelligitur traditio. Similiter in *l. Ariſtotel. §. Labeo, l. hoc jure, §. Labeo, l. hæreditatem, l. donari in principio, l. donationes* 31. *l.* 3. *§. ſciendum, §. ſed ſi debitorem, l. idem eſt* 4. *l. ſi ſponſus, §. hæc res, §. ſecundum hæc, §. proinde, l. quod autem* 7. *§. ſi vir, & uxor, §. idemque ait, l. ſi eum* 9. *l. ſed interim* 11. *in principio, & §. per contrarium, l. quod ſi vir* 14. *l. uxori* 22. *l. Papinianus* 23. *l. ſi inter extraneos* 24. *l. ſed ſi conſtante* 25. *l. inter eos* 27. *l. ſi id, quod in principio, l. ſi mulier* 29. *§. ſi vir uxori, l. ſed ſi vir* 31. *§. ſi vir uxori, & multis aliis, ff. de donationibus inter.* Nam in his omnibus in nomine donationis ſubintelligenda eſt traditio. Solum expendo textum in *dict. l. Papinianum* 23. ubi interpretatio Papiniani refertur ad orationem Divi Severi, de qua in *l. cùm hic ſtatus* 32. *§. oratio, & §. ait oratio, ff. de donation. inter*, in qua oratione ſolum agitur de donatione, ſola donatio nominatur, & de traditione verbum nullum; ut Papinianus interpretatus eſt orationem Divi Severi, ut loqueretur de donationibus rerum, ideſt de donationibus, in quibus interveniſſet traditio, non de donationibus verbalibus, ſcilicet promiſsionibus. Dicemus nè divinaſſe Papinianum? Itaque cùm ſimpliciter dicitur donatio, ſubintelligitur cum traditione, & hæc non eſt divinatio. Et ita iſtam *l. ſi quidem*, interpretati ſunt ibi Accurſius, Bartolus, Baldus, Angelus, Salicet. & Caſtillo *deciſ.* 72. *in additione, lib.* 1. qui omnes unanimiter dicunt, ſenſum illius textus eſſet in prima parte, obligatione non impediri dominii translationem: in ſecunda parte, dominii translatione præcedente impediri obligationem rei.

36 Sed ponamus, textum in *dict. l. ſi quidem*, interpretandum eſſe, ut eum intelligunt quidam ex adverſariis, de donatione facta uxori, ſeu ſponſæ per ſolam promiſsionem, & ſine traditionis interventu, tunc maritus planè maneret dominus, quouſque traderet. Ergo poſſet eam rem obli-

ga-

gare creditoribus posterioribus,& valeret proculdubio hypotheca,juxta speciem textus in *l. ult. §. Lucius, ff. de donationibus*, de quo agimus *supra ex n.* 14. & erit aperta, & inevitabilis antinomia inter textum in *dict. l. si quidem, & dict. §. Lucius.* Quam, ut evitaremus, & conciliaremus quamvis cessarent, quæ superius consideravimus, nullum esset vitium divinare, si credimus Bartol. *in l. ita stipulatus* 115. *n.* 28. *ff. de verbor. obligat.* quem sequuntur Ripa *in l.* 1. *n.* 22. *ff. de vulgar. & pupill. subst.* Petra *de fideicommiss. q.* 9. *num.* 47. & Claudius Cantiuncula *in Topicis legalibus, in loco à comparatione, circa medium*, quos retuli,& sequutus sum *supra tit.* 1. *disp.* 3. *num.* 25. quibus addo Ludovic. Gomez *in repetit. cap. ipso jure, n.* 17. *cum sequent. de rescriptis in* 6. Hippolyt. Riminaldum *in repetit. cap. de Quotuult Deo, n.* 61. *de judiciis*, qui alios allegat Barbosam *in Rubric.* 1. *part. n.* 12. *ff. solut. matrim.* dicentes, excusari à vitio divinationem,cùm fit ad conciliandas legum antinomias. Itaque in *dict. l. si quidem*, sub nomine donationis debet subintelligi traditio, quoniam ea est ejus nominis vis, & quoniam aliter intelligentibus occurreret insuperabilis antinomia, & quoniam ita Interpretantibus relinquitur ille textus conformis cæteris de eadem specie agentibus,& apertis juris principiis.

37 Ad sextum argumentum de textu in *l.* 2. *C. qui potiores*, ea lex est Antonini Caracallæ, lata anno 964. ab Urbe condita, qui fuit annus à Christo nato 213. Consulibus Marco Pompejo Aspero, & altero Aspero, juxta Fastos Consulares Antonii Contii, seu alterius, quisquis ille sit, quo tempore fideicommissarii nondum habebant hypothecam in bonis testatoris. Nam hypothecas ex legatis,aut fideicommissis introduxit Justinianus multò post in *l.* 1. *C. commun. de legat.* lata anno 528. à Christo nato sub Consulatu Decii,die 15. Septembris. Itaque in specie illius textus non oriebatur ex causa lucrativa hypotheca,sed ex eo,quod cum fideicommissarius pro fideicommisso cavere sibi hæredem desideraret, quod facere debebat, ut in *Rubric. & l.* 1. *& toto tit. ff. ut legat. seu fideicommiss. servandor. caus. cavea.* & hæres id efficere recusasset, ob ejus contumaciam Prætor fideicommissarius fideicommissarium immisit in possessionem fundi hæreditarii,fideicommissi servandi causa,servata forma tituli, *ff. ut in possess. legator. vel fideicommiss. servandorum caus. esset liceat.* Ex quo Prætoris decreto ortum est Prætorium pignus. Prætor autem Urbanus creditorem, qui contra eundem hæredem sententiam obtinuerat, ratione rei judicatæ exequendæ in ejusdem fundi possessionem, tanquam pignoris judicialis,immiserat; dubitabatur de prælatione. Respondit Imperator, priorem tempore esse jure potiorem, idque suppositio eo casu, quod ex diversis causis,& titulis fuerant immissi in possessionem pignoris prætorii,& judicialis: nam si ex eadem causa, & titulo fuissent immissi, verbi gratia, uterque ex causa fideicommissi, aut ex causa crediti, aut judicati, unus alteri non præferretur, sed omnes æqualiter concurrerent, etiam si unus altero prior tempore fuisse immissus, *l. is, cui* 5. *§. qui prior, ff. ut in possess. legat.* notat *glossa in dict. l.* 2. *verb. Estis, C. qui potiores*, & ad eundem locum Jacobus Cujacius. Itaque utriusque pignoris jus ortum habebat à jure Prætorio: utrumque erat contractum ob contumaciam hęredis, neque satisdantis pro fideicommisso, neque solventis judicatum: nulla est hic causa lucrativa. Quia fideicommissum, in quo consideratur causa lucrativa,non ab hærede, adversus quem hic agebatur, sed à defuncto proveniens, non producebat jus pignoris,aut actionem hypothecariam,sed Prætoris decretum occasione contumaciæ hæredis. Ex quo colligitur,quantum distet ille textus à nostro casu.

38 Atque ut id manifestius constet, fingamus, verum esse sensum,quo iste textus accipitur ab adversariis, & inde dabimus, necessariò adversari textum apertissimis juris regulis, & ejus decisionem non posse subsistere. Nam si fideicommissarius est creditor hæredis ex causa lucrativa, & alter ille creditor defuncti ex causa one-

ro-

roſa judicati immiſſus in poſſeſsionem fundi hæreditarii, fieri non poſſet, ut præferretur fideicommiſſarius creditori defuncti. Nam prius ſunt ſolvenda defuncti debita, quàm legata, aut fideicommiſſa, *l. ſcimus 22. §. ſin vero creditores*, ubi notat *gloſſa verb. Accommodare, C. de jur. deliber.* & dixi *ſupra, tit. 2. diſp. 1. n. 26.* ubi retuli omnia loca. Ille ergo ſenſus, quo prædicta lege utuntur adverſarii, eſt planè juris principiis repugnans, & alienus ab ejus mente, atque ideò nullus ex Doctoribus eam, ita interpretatur. Deinde quamvis prædicta, *l. 2. C. qui potiores*, acciperetur quomodo ab adverſariis accipitur, propoſitæ reſolutioni non adverſaretur. Quoniam ibi non convenitur debitor communis, à quo unus creditor habeat cauſam oneroſam, alius lucrativam: nam ab hærede fideicommiſſarius non habet cauſam lucrativam, nihil enim ab illo accipit, juxta notata *in l. unum ex familia 67. in princ. ff. de legat. 2.* ſed à defuncto, à quo in hæredem beneficium illud deducendi æs alienum non transfertur, ut diximus *ſupra n. 12.* Fruſtra ergo illi quærimus donatoris privilegium, ut prius ejus debita ex cauſa oneroſa ſolvantur, quàm debita ex cauſa lucrativa. Ergo ille textus quomodocunque intellectus non eſt ad rem.

39 Ad ſeptimum argumentum *de lege aſsidius in §. ult. ſeu §. hæc autem tantum*, reſpondendum eſt, in illo agi de donatione ante nuptias, quæ non eſt donatio ſimplex, ſed donatio ob cauſam Ant. Gomez *in l. 50. Tauri, n. 9.* Monter. *deciſ. 10. n. 15.* Baeza *de non meliorand. ration. dot. filiabus, cap. 21. num. 19.* & Matienzus *in l. 1. tit. 6. lib. 5. Recop. gloſſ. 8. n. 4.* Angelus ibi, *gloſſ. 10. n. 58.* Azeved. *in eadem l. 1. n. 40.* idem Angelus *in l. 7. dict. tit. 6. gloſſ. 1. n. 49. & 50.* Scribentes *in l. 17. Tauri*, ubi Joann. Lupus *ex n. 38.* Ant. Gomez *n. 17. verſic. Item nota*, Velazquez *in l. 44. Tauri, gloſſ. 16. n. 7. &* 8. Vazquez *opuſcul. de teſtament. cap. 7. §. 5. dub. 6. n. 144.* Fabius de Anna *conſ. 78. n. 2. & 3. lib. 1.* Ludoviſius *deciſ. 563. num. 5.* Cancer. *variar. reſolut. part. 1. cap. 8. n. 61.* Fontanell. *de pact. nuptial. tom. 1. clauſ. 4. gloſſ. 1. ex n. 14.* Valaſcus *conſultat. 2. ex n. 5.* Gratian. *diſceptat. forenſ. tom. 5. cap. 884. ex n. 22.* Marius Cutellus, qui latè tractat, *de donationib. inter parentes, & filios, tract. 1. diſc. 1. particul. unica, ex n. 4. & diſc. 2. partic. 15. ex n. 5.* latiſsimè Molinus *de ritu nuptiarum, lib. 3. ſect. 1. q. 1. ex n. 170.* Donatio autem ob cauſam non habet privilegia ſimplicis donationis, Franchis *deciſ. 428. ex n. 2. & deciſ. 632. n. 1.* & in particulari non habet hoc, ut donator conveniendus ſit in quantum facere poſsit, ut plurimis adductis aſſerit Tiraquell. *in l. ſi unquam, verb. Donatione largitus, n. 58. & n. 144. C. de revocat. donation.* ex quo privilegio conſequitur ordo prioritatis inter cauſam lucrativam, & oneroſam. Quare mirum non eſt, ſi Imperator agens de credito donationis ob cauſam, dicat habere inter creditores ſui temporis ordinem, nos loquuti ſumus de credito donationis ſimplicis, quod dicimus cedere credito ex cauſa oneroſa.

40 Hæc de hoc articulo in caſu occurrenti, illo eodem, de quo egimus *ſupra diſp. 23.* ſcripſeramus, & ſcripta dedimus Scipioni Rovito, qui in illa cauſa futurus erat judex, multo antequam ipſe ſuas deciſiones excuſsiſſet, nè quis exiſtimet, me ab illo mutuaſſe quæ hic dixi, ſi fortè aliquatenus cum illius ſcriptis conveniant.

SUMMA DISPUTATIONIS XXXI.

1 *QUoties agitur de ordine inter creditores præſupponitur debitor non eſſe ſolvendo, alioqui ſi debitor eſt idoneus, ſuperfluè ageretur de ordine.*

2 *Plures creditores ex depoſito, & ſi tempore inæquales, concurrunt pariter contra debitorem, & ſimul admittuntur, ut exigant pro rata ſua credita.*

In creditoribus chirographarii non inſpicitur ordo temporis, ibid.

Creditores ex depoſito ſunt creditores perſonales, ibidem.

3 *Id etiam procedit in deponentibus pecuniam apud Bancum publicum.*

4 *Creditores ex depoſito regulari extante re de-*

depoſita præferuntur creditoribus ex aliis cauſis.

5 *Depoſitū eſt duplex, regulare, aut irregulare. Depoſitum regulare habet multa privilegia, remiſsivè, ibid.*

6 *Depoſitum irregulare quid ſit, & conſiſtit in rebus, quæ in genere ſuo functionem recipiunt. Depoſita irregularia ſunt, quæ fiunt in Banchis publicis, ibid.*

7 *Depoſitans eſt dominus rei depoſitæ, & ſic præfertur omnibus creditoribus, ſi extat res depoſita.*

8 *Creditores ex depoſito irregulari præferuntur aliis creditoribus chirographariis, cedunt tamen creditoribus hypothecariis.*

9 *Ex depoſito non extante re depoſita habet deponens ſolum actionem perſonalem. Actio hypothecaria ſemper præfertur in concurſu perſonali, ibid.*

10 *Creditores ex depoſito regulari, quando non extat res depoſita præferuntur in bonis depoſitarii creditoribus perſonalibus, etiam privilegiatis. Deponens præfertur quibuſdam creditoribus privilegiatis, aliis non.*

12 *Conciliantur duo* textus, Ulpiani in l. ſi hominem, §. quoties, ff. depoſiti, & in l. ſi ventri, §. in bonis, ff. de privilegiis creditor. *qui videntur contrarii.*

13 *Privilegium funerariæ actionis, privilegium dotis, & privilegium ejus, qui in refectionem rei credit, & privilegium Fiſci præferuntur depoſito.*

14 *Alia concordia* Cumani.

15 *Alia concordia* Julii Pacii.

16 *Deponens, qui recipit uſuras ex depoſito non gaudet privilegio prælationis.*

DISPUTATIO XXXI.

Utrùm creditores ex depoſito præferantur inter ſe ex antiquitate temporis: & quonam modo illis in concurſu aliorum creditorum ſit ſatisfaciendum?

1 QUoties quærimus ordinem inter creditores, agimus de debitore decocto, & effecto non ſolvendo. Etenim ſi debitor ſit idoneus, & habeat bona, ex quibus ſuis creditoribus omnibus ſatisfacere poſsit, ſupervacuum eſt de ordine diſputare; nam ſive prius, ſive poſterius creditor ad exigendum accedat, debitor omnibus poteſt ſatisfacere, quare nullius intereſſe verſatur in eo, quòd prius uni, quàm alteri ſolvatur. Igitur depoſitario decocto quærimus de ordine inter creditores ex depoſito, tàm inter ſe, quàm reſpectu creditorum ex aliis cauſis. Et ut planè diſputationi ſatisfiat, conſtituendi ſunt duo caſus.

2 Primus caſus eſt, cùm deponentes contendunt cum depoſitario, non cum creditoribus ex *aliis cauſis*. In quo ſit prima concluſio, creditores ex depoſito pecuniæ, etiam ſi diverſis temporibus depoſuerint pecunias ſuas apud depoſitarium, & ſic credita ſint alia aliis antiquiora, non habent inæqualitatem in exigendo, ſed omnes pariter concurrunt, & ſimul admittuntur, ut exigant pro rata portione, ſibi debita ex bonis depoſitarii decocti. Probatur ex textu *in l. ſi hominem* 7. *§. quoties, & §. item quæritur, & l. quod privilegium* 8. *ff. depoſiti*, & ibidem notant Bart. Bald. Fulgoſ. & Paul. Caſtrenſ. Benvenut. Stracca *de decoctoribus, 3. p. ult. part.* Poſtquam duce Baldo *n.* 4. Molina *de juſtitia, tract. 2. tom. 2. diſp. 526. n. 6. circa fin.* Thuſcus *litt. C. concl.* 1058. *n.* 11. Mantica *de tacitis, & ambiguis conventionibus, lib.* 10. *tit.* 10. *n.* 38. Carrocius *de depoſito*, 2. *part. q.* 47. *n.* 15. Caſſanæus *in Cathalogo gloriæ mundi* 12. *p. conſid.* 99. *limit.* 13. Caſtillo *quotidian. controv. lib.* 3. *cap.* 16. *n.* 78. & 79. ubi more ſolito omnia miſcet, & confundit, & omnia loquitur. Ratio hujus concluſionis eſt, quia in creditoribus perſonalibus, ſeu chirographariis, non inſpicitur ordo temporis, & ex tempore unus non præfertur alteri, ſecluſo privilegio, ſed omnes pariter concurrunt, ut ex bonis debitoris pro rata ſibi ſatisfiat, *l. procuratoris* 5. *§. ſi plures, & §. planè, ff. de tribut. act. l. pro debito* 6. *C. de bon. author. jud. poſsiden. l.* 11. *tit.* 14. *p.* 5. Baldus *in dict. l. pro debito, n.* 1. Benvenut. Stracca *ubi ſupr. n.* 16. Salicet. *in l.*

ſupervacuum 12. *n.* 5. *C. depoſiti*, Matienz. *in l.* 7. *tit.* 16. *lib.* 5. *Recop. gloſſ.* 5. *num.* 15. Flores de Mena *variar. quæſt. libr.* 1. *q.* 6. *art.* 1. *ex n.* 2. Molina *ubi ſupr. diſp.* 536. *n.* 41. *&* *diſp.* 563. *n.* 8. Aſinius *de executionibus*, §. 7. *cap.* 45. *&* 46. Caſtillo *quotid. controv. lib.* 3. *d. cap.* 16. *n.* 77. At creditores ex depoſito ſunt creditores perſonales, ſeu chirographarii, ut rectè notat Peguera *deciſ.* 38. *n.* 10. & pariter privilegiati, quia omnes ſunt creditores ex depoſito. Succedit igitur communis, & nota regula, ut privilegiatus adverſus pariter privilegiatum, non utatur privilegio ſuo, ſed conquaſſentur privilegia, *l. verum* 11. §. *item quæritur, ff. de minor. cap. auditis* 3. *in fine, de in integrum reſtitut.* Azeved. *in l.* 10. *n.* 15. 17. *&* 18. *tit.* 3. *lib.* 5. *Recopil.* Cephalus *conſ.* 7. *num.* 3. 12. 17. *lib.* 1. Surd. *conſ.* 335. *n.* 70. *lib.* 3. Alexand. Trentacinq. *variar. reſolut. lib.* 1. *tit. de reſcriptis, & privilegiis, reſolut.* 1. *ex n.* 1. *&* *reſolut.* 2. Ego dixi poſt multos *ſupra tit.* 1. *diſput.* 2. *q.* 6. *ſect.* 7. *n.* 633. Ita fit, ut plures deponentes pares ſint quoad exactionem, etiam ſi unus prior altero depoſuerit, cùm agunt adverſus depoſitarium, *l. privileg.* 16. *ff. de privileg. cred.*

3 Amplia prædictam concluſionem, ut procedat etiam in deponentibus pecuniam apud Bancum publicum: nam inter eos non conſideratur prioritas ex tempore, ſed Banco decocto omnes creditores ex depoſito pariter concurrunt. Hanc tradit Paulus Caſtrenſ. *conſil.* 285. *viſis, & ponderatis, volum.* 1. Thuſc. *litter. C. concl.* 1058. *num.* 11. Gutierrez *lib.* 3. *practic. quæſt.* 101. *num.* 15. Ratio eſt eadem, quæ concluſionis.

4 Secundus caſus eſt, cùm multi creditores concurrunt adverſus patrimonium unius, & ejuſdem debitoris communis, & quidam ſunt creditores ex cauſa depoſiti, alii vero ex aliis cauſis, & dubitatur de prælatione. In quo ſit ſecunda concluſio, creditores ex depoſito regulari, ſi extat res, vel pecunia depoſita, præferuntur univerſis creditoribus, non ſolum perſonalibus, quantumvis privilegiatis, ſed etiam omnibus hypothecariis, etiam anterioribus.

5 Pro cujus concluſionis explicatione oportet adnotare, depoſitum eſſe duplex, aliud regulare, aliud irregulare. Depoſitum regulare eſt, cùm ita deponitur res, aut pecunia apud deponentem, ut illa eademmet res, ſeu pecunia reddatur à depoſitario, & ita ut depoſitarius ea uti non poſsit, ſed teneat apud ſe cuſtodiæ cauſa, & deponenti cùm voluerit reſtituat, ut in *l.* 1. §. *is quoque, ff. de action. & obligat.* §. *præterea, inſtitut. quibus mod. re contra obligat.* Exemplum erit, ſi pecunia in ſacculo clauſa, & ſignata deponeretur, ut in *l.* 1. §. *ſi pecunia, & in l. ſi ſacculum* 29. *ff. depoſiti, & in l. acceptam* 19. *C. de uſuris*, tunc enim dominium non tranſit in depoſitarium, ſed manet pœnes deponentem, *l. licet* 16. §. *rei depoſitæ, ff. depoſiti*, & eandem ipſam rem commendatam tenetur reſtituere depoſitarius, *dict.* §. *is quoque*, & *dict.* §. *præterea, & l. Lucius* 24. *ff. depoſiti*, neque depoſitarius re uti poteſt, alioqui furtum omitti, *dict. l. ſi ſacculum* 29. *in principio, ff. depoſiti, l. ſi depoſiti* 3. *C. depoſiti.* Hoc autem depoſitum regulare habet multa privilegia, de quibus agunt Doctores in *l.* 2. *in princip. ff. ſi certum petatur*, quos inferius referemus, & Ripa *in l. ſi ventri* 8. §. *in bonis, num.* 3. *ff. de privileg. cred.* Mateſilanus *ſingul.* 5. Barboſa *in l. divortio* 8. §. *ob donationes, ex n.* 5. *&* *in l. ſi mora* 10. *n.* 83. *ff. ſoluto matrimon.* Mantica *de tacitis, & ambig. convent. lib.* 10. *tit.* 10. Thuſc. *litt. D. concl.* 200. Cujacius *in expoſitione novella* 88. *ad medium.* Meirer. *de pignorib. libr.* 2. *tit.* 8. Rodriguez *de concurſu credit.* 1. *p. art.* 6. aliquid Cevallos *de cognitione per viam violentiæ*, 2. *p. q.* 1. *ex num.* 39.

6 Depoſitum irregulare eſt, cùm ita deponitur pecunia, vel alia res, quæ functionem in ſuo genere recipiat (nam hoc depoſitum contingit in rebus, quæ conſiſtunt in numero, pondere, vel menſura, & functionem in ſuo genere recipiunt) deponitur, inquam, numerata, non clauſa, aut obſignata, neque ut eademmet in nu-

me-

mero, quæ deponitur, reſtituatur, ſed ut reſtituatur tantundem, vel expreſsè conceſſa depoſitario licentia utendi, ut in *dict. l. ſi ſacculum*, §. 1. vel tacitè, *ut in l. Publica Mevia* 26. §. *Lucius Titius*, *ff. depoſiti*, facta numeratione, ſine obligatione, aut clauſura, ut depoſitarius tantundem reſtituat. Et tunc pecunia tranſit in dominium depoſitarii, ut in *l. Lucius* 24. *in l. die ſponſaliorum* 25. §. *qui pecuniam*, *ff. depoſiti*, *l. in nave ſaufeli* 34. *ff. locati.* Egrediturque res iſta depoſiti notiſsimos terminos. Notant Doctores in prædictis locis, & ultra illos paulò ante allegati, & Peguera *deciſ.* 38. *ex n.* 1. Salernitanus *deciſ.* 60. *ex n.* 2. Ponte *conſ.* 56. *ex n.* 1. Hondedeus *conſil.* 43. *num.* 12. *cum ſequent. volum.* 2. Pichard. *in principio*, *inſtit. quibus mod. recontrahi obligat. ex n.* 69. Carrocius *de depoſito*, 1. *p. q.* 2. *n.* 21. & 2. *p. q.* 47. *n.* 15. Caſtillo *quotid. controverſ. lib.* 3. *d. cap.* 16. *ex num.* 24. & *n.* 38. & eſt communiſsima diſtinctio. Hujuſmodi depoſita irregularia eſſe omnia, quæ juxta noſtros mores fiunt apud Bancos, qui hodie reperiuntur, notat Peguera *dict. deciſ.* 38. *n.* 7. Ponte *d. conſ.* 56. *n.* 1. & 2. Caſtillo *d. cap.* 16. *n.* 42.

7 Igitur dicimus, creditorem ex depoſito regulari, ſi extet res, vel pecunia depoſita, præferri omnibus univerſim creditoribus depoſitarii, ſive chirographarii privilegiati ſint, ſive hypothecarii, & anteriores. Concluſionem probat text. in *l. ſi ventri* 8. §. *in bonis*, *verſic. Si tamen nummi extent*, *ff. de privileg. cred.* & *in l. ſi is*, *qui depoſitam* 8. *C. depoſiti*, *l.* 9. *tit.* 3. *part.* 5. ubi Gregor. *gloſſ.* 11. Baldus *in l. pro debito* 6. *n.* 1. *C. de bon. author. jud. poſſid.* Salicet. *in l. ſupervacuam*, *ult. n.* 5. *C. depoſiti*, Petrus de Ubaldis *tract. de duobus fratribus*, *p.* 8. *q.* 31. *n.* 32. *tom.* 6. *tract. p.* 1. Carroc. *de depoſito*, *p.* 2. *q.* 47. *n.* 3. Meirer. *de pign. lib.* 2. *tit.* 8. *n.* 2. Molina *de juſtitia*, *tract.* 2. *tom.* 2. *diſp.* 526. *n.* 6. & *diſp.* 536. *n.* 29. Caſtillo *dict. cap.* 16. *n.* 75. Rodriguez *de concurſu credit.* 1. *p. art.* 6. *n.* 50. Pichard. *in commentar. l. privil. n.* 44. *ff. de privileg. cred. inſerto in* §. *quædam actiones* 20. *inſt. de action.* Ratio eſt, quia deponens eſt dominus *d. l. licet* 17. §. *rei depoſitæ ff. depoſiti*, & agit non ſolum actione depoſiti, ſed etiam rei vendicatione, *d.* §. *ſi tamen nummi*, & *d. l. ſi is*, *qui depoſitam*, quæ eſt ante omnia privilegia, & ſupra omnes actiones perſonales, & hypothecarias ut poſt plurimos, quos allegavi, dixi *ſupra hoc tit. diſp.* 8. *n.* 59.

8 Tertia concluſio, creditores ex depoſito irregulari præferuntur aliis creditoribus chirographariis ejuſdem debitoris, etiam privilegiatis, cedunt tamen creditoribus hypothecariis, & ab eis vincuntur, habentque inter eos ſecundum locum. Hęc concluſio, quoad primam partem probatur ex textu in *d. l. ſi hominem* 7. §. *quoties*, *ff. depoſiti*, ibi: *Quoties foro cedunt numularii ſolet primo loco ratio haberi depoſitariorum, hoc eſt eorum, qui depoſitas pecunias habuerint, &c. & ante privilegia, igitur ſi bona venierint, depoſitariorum ratio habetur.* Pondera verbum, *primo loco*, & verbum, *ante privilegia*, quæ planè denotant, creditores ex depoſito habere primum locum, etiam ante privilegiatos creditores depoſitarii, ſeu ejus, qui accepit pecuniam depoſitam, nam Ulpianus inversè loquitur, cùm deponentem vocat depoſitarium. Ita ſentiunt communiter Doctores, quos ſtatim referemus, & notant in ſpecie Cujacius *in expoſitione novellæ* 88. *ad med.* Revard. *lib.* 1. *variar. cap.* 15. Carrocius *de depoſito*, 2. *p. q.* 47. *n.* 13. Ratio eſt, quia actio depoſiti eſt privilegiata, ut in *d.* §. *quoties*, & *in l. quòd privilegium* 8. *ff. depoſiti.* At ex depoſito irregulari datur actio depoſiti, ergo ratione hujus privilegii deponens erit præferendus cæteris creditoribus chirographarii depoſitarii etiam privilegiatis, quia deponentium primus debet eſſe locus, etiam ante privilegia, ut in *dict.* §. *quoties.* Minor probatur, quia quamvis depoſitum irregulare egrediatur depoſiti notiſsimos terminos, non convertitur in alium contractum, neque omnino fit mutuum, cui aſsimilatur, ſed retinet naturam depoſiti, & conſequenter ejus privilegia, ut pluribus proſequuntur Doctores *in l.* 2. *in principio*, *ff. ſi certum petat.* ubi Paulus *num.* 4.

Alexand. *n.3. & 6.* Jaſon *n.5.* Ripa *n.6. & 7.* Alciatus *n.19.* Corraſius *ex num. 3.* idem Ripa *in l. ſi ventri, §. in bonis, n.12.* & *ibidem* Zaſius *n.2. ff. de privil.cred.* Baldus *in l.pro debito 6. n.1. C.de bon. author. jud. poſsid. & in l. ſupervacuam 12. n.8.* & *ibi* Salic. *n.5. C. depoſiti*, Benvenutus Stracca *de decoctoribus, 3.p. ultimæ, n.3.* Conanus *lib.7.commentarior.jur.civil. cap. 4. n.4.* Coſta *in l. ſi ex cautione, §. ſecundò fallit, ex num.4. C. de non numer. pecunia*, Molina *de juſtitia, tract.2. tom.2. diſput. 523. n.2. & 3. & diſput.536.n.25.* Barboſa *in l. ſi cum dotem 23. §.fin. n.33. ff. ſoluto matrim.* Aſinius *tract. de executionib. §.7. cap.49.* Caſtillo *lib.3. quotid. controverſ. cap.16. ex n.64.* Pichard. *principio, inſtit. quib. mod. re contrahit. obligat. ex n. 69. & n.79.* Rodrig. *de concurſu credit. 1. p. d. art.6. ex n.39. & 40. & n.49. cum ſeqq.* Iſti omnes concedunt depoſito irregulari actionem depoſiti.

9 Quoad ſecundam verò partem, videlicet,deponentem cedere omnibus creditoribus hypothecariis, probatur eadem concluſio, quoniam ex depoſito non extante re depoſita ſolùm habet creditor actionem perſonalem, ut conſiderat Bald. *in l. pro debito 6. n.1. C. de bon. author. id poſsiden.* & Salic. *in l. ultima, n.5. C. depoſiti.* Actio autem perſonalis vincitur ab hypothecaria, in concurſu enim ſemper præfert hypothecaria, *d.l. pro debito, l.eos 9. qui potiores, l.9.tit.3.p.5.* quæ loquitur in ſpecie de depoſito. Ita notarunt Bald. Salic. & Ripa, *ubi ſupra*, Peguera *d.deciſ. 38. n.8. cum ſeqq.* Carrocius *de depoſito 2. p. q.47. n.12.* Stracca *de decoctoribus, 3.p. ultimæ, n.3.* Caſtillo *d.cap.16. n.70.*

10 Amplia prædictam tertiam concluſionem, ut procedat etiam in creditoribus ex depoſito regulari, quando non extat res, vel pecunia depoſita, videlicet, ut debeant præferri in bonis depoſitarii creditoribus perſonalibus, etiam privilegiatis. Hanc ampliationem probant apertè, ſi rectè expendantur *d.l. ſi hominem, §. quoties, & d.l.quod privilegium 8.ff.depoſiti*, in quorum textuum ſpecie non extabat res, aut pecunia depoſita, & ſic non poterat agi rei vendicatione, & cum omnimoda prælatione; ſed agebatur actione depoſiti ſimili actioni, quæ provenit ex depoſito irregulari, ut tantundem redderetur ex pretio bonorum depoſitarii venditorum, idque notavit Rodriguez *de concurſu creditorum, 1.p. d.art.6. n.46. & 53.*

11 Limita primò prædictam tertiam concluſionem, & limitationem ejus, ut deponens præferatur quibuſdam creditoribus perſonalibus privilegiatis, non tamen omnibus, quia quibuſdam cedit, & ab eorum privilegiis vincitur, quamvis quoſdam alios vincat. Hanc limitationem probat textus *in l. ſi ventri 8. §. in bonis, ff. de privil. credit.* ibi: *In bonis menſularii vendendis poſt privilegia potiorem eorum cauſam eſſe placuit, qui pecunias apud menſam fidem publicam ſequuti depoſuerunt*, ubi verbum, *poſt privilegia*, ſignificat, deponentes habere ſecundum locum poſt privilegiatos creditores, ut rectè expendit Rodriguez *d. art.6. n.44. & 45.*

12 Cui textui videtur directo contrarius alius ejuſdem Ulpiani *in d.l. ſi hominem, §.quoties*, ubi dicitur, deponentem ex bonis depoſitarii venditis ſatisfaciendum eſſe ante privilegia, & ſic primo loco. Conciliandi autem ſunt duo iſti textus, ut duæ illæ propoſitiones, deponens ſatisfaciendus eſt ante privilegia, deponens ſatisfaciendus eſt poſt privilegia, non ſint accipiendæ univerſaliter, quomodo acceptæ repugnarent ſecum, videlicet ſi ſignificarent, deponentem ſatisfaciendum eſſe ante omnia privilegia, & ſatisfaciendum eſſe poſt omnia privilegia, & non poſſent eſſe ſimul veræ, ſed una propoſitio deſtrueret aliam, haberetque cum illa oppoſitionem, quam Dialectici vocant contrariam; ſed accipiendæ ſunt illæ propoſitiones indefinitæ; quomodo inter eas verſatur ea oppoſitio, quam vocant Dialectici ſubcontrariam, & poſſunt eſſe ambæ ſimul veræ, quemadmodum duæ iſtæ veræ ſunt, homo eſt albus, homo non eſt albus, quia quidam homines ſunt albi, quidam non ſunt albi. Ita ſimiliter deponens

nens est ante privilegia, quia quibusdam privilegiis præfertur, & est post privilegia, quia quibusdam privilegiis postponitur.

13 Sed quænam erunt privilegia priora depositō, quæ posteriora? Respondet Accursius, in Glossis inferius referendis, privilegia, quæ proferuntur depositō, esse privilegium funerariæ actionis, *l. impensa* 45. *ff. de Religios. & sumpt. funer.* privilegium dotis *l. ultima, C. qui potiores*, & privilegium ejus, qui in refectionem rei credit, *l. interdum* 5. *ff. qui potiores*, idem videtur dicendum de privilegio Reipublicæ, quæ præfertur omnibus creditoribus chirographariis, *l. bonis* 22. *§. Respublica, ff. de privileg. credit. l.* 9. *tit.* 3. *p.* 5. adjungit privilegium Fisci, quod etiam præfertur depositō, *l. cùm pecuniam* 3. *C. de privileg. fisci*, & notat Gregor. *ibi gloss.* 8. & 9. cæteris verò creditoribus chirographariis, etiam privilegiatis præfertur creditor ex depositō. Hanc concordiam docuit Accursius in *d. §. in bonis, verb. Post privilegia, & in d. §. quoties, verb. Depositariorum ratio habebitur.* Sequuntur Ripa *in d. §. in bonis, n.* 11. & 12. Barbosa *in d. l. si cùm dotem* 23. *§. fin. n.* 34. *ff. solut. matrim.* Castill. *d. cap.* 16. *n.* 55. Stracca *de decoctoribus*, 3. *p. ultim. n.* 3. Pichard. *in d. commentar. l. privilegia, n.* 42. *ff. de privil. cred.* Rodrig. *de concursu creditor. d. art.* 6. *n.* 48. quam etiam videtur approbare *d. l.* 9. *tit.* 3. *part.* 5. Qui sint autem creditores privilegiati, recensēt Asinius *tract. de executionibus, §.* 7. *cap.* 68. & Vitalis de Cambano *in tract. clausularum, clausula, & specialiter obligavit, n.* 2. & 3. Petrus Vanderanus *tract. de privileg. creditor. ex cap.* 3.

14 Aliam concordiam tradunt *in d. §. in bonis*, Cumanus *n.* 1. & 2. Zasius *n.* 2. ut textus *in d. §. quoties, cùm dicit, ante privilegia*, exponatur personalia, *in d.* verò *§. in bonis*, cùm dicitur, post privilegia, exponatur realia. Videlicet, ut Ulpianus velit, deponentem esse præferendum omnibus creditoribus personalibus, seu chirographariis depositarii, & esse postponendum omnibus creditoribus realibus, seu hypothecariis, ut diximus *supra n.* 6. Sed contra hanc concordiam difficultatem faciunt *d. l. impensa, ff. de Religios. & sumpt. funer. & d. l. bonis, §. Respublica, ff. de privil. credit.* nisi dicatur in specie prædictorum textuum, dari tacitam hypothecam creditoribus.

15 Aliam concordiam affert Julius Pacius *legum conciliatar. cent.* 4. *q.* 49. ut deponens cùm agit rei vendicatione præferatur omnibus creditoribus personalibus, & ita intelligatur *d. §. quoties*, cùm verò agit actione personali ex depositō, postponatur omnibus creditoribus personalibus privilegiatis, & ita exponatur *d. §. in bonis*, cui concordiæ videtur assentiri Asinius *tract. de executionibus, §.* 7. *cap.* 58. Sed hæc concordia displicet, & est contra textum, quasi expressum *in l. quod privilegium* 8. *ff. depositi*, ubi depositans, seu deponens habet privilegium ex actione depositi, seu rei vendicatione.

16 Limita secundò dictam tertiam conclusionem, ut deponens non præferatur aliis creditoribus personalibus, neque gaudeat privilegio prælationis depositi, si recipit usuras à depositario, per hanc enim usurarum exactionem videtur renunciare privilegio depositi. Hanc limitationem probat textus *in d. l. si hominem, §. quoties, versic. Dummodo eorum, ff. depositi*, & notant Bart. & Bald. *ibi*, idem Baldus *in l. pro debito* 6. *n.* 1. *C. de bonor. author. jud. possid. & in l. ultim. n.* 9. Salicet. *n.* 5. *C. depositi*, Ripa *in d. l. si ventri* 8. *§. in bonis, n.* 3. & 4. Cuman. *n.* 1. & 2. Zasius *n.* 1. *ff. de privil. cred.* Stracca *de decoctorib.* 3. *p. ult. postquam duce*, Bald. *n.* 3. Ponte *cons.* 56. *n.* 12. & 13. *vol.* 1. Asinius *de executionib. §.* 7. *cap.* 68. Cassanæus *in Catal. glor. mundi*, 12. *p. considerat.* 99. *limit.* 13. Mantica *de tacit. & ambig. convention. lib.* 10. *tit.* 10. *n.* 38. Meirer *de pignor. lib.* 2. *tit.* 8. *n.* 17. Carroc. *de depositō, p.* 2. *q.* 47. *ex n.* 5. (Camillus de Medicis *cons.* 26. *ex n.* 1. & *cons.* 27. *ex n.* 6.) Thusc. *litt. D. concl.* 200. *ex n.* 4. Rodrig. *de concursu credit.* 1. *p. d. art.* 6. *n.* 52. & plures pro eadem conclusione retuli *supra, eod. tit. disp.* 28. *n.* 28. & 29. Quam tamen limitationem sublimitat Castill.

ſtill. *d.lib.3. cap.16.n.67.* in depoſito pupilli, & illum ſequutus Cevall. *de cognit. per viam violentiæ,2.p.q.1.n.34.* ubi idem dicit eſſe intelligendum de aliis perſonis, quæ non habent liberam adminiſtrationem in pecunia depoſita, juxta textum *in l. qui nominibus 45. §.fin. ff. de adminiſtr. tut.* Atque ex his habes, quomodo ſit ſatisfaciendum deponentibus pecunias, ſive ſoli, ſive cum aliis creditoribus concurrant, adverſus bona depoſitarii decocti.

SUMMA DISPUTATIONIS XXXII.

1 *CReditor ex cauſa expenſarum factarum in beneficium bonorum debitoris præferendus eſt cæteris creditoribus.*

2 *Fructus non dicuntur, niſi deductis expenſis, & patrimonium non dicitur, niſi quod ſupereſt, deductis ſumptibus neceſſariis.*

3 *Fiſcus præfertur creditoribus delinquentis pro expenſis factis pro recuperatione,detectione, & recollectione bonorum illius.*

4 *Salaria Exactorum, & Advocatorum pro vincenda lite, & exigendis debitis, ex quibus creditoribus ſati fiat, ſolvuntur ex bonis debitoris cum prælatione.*

DISPUTATIO XXXII.

Utrum creditores ex cauſa expenſarum factarum in bonis debitoris præferantur cæteris?

1 BReviter reſpondendum eſt, creditorem ex cauſa ſumptuum,ſeu expenſarum,quæ factæ ſunt in beneficium bonorum debitoris, ſive ad eorum conſervationem, ſive exactionem, & recollectionem fructuum, eſſe præferendum cæteris creditoribus : & iſtas expenſas eſſe prius, & ante omnia deducendas ; & eo deducto, quod ſupereſt, & non amplius cenſendum eſt debitoris patrimonium,ex quo ejus debita ſint ſolvenda. Probatur ex textu *in l. quod privilegium 8. in fine, verſic. Planè ſumptus cauſa, ff. depoſiti*, notat gloſſa *ibi, verb. Sumptus cauſa*, Bart. *in l. quantitas 72. n.1. ff. ad l.Falcid.* Paulus *in l. ſed ſi hoc 61. §. quidam non ſolidum,n.1. 2. & 3. ff. de condit.& demonſtrat.* Jaſon *in l.cùm quædam puella 19. §. quoties, ex n. 6. ff. de juriſdict.omnium judic. & in l. non amplius 26. ex n.3. ff. de leg.1.* Avendañ. *de exeq. mandat. 1.p. cap.17.n.11.* Anton. Faber *lib.8. C. tit.8. diffinit.7.*

2 Secundò deinde,quia quemadmodum fructus non dicuntur, niſi quid deductis expenſis ſuperſunt, *l. ſi à patre, vel domino 36. §. fructus, ff. de petit. hæred. l.fundus, qui 51. in princ. ff. famil.erciſcund. l. quod in fructus 46. ff. de uſuris, l.fructus 7. in princ. ff. ſol. matrim.* & nullus caſus intervenire poteſt,quæ hoc genus deductionis impediat, *d. l. fundus, qui.* Notant Bald. *in l.1. ex n.1. C. de fruct. & litium expenſ.* Tiraquell. *de retract. lignag. §.15. gloſſ.1. ex n.1.* Mareſc.*variar.reſol.lib.2.cap.108. ex n.1.* & faciunt per me allegata *ſupra, eodem tit. diſp.29. n.16.* ita neque poteſt videri patrimonium debitoris, niſi quod ſupereſt, detractis ſumptibus neceſſariis ad conſervandam rem familiarem, colligendos, & exigendos fructus. Iſtæ enim expenſæ ipſo jure minuunt patrimonium, ſicut expenſæ neceſſarię factę in rebus dotalibus minuunt dotem, *l. quod dicitur 5.* & *ibi* Bart. *& in l. quod dicitur 15. ff. de impenſis in rebus dotal. fact.* Afflict. *deciſ. 359.n.2.* Ego expendi *ſup.d.diſp.29.n.9.*

3 Hinc oritur, ut Fiſcus ſit præferendus creditoribus delinquentis pro expenſis factis pro recuperatione, inventione,& detectione, recollectioneque bonorum ejus, quæ cedunt in utilitatem creditorum, ut dixi *ſupra, tit.2. diſp.1. n.31.*

4 Secundò inde etiam fit, ut ſalaria Exactorum,imò & Advocatorum pro vincenda lite, & exigendis debitis, & quibus creditores commodum,& utilitatem conſequuntur, ſint ſolvenda ex bonis debitoris primo loco, & cum prælatione comparatione omnium aliorum creditorum ex eadem æquitate, *l. interdum 5. ff. qui potiores in pign. habeant.* quam expendimus *d. diſp.29. n.5.* quoniam prædictorum labor, & opera non ſolum ſalvam fecerunt

pa-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

patrimonii causam, ex quo creditores satisfaciendi sunt, sed etiam ipsum patrimonium acquisierunt, & compararunt, quod consideravit Anton. Faber *d. defin. 7.* & ideò rectè Rebuff. *tom. 1. in Constit. Reg. tract. de litteris obligat. art. 12. gloss. unica, n. 8. in fin.* ait, cùm pretium bonorum debitoris venditorum traditur creditori, deducendas esse expensas licitationis gratia factas, consentit Gratian. qui plura adjungit *tom. 2. discept. forens. cap. 257. ex n. 27. & cap. 343. ex n. 1.*

SUMMA DISPUTATIONIS XXXIII.

1 PRoponitur casus.

2 Creditor ex reditibus prioris anni præfertur creditori ex reditibus posterioris anni.

3 Reditus prioris anni prius cadunt sub hypotheca, quàm reditus posterioris anni.

4 Non est attendenda antiquitas cessionis ad concedendam prælationem creditori redituum prioris anni.

5 Quando eadem actio possit duobus cedi, & quis cessionarius sit præferendus, remissivè.

6 Et quid si unum debitum quantitativum cedatur duobus pro parte, remissivè.

DISPUTATIO XXXIII.

Utrum creditor ex reditibus annui introitus prioris anni præferatur creditori ex reditibus posterioris anni?

1 SÆpissimè contingere potest, ut ex uno, & eodem contractu census, seu annui introitus, constituantur diversi creditores, respectu unius, & ejusdem debitoris obligati. Etenim si creditor, & dominus census cedat alicui tertia, seu fructus prioris anni, & alteri tertias posterioris anni, duo isti cessionarii remanebunt creditores debitoris census. Item si census in dotem datus restituatur viduæ post mortem viri, qui esset creditor tertiarum illius anni, quo defunctus fuit; postea autem viduæ debeantur tertiæ anni viduitatis, remanebunt creditores hæredes mariti pro reditibus anni prioris, atque vidua erit creditrix reddituum posterioris anni. Igitur quoties iste casus contingat, dubium erit, quo ordine solvi debeat istis duobus creditoribus ex bonis debitoris non idonei, & quis eorum sit præferendus?

2 Sit conclusio, creditor reddituum prioris anni est præferendus creditori redituum posterioris anni. Hanc conclusionem efficaciter probat textus *in l. insulam 14. ff. qui potiores in pignor. habeant.* qui loquitur in casu pensionis domorum pro primo, & pro secundo, ubi notant Bart. Bald. Alberic. Angel. Salicet. Fulgos. Franciscus Conanus *commentar. juris civilis, lib. 4. cap. 17. n. 5.* Gabriel Mudeus *de pignorib. tit. quib. mod. pign. vel hypoth. solvat. n. 74. & 75.* & Felician. *de censibus, tom. 2. lib. 3. cap. 5. ex n. 2.* Costa *de portione rata, q. 8. n. 6.* probant item textus *in l. ex pluribus 89. §. ultimo, & in l. creditor oblatam, §. Valerius, ff. de solut.*

3 Rationem reddunt Doctores accommodatam speciei illius textus desumptam ex interpretatione verborum contractus ibidem celebrati, quasi hæc sententia colligatur, *ordo datus in principali debito intelligatur datus in accessorio.* Quæ ratio parum faceret ad prædictam conclusionem. Quidquid sit, ego existimo, veram rationem esse decidendi in illo textu, & cæteris, & in nostra conclusione, quòd cùm debitum, de quo in illo textu pensionis domorum, & de quo in prædicta conclusione tertiarum, seu redituum, sit hypothecarium, tunc cadit sub hypotheca, cùm incipit deberi, & esse maturum, seu, ut more nostro loquar, cùm cedit dies prædicti debiti. Sed debitum prioris anni priùs cedit, quàm debitum secundi anni, seu prius maturantur tertiæ, seu pensiones prioris anni, quàm sequentis. Ergo prius subjicitur hypotheca tertiis, seu pensionibus anni prioris, quàm anni sequentis, & ex consequenti succedit regula, ut qui prior sit tempore, potior sit jure, *l. 2. l. si fundum 4. l. diversis 8. C. qui potiores*, cum si-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

similibus, & sic præferendus erit creditor tertiarum, seu pensionum prioris anni, tanquam prior in hypotheca, quàm creditor pensionum anni posterioris, qui est etiam posterior in hypotheca. Quam rationem, cùm sit clara, & concludens, nullus Doctorum clarè tradidit, quamvis sit magis congruens titulo, sub quo constituitur *d.l. insulam*, quàm illa communiter à Doctoribus reddita.

4 Ex qua etiam colligitur, non esse attendendam antiquitatem cessionis in nostro casu ad concedendam prælationem creditori reditum prioris anni; nam etiam si cessio redituum posterioris anni sit tempore prior, semper cessionarius redituum prioris anni erit in concursu præferendus cessionario redituum anni posterioris. Etenim ad prioritatem in hypotheca, non inspicitur tempus cessionis, sed tempus contracti debiti sub hypotheca.

5 Quando verò eadem actio, seu jus possit duobus cedi, & quis ex diversis cessionariis unius, & ejusdem actionis sit præferendus factis cessionibus duobus, & diversis temporibus? tractant Doctores. De qua difficultate videndus est textus *in l. non quocumque* 84. §. *qui Cajum*, & *ibi* Bart. *ff. de leg.* 1. Franchis *decis.* 75. & *ejus additiones.* Cacheranus *decis.* 63. Joannes de Grassis *tract. de cessione juris, & actionum*, §. 4. *n.* 7. Felician. *d. tom.* 2. *de censibus, lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 1. & dic, esse præferendum priorem cessionarium.

6 Quid verò sit dicendum, si unum debitum quantitativum cedatur pro parte duobus? Respondet, duos istos creditores ex una causa concurrere debere pro rata in bonis debitoris non idonei. Sic resolvit Felicianus *dict. cap.* 5. *num.* 2. & Franchis *decis.* 260.

SUMMA DISPUTATIONIS XXXIV.

1 *Facta duobus generali obligatione bonorum præsentium, & futurorum, primus creditor præfertur secundo, etiam in bonis futuris.*

2 *Idem dicendum est, si debitor generaliter obliges bona sua, vel res suas, nihil exprimendo de futuris.*

3 *Fallit favore Fisci, qui præfertur in bonis post suum contractum acquisitis creditoribus anterioribus.*

4 *Comprobatio fallentiæ, seu limitationis.*

5 *Creditor privatus in rebus acquisitis à debitore post suum contractum, & ante contractum Fisci præfertur Fisco.*

6 *Quæ faciant contra limitationem.*

7 *Ad hanc antinomiam conciliandam multa excogitata, & omnia tacta ab Accursio.*

8 *Hugo Donellus, quomodo interpretetur* textum in l. si is, qui, ff. de jure fisci.

9 L. si is, qui, *juxta Donelli interpretationem videri, non habere rationem dubitandi. Quid ipse respondeat, ibid.*

10 *Attento rigore, & proprietate verborum prædictæ* l. si is, qui, *non procedit interpretatio Donelli, præterquamquòd communissima sententia Doctorum stat contra Donellum.*

11 *Aliter sentit Gabriel Mudeus, ut aliud fuerit obligare omnia bona præsentia, & futura, aliud obligare res suas, in qua obligatione antiquitus non includebantur bona futura.*

12 *Rejicitur interpretatio Gabriel Mudei.*

13 *Refertur alia concordia Accursii approbata à Cujacio.*

14 *Nova excogitatio Authoris.*

15 *Fiscus habet privilegium, ut præferatur anterioribus creditoribus in bonis post suum contractum quæsitis.*

16 *An hoc privilegium extendatur ad dotem, res est controversa.*

17 *Si creditor anterior Fisco sit privilegiatus, non habet locum Fisci privilegium contra ipsum. Privilegiatus contra pariter privilegiatum, non utitur privilegio suo, ibid.*

18 *Cui incumbat probatio, an bona sint quæsita post contractum Fisci.*

19 *Difficultas à Doctoribus omissa.*

20 *An Fiscus præferatur anterioribus creditoribus in fructibus hypothecarum provenientibus post suum contractum.*

21 *Affirmandum est, debere Fiscum præferri in fructibus hypothecarum.*

Fru-

22 *Fructus ſunt bona noviter quæſita. Fructus bonorum communicantur inter conjuges de jure Caſtellæ, tamquam bona ſuper lucrata, & noviter quæſita, ibid.*

23 *In fructibus contrahitur hypotheca legalis.*

24 *Fiſcus ſimiliter acquirit hypothecam legalem.*

25 *Fiſcus non præfertur in fructibus natis ex hypothecis, apud eum, qui non ſit debitor poſt hypothecarum alienationem.*

26 *Quando, & quomodo Fiſcus ſit præferendus in fructibus bonorum ſequeſtratorum.*

DISPUTATIO XXXIV.

Utrùm Fiſcus, qui contraxit cum debitore, cujus bona etiam futura erant, jam priori creditori obligata, præferatur anteriori creditori in bonis poſt contractum, cum eodem Fiſco acquiſitis à debitore communi?

1 QUoties debitor obligat primo creditori omnia ſua bona, quę habet, quæque habiturus eſt, & poſt ſimiliter obligat ſecundo creditori omnia bona ſua præſentia, & futura; primus creditor prefertur ſecundo, non ſolum quoad bona, quæ debitor habebat tempore primi contractus, ſed etiam quoad bona poſt ſecundum contractum quæſita, *l. ult. in principio, ff. qui potiores in pign. habeant. l. hac edictali 6. §. omnibus, C. de ſecund. nupt. l. ſi ignorante 3. C. de remiſſ. pignor.* Bart. *in dict. l. ult. & in l. ſi is qui 28. num. 2. ff. de jure fiſci,* Bald. *in dict. l. hac edictali, §. his illud, n. 16.* Salicet. *in eadem lege in d. §. omnibus, num. 1. & in l. licet 7. n. 4. C. qui potiores,* Paul. *in l. in operis 29. n. 7. ff. locati,* Ripa *in l. privilegia 16. n. 16. ff. de privileg. credit.* Pichard. *in commentario ejuſdem legis, num. 64. inſerto in §. quædam actiones 20. inſtit. de action.* Neguſant. *de pignor. 5. p. memb. 2. n. 5. verſic. Octavo amplia, & n. 39.* Peregrin. *de jure fiſci, lib. 6. tit. 6. n. 15.* Barboſa *in l. 1. 2. p. num. 12. verſic. Et confirmatur, & n. 16. verſic. Non obſtat ſecundum, ff. ſoluto matrimon.* Tepat. *in compend. variar. tom. 2. tit. 505. cap. 7. col. 2. verſic. In generali hypotheca,* Caſſan. *in Cathal. gloria mundi, 12. p. conſider. 99. verſic. Secundo extende,* Caſtillo *quotidian. controv. lib. 3. cap. 4. ex n. 18.* & quamvis quidam contradixerint, aut dubitaverint, ut Accurſ. *in l. idemque 7. §. ſi tibi, verb. Et Titio, ff. qui potiores, & in l. ſi is, qui 28. Scholio ultimo, ff. de jure fiſci,* jam res hæc eſt indubitata.

2 Eſt autem amplianda hęc reſolutio, ut procedat, non ſolum ſi debitor obliget bona ſua præſentia, & futura expreſsè, ſed etiam ſi obliget res ſuas, aut bona ſua generaliter, nihil ulterius exprimendo, nam etiam iſto caſu cenſenda ſunt hypothecata omnia debitoris bona, tàm præſentia, quàm futura, ex nova Juſtiniani conſtitutione in *l. ſi quis ultima, C. quæ res pignori obligari poſſint,* hoc itaque regulariter ſervandum eſt.

3 Hæc tamen regula limitanda eſt favore fiſci, nam ſi quis poſtquam contraxit cum primo creditore, obligans ei omnia ſua bona, quæ habet, quæque habiturus eſt, contraxerit cum fiſco, vel expreſsè obligans omnia bona præſentia, & futura, vel tacitè: iſto caſu in bonis poſt contractum fiſci quæſitis à debitore, fiſcus præfertur anteriori creditori. Dixi, vel tacitè, quoniam fiſcus ex omni contractu tametſi, nihil dicatur de bonorum contrahentis obligatione, habet tacitam hypothecatam in ejus bonis, *l. aufertur 46. §. Fiſcus, ff. de jure fiſci, l. 2. & 3. C. de privileg. fiſci, l. 1. & 2. C. in quibus cauſ. pign. tacit. contrah.* Neguſant. *de pignor. 2. p. membr. 4. n. 113.* Peregrin. *de jure fiſci, lib. 6. tit. 6. num. 1.* Alfaro *de offic. fiſcal. gloſſ. 34. §. 5. n. 116.* Mantica *de tacit. & ambig. convent. lib. 11. tit. 18. n. 4. & per tot.* Hypotheca autem tacita complectitur omnia bona præſentia, & futura, *l. ſi cum pecuniam 3. C. de privil. fiſci, dict. l. hac edictali 6. §. omnib. C. de ſecund. nupt.* ubi Bald. *in §. his illud, n. 15.* Roman. *ſingul. 147.* Ripa *in l. 1. num. 3. in fin. verſic. Ampliatur ſecundo, ff. de pignorib.* Afflict. *deciſ. 335. n. 2.* Neguſant. *ubi ſup. n. 21. & 22.* Covarr. *practic. cap. 29. n. 4.*

de jure Caſtellæ *l.* 17. *in fin. tit.* 11. *p.* 4.

4 Hanc limitationem probat textus ſingularis *in l. ſi is qui* 28. *ff. de jure fiſci*, ubi Bartol. tradit, & omnes Scribentes, & in *l. ult. ff. qui potiores in pign. habeant.* Salicet. *in l. ſi in te* 7. *n.* 8. Paulus *n.* 4. *C. de privil. fiſci*, Franc. Lucanus *de fiſco, & ejus privilegiis*, 1. *p. num.* 84. Boſsius *diverſor. tract. tit. de fiſco, & privilegiis ejus, n.* 24. Neguſant. *de pignorib.* 5. *p. membr.* 2. *n.* 11. *& n.* 32. *verſ. Vigeſimo fallit, & n.* 42. Capic. *deciſ.* 129. *num.* 12. Gregor. Lopez *in gloſſ.* 4. *in l.* 33. *tit.* 13. *p.* 5. Covarr. *variar. lib.* 1. *cap.* 16. *n.* 2. *verſ. His ſuffragatur*, Gutierrez *lib.* 3. *practicar. q.* 100. *num.* 11. Felicianus *de cenſibus, tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 13. *& tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 18. (Gaſp. Roderic. *de annuis redit. lib.* 2. *q.* 19. *n.* 7.) Mantica *de tacit. & ambig. convention. lib.* 11. *tit.* 25. *ex n.* 6. Peregrin. *de jure fiſci, lib.* 6. *tit.* 6. *num.* 15. Alfaro *de offic. fiſcal. gloſſ.* 16. *privileg.* 23. *n.* 105. *& gloſſ.* 34. §. 5. *n.* 126. Thuſc. *litter. F. concl.* 383. *ex n.* 26. Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 72. *n.* 12. Barboſa *in l.* 1. 2. *p. num.* 12. *ff. ſolut. matrim.* Franc. Conanus *commentar. jur. civil. lib.* 4. *cap.* 7. *ex n.* 7. Caſtillo *quotid. controv. lib.* 3. *cap.* 4. *ex n.* 19. Aſinius *tract. de executionib.* §. 7. *cap.* 25. *ex n.* 1. Petrus Vanderavus *de privil. credit. cap.* 2. *ad fin.* Gabriel Mudeus *de pignorib. & hypothecis, tit. quibus modis pign. vel hypotheca ſolvit. n.* 111. *&* 112. *cum ſeqq.* Fachineus *lib.* 10. *controv. jur. cap.* 33. *verſ. Secundum argumentum*, Anton. Faber *conjectur. lib.* 2. *cap.* 10. Cujacius *obſervat. lib.* 10. *cap.* 22. Baldum *de pignorib. cap.* 19. Julius Pacius *legum conciliatarum, centur.* 5. *q.* 29. Nicolaus Genua *in conciliatione legum ad l. ſi is qui mihi, ff. de jur. fiſc. fol. mihi* 334. Tapia *Juris Neapolit. lib.* 2. *rub.* 1. *ad Conſtit. Officia, quæ perſonis, n.* 11. *pag.* 126.

5 Illud tamen conſtitutum eſt apud omnes abſque controverſia, priorem creditorem privatum in rebus acquiſitis à debitore poſt contractum primum cum ipſo initum, antequam ipſemet debitor cum Fiſco contrahat, eſſe Fiſco præferendum.

6 Huic tamen ſolemni limitationi obſtat urgentiſsimè text. in *l. Titius ultima, in princ. ff. qui potiores in pignor. habeant.* cujus verba ſunt: *Titius Sejæ ob ſummam, qua ex tutela ei condemnatus erat, obligavit pignori omnia bona ſua, quæ habebat, quæque habiturus eſſet: poſteà mutuatus à Fiſco pecuniam pignori, ei res ſuas obligavit; & intulit Sejæ partem debiti, & reliquam ſummam novatione facta eidem promiſit, in qua obligatione ſimiliter, ut ſuprà, de pignore convenit. Quæſitum eſt, an Seja præferenda ſit Fiſco, & in illis rebus, quas Titius tempore prioris obligationis habuit; item in iis rebus, quas poſt priorem obligationem acquiſivit, donec univerſum debitum ſuum conſequatur. Reſpondit, nihil proponi, cur non ſit præferenda.* Et Author ejus legis eſt Servidius Scevola. Ubi vides, privatim præferri Fiſco in bonis quæſitis à debitore poſt contractum Fiſci, contra apertam diffinitionem Ulpiani in *dict. l. ſi is qui* 28. *ff. de jure fiſci.*

7 Hujus antinomiæ conciliandæ cauſa multa ſunt excogitata, multa ſunt ſcripta à DD. Accurſius *in utroque loco*, videtur omnia tetigiſſe, & indicaſſe: ſed aliis alia via ex iſtis inventis placuit, ut omnes videantur omninò ab aliis receſsiſſe. Eorum ſententias copioſius retulit, & congeſsit Nicolaus Genua *ubi ſupra.*

8 Hugo Donellus *tract. de pignoribus, cap.* 12. ſequutus Salicet. in *d. l. Titius, n.* 2. *ff. qui potiores*, quem tamen non refert, vitio ipſi communi neque Accurſium, originalem Authorem, ſic conciliat iſtos duos textus, qui videntur inter ſe diſsidere. Primum ſtatuit, priorem creditorem, qui habet bona præſentia, & futura ſui debitoris obligata; præferri debere in bonis tàm habitis tempore contractus, quàm in omnibus poſt quæſitis, ſecundo creditori poſteà contrahenti, ſive ſit privatus, ſive Fiſcus, & hanc regulam, quam tradidimus *ſupra n.* 1. eſſe univerſim veram ſine ulla exceptione. Itaque negat limitationem propoſitam, & Fiſci privilegium, aut ſpecialitatem in hoc articulo. Reſpondet verò facillimè ad textum in *dict. l. ſi is qui, ff. de jure fiſci*, cujus verba ſunt: *Si is, qui mihi obligaverat, quæ habet, habituruſque eſſet cum*

Fiſ-

Fiſco contraxerit, ſciendum eſt, in re poſteà acquiſita Fiſcum potiorem eſſe debere, Papinianum reſpondiſſe, quod & conſtitutum eſt, prævenit enim cauſam pignoris Fiſcus. Ait Donellus, *verb. Contraxerit*, quod in hac lege reperitur, non eſſe de futuro, ſed de præterito. Ita ut caſus illius textus ſic proponatur, ſi is, qui obligat omnia bona ſua præſentia, & futura alicui creditori, jam antè cum Fiſco contraxerit, Fiſcum in re poſteà quæſita potiorem eſſe debere. Papinianus reſpondit, quod & conſtitutum eſt, prævenit enim cauſam pignoris Fiſcus. Hanc autem conſtitutionem, credit Donellus eſſe *legem ſecundam* (nam credo, mendum Typographi fuiſſe) *l.* 1. *C. de privileg. fiſci*, ubi ſtatuitur, ſi Fiſcus contraxit ante dotem, Fiſcum potiorem eſſe, & jus Fiſci cauſam dotis præveniſſe.

9 Quòd ſi quis objiciat Donello, juxta eam interpretationem *d. l. ſi is qui*, non ſolum non continere ſpecialitatem favore Fiſci, ſed neque potuiſſe habere rationem dubitandi; imò reſponſum fuiſſe de indubitabili, contra text. in *l. quod Labeo* 9. *ff. de Carbon. edicto*. Reſpondet, in eo reſponſo eandem fuiſſe rationem dubitandi, quæ occurrit in quolibet privato creditore antiquiore, qui habeat obligata bona ſui debitoris præſentia, & futura. Nam ſi ſecundus creditor ſimiliter habeat obligata ejuſdem creditoris bona, occurrit magna ratio dubitandi, an ſit præferendus primus ſecundo in bonis futuris, ſeu denuò quæſitis. Quoniam obligatio ſic concepta, eſt conditionalis, videlicet, ſi debitor acquiſierit de novo aliqua bona (quod conſideravit Fulgoſius in *dict. l. ult. in princip. n.* 2. *ff. qui potiores*) & conditio uno, & eodem tempore impletur, tàm reſpectu primi, quàm reſpectu ſecundi creditoris, tempore, inquam, novæ acquiſitionis bonorum, & ſic neuter ex iſtis videbatur alteri præferendus, ſed ſimul debere concurrere, cùm pares ſint in hypotheca, & uno, & eodem tempore favore utriuſque ſit contracta, *l. idemque* 7. §. *ſi tibi, ff. qui potiores*. At contrarium reſpondet Ulpianus, Fiſcum, qui primus contraxit, prævenire cauſam pignoris, quia non eſt reſpiciendum tempus, quo actu acquiritur dominium à debitore, & hypotheca contrahitur, ſed tempus contractus, ex quo pignus originem ducit, ut rectè conſiderat Salicetus in *l. licet* 7. *n.* 4. *& in l. aſſiduis* 12. *n.* 4. *C. qui potiores*, & Mantica *de tacitis, & ambiguis conventionib. lib.* 11. *tit.* 25. *n.* 8. & idem reſponderet Ulpianus de creditore privato, quia hic nihil ſpeciale in Fiſco reperitur. Prævenire enim cauſam pignoris, eſt occupare cauſam pignoris, ſeu in illo accipiendo priorem eſſe, ut in *l.* 2. *C. qui potiores.*

10 In hac interpretatione illud difficultatis occurrit, quòd in text. *dict. l. ſi is qui*, ſi ſpectemus rigorem litteræ, prius videtur obligaſſe debitor bona præſentia, & futura privato, quàm cum Fiſco contraheret, quia verbum illud, *Obligaverat*, eſt præteriti pluſquam perfecti, & ſignificat tempus anterius tempori illi, quod ſignificatur per verbum *Contraxerit*, quod eſt verbum præteriti perfecti: & ſic ſemper ſignificatur præceſsiſſe obligatio privati obligationem Fiſci. Quòd ſi ſtemus huic rigori litterali, reſurgit in textu eadem difficultas, quam omnes ſentiunt. Deinde quoniam ſi eam interpretationem approbemus, recedendum erit à communiſsima ſententia Doctorum omnium, excepto ſolo ferè Donello, quibus jam inde ab antiquis temporibus perſuaſum eſt, hoc eſſe Fiſci privilegium, ut præferatur prioribus creditoribus in bonis debitoris acquiſitis poſt contractum, cum ipſomet Fiſco celebratum. Durum autem eſſet hac in re contra Fiſcum, qui pro ſe habet omnium Doctorum placitum, & communem judiciorum uſum judicare, & à tot hominum ferè in controverſa ſententia deviare, & diſcedere.

11 Aliter conciliat prædictas leges Gabriel Mudeus *de pignorib. tit. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolvitur, n.* 115. ſequutus eundem Salicet. in *d. l. Titius* 22. *n.* 3. *in fin. ff. qui potiores*, ut differentia deciſionis hujus legis à deciſione, *l. ſi is qui ff. de jure fiſci*, oriatur ex diverſitate facti. Nam in

dict. l. Titius, debitor obligavit Sejæ creditrici privatæ omnia bona ſua, quæ habebat, habituruſque eſſet, Fiſco autem obligaverat res ſuas. Iſtæ verò duæ obligationum formæ juxta illud tempus erant diverſæ. Nam qui eo tempore obligabat res ſuas, non cenſebatur obligare bona futura, ſed ſolum præſentia, donec Juſtinianus ſtatuit in *l. ult. C. quæ res pign. obligar. poſſ.* obligantem res ſuas cenſeri obligare bona præſentia, & futura. Ita in ſpecie *dict. l. Titius*, cùm bona futura non eſſent Fiſco obligata, mirum non erat, Sejam privatam creditricem præferri Fiſco in bonis futuris, cùm in illis non tàm potior, quàm ſola inveniretur. In ſpecie verò *dict. l. is qui, ff. de jur. fiſc.* debitor contraxerat cum Fiſco, & cum privato, utrique obligans bona ſua præſentia, & futura: & concurrens Fiſcus privilegiatus cum privato non privilegiato eodem tempore in hypotheca futurorum bonorum, Fiſcus prævenit cauſam pignoris, ideſt cenſetur ob privilegium ſuum prius contrahere pignus, quàm creditur privatus.

12 Sed in hac interpretatione ille reſtat ſcrupulus, qui eam facit improbabilem, quoniam ſub quacunque forma congerit cum Fiſco debitor privatus, & quamvis non expreſsè obligaverit bona futura, & præſentia, Fiſcus habet tacitam hypothecam in bonis ſui debitoris, & ſecum contrahentis, quæ extenditur ad bona præſentia, & futura, juxta dicta *ſupra num. 3.* & ſic in ſpecie *dict. l. Titius*, Fiſcus habebat obligata bona præſentia, & futura debitoris communis, ſi non ex verbis contractus, ex privilegio tacitæ hypothecæ, & nihilominus Scævola reſpondit, præferri Fiſco creditorem privatum in bonis etiam futuris communis debitoris, quæ utrique creditori erant obligata.

13 Accurſius in *dict. l. Titius, ultima, verb. Præferenda, ff. qui potiores*, affert aliam concordiam, & eſt ultima interpretatio ibi relata, quam approbant Cujacius, & Julius Pacius, videlicet, cùm ibi fiat mentio trium contractuum debitoris, primi cum privato, in quo erant obligata omnia bona præſentia, & futura: ſecundi cum Fiſco tertii novationis cum eodem privato: Reſpondeat Juriſconſultus, privatum Fiſco præferri in bonis poſt primum contractum quæſitis, intellige tamen ante ſecundum contractum cum Fiſco initum. Non enim declarat ibi J. C. res quæſitas à debitore poſt contractum Fiſci, ſed quæſitas à debitore poſt primum contractum, in cujus locum per tertium contractum ſuccedit ſibi ipſi privatus, ut contingit facta etiam novatione cùm pignora repetuntur, *l. creditor 3. in princip. l. ſi prior 13. in princip. ff. qui potiores*, & ſic *d. l. ultima*, nihil continet contrarium, *d. l. ſi is qui.*

14 Omittimus cæteras concordias, quibus utuntur idem Accurſius, qui omnes excogitavit, & Bart. & hos ſequuti cæteri Doctores, & quas tradunt Conanus, & Anton. Faber, cum multiloquio, & alii. Ego verò cogitabam novam, quæ forſan plus placebit. Prædicta *l. Titius, ultima, ff. qui potiores*, authorem habuit Servidium Scævolam J.C. qui floruit temporibus Imperatoris Marci Antonini Philoſophi, & fuit Magiſter Papiniani, ut referunt Aymarus Rivalius *in hiſtoria juris civilis, lib. 5. n. 23.* & Valentin. Forſterus *in hiſtoria Juris civilis, lib. 2. in Servidio Scævola.* Hoc verò imperium cœpit anno ab urbe condita 913. & duravit ad annum 928. ſeu ab anno Chriſti 162. ad annum 177. juxta Faſtos Conſulares Antonii Contii, ſeu, ut alii volunt, Gregorii Haloandri, aut quiſquis eſt alterius Authoris, qui inveniuntur in libro Codicis. Papinianus diſcipulus Servidii Scævolæ floruit ſub Septimo Severo Imperatore, & Antonino Caracalla, ſeu Baſsiano ejus filio, à quo Papinianus dicitur occiſus, notant prædicti Aymarus Rivalius *d. lib. 5. n. 26.* & Forſterus *d. lib. 2. in Æmilio Papiniano.* Imperium Severi cœpit anno ab urbe condita 946. Chriſti 195. duravit ad annum urbis 963. Chriſti 212. Imperium Antonini cœpit ab anno urbis 964. Chriſti 213. Ulpianus verò Author, *d. l. ſi is qui, ff. de jure fiſci*, diſcipulus Æmilii Papiniani, & condiſcipulus Pauli, floruit ſub Imperio Alexandri

Se-

Severi,quod cœpit anno urbis 975. Christi 224. ut prædicti Aymarus Rivalius, & Valentinus,junctis Faſtis Conſularibus adnotarunt. Igitur ut veniamus ad antinomiam,Servidius Scævola reſpondit de jure indubitato juxta ſua tempora,in quibus ſervabatur antiqua regula, ut qui prior eſſet tempore, potior eſſet jure. Idque tàm quoad bona debitoris habita tempore contractus, quàm quoad poſt quæſita ſine ulla exceptione,quia eo tempore Fiſcus nihil habebat ſpeciale. Poſteà verò Papinianus recentior Juriſconſultus, ut erat acutus, conſiderans in Fiſco ſpecialem rationem cur in bonis futuris eſſet præferendus, quia nempè concurrentibus eodem temporis momento Fiſco, & privato creditore in contrahenda hypotheca, videlicet in acquiſitione nova bonorum poſt contractum Fiſci quæſitorum,poſtulabat privilegium Fiſci, ut Fiſcus præferretur creditori tempore contractæ hypothecæ pari, prærogativæ verò impari, & minori; reſpondit limitata regula juris antiqui ob rationem, quæ forſan Scævolæ non occurrit, Fiſcum eſſe præferendum. Hoc autem Papiniani reſponſum cauſam dedit, cur Imperator ſequutus tanti Juriſconſulti ſententiam, & in tam ſupremo loco conſtituti,conſtitutione peculiari lata expreſsè hoc privilegium Fiſco tribueret, quod antiquo jure fuerat omiſſum, & totum hoc colligitur ex prædicta Ulpiani *l. ſi is qui* 28. *ff. de jure fiſci*, ubi dixit: *Fiſcum potiorem eſſe debere, Papinianum reſpondiſſe, quod & conſtitutum eſt, prævenit enim cauſam pignoris Fiſcus.* Agnoſcit poſt reſponſum Papiniani novam conſtitutionem, quæ non fuerat tempore Servidii Scævolæ. Neque novum eſt multa ejuſmodi relicta fuiſſe à Triboniano,qui dum coacervavit ex Juriſconſultorum reſponſis jus civile, quod habemus in Digeſtis,plurima indigeſta reliquit, adjungendo jus novum cum jure antiquo, jam per recentiores conſtituriones correcto, aut limitato, & ſic ſæpiùs dicunt Doctores,hoc erat de jure Digeſtorum, hoc de jure Codicis, ſic ſimiliter contingit in Digeſtis, ut quædam conſtituta ſunt de antiquiore jure Digeſtorum, alia de jure Digeſtorum recentiori.

15 Quidquid ſit, illud certò ſtatuendum eſt, & firmiſsimè tenendum, in quo omnes,nullo ferè dempto conveniunt,Fiſcum habere privilegium, ut in rebus poſt ſuum contractum à debitore quæſitis præferatur anterioribus creditoribus. Ratio hujus privilegii, quæ communiter redditur à Doctoribus, & poteſt deſumi ex latè traditis à Saliceto in *l. licet* 7. *n.* 4. *& in l. aſſiduis* 12. *n.*4. *Cod. qui potiores*, & quam ſupra ſignificavimus (omiſſa ea, quam cum multiloquio, & ſe ſatis intricans reddit Conanus) eſt, quoniam cùm res noviter quæſita à debitore communi contrahit hypothecam, ideſt eodem ipſo momento temporis, quo acquiritur, ſimul concurrunt creditor privatus ratione ſui contractus anterioris, & Fiſcus ratione ſui contractus poſterioris,ſed cum privilegio. In hoc verò concurſu duorum creditorum tempore parium (non enim reſpiciendum eſt tempus contractus, quia hic nulla eſt retrotractio, ut adnotavit Salicet. *ubi ſupra*, & Conanus *comment. jur. civil. tit.*4. *cap.* 17. *n.*9. & Mantica *de tacit.& ambig. convent. lib.* 11. *tit.*25. *n.*5. quamvis contra ſenſerit Neguſant. *de pignor.* 5. *part. membr.*2. *n.*39.40. & 41. ſed tempus ipſum contractæ hypothecæ, quod unum,& idem eſt reſpectu utriuſque creditoris) inæqualium verò quoad privilegium, quia ſolus Fiſcus privilegio gaudet, vincit Fiſcus creditor privilegiatus, & fingitur præveniſſe hypothecam, quia debet præferri omnibus,qui ante ipſum hypothecam non acquiſierunt. Quæ eadem ratio movere potuit Papinianum, ut limitata regula juris antiqui reſponderet quod refert Ulpianus in *dict. l. ſi is qui*, & Imperatorem, ut juxta prædictum Papiniani reſponſum novam conſtitutionem ederet, ut in eadem lege refertur.

16 Utrum autem hoc privilegium Fiſci extendatur ad dotem, & mulier repetens dotem ab hæredibus mariti in concurſu aliorum creditorum ſit præferenda

an-

anterioribus, in bonis poſt contractum dotis à marito quæſitis, res eſt controverſa, aliis affirmantibus, aliis negantibus. Vide Barboſa *in l. 1. 2. p. ex n. 17. ff. ſolut. matrimon.* Gutierrez *lib. 3. pract. q. 100. ex n. 11. & n. 18.* Aſinium *de executionib. §. 7. cap. 25. ex n. 4.* Caſtillo *quotid. controverſ. lib. 3. cap. 4. ex n. 20.* qui multos alios allegant de hac difficultate tractantes.

17 Sublimita verò limitationem prædictam, ut hoc Fiſci privilegium, videlicet prælatio in bonis noviter quæſitis locum non habeat, ſi creditor anterior Fiſco ſit privilegiatus, ut ſi eſſet dos. Nam dos anterior præferretur Fiſco, etiam in bonis quæſitis poſt Fiſci contractum, prædicto Fiſci privilegio non obſtante. Hanc ſublimitationem tradunt Bartholomæus Socin. in *l. 1. n. 17. ff. ſolut. matrim.* Neguſant. *de pignorib. 2. p. membr. 4. ex num. 108. & 5. p. membr. 2. n. 32. verſic. Limita tamen,* Socin. Junior *conſil. 10. n. 27. 3. p.* Capicius *deciſ. 129. n. 12.* Barboſa *in dict. l. 1. 2. p. n. 22. verſ. Similiter & privilegium Fiſci, & n. 23. verſ. Et ideò melius, ff. ſoluto matrimon.* Gutierrez *lib. 3. pract. d. q. 100. n. 12. 13. & 14.* Mantica *de tacit. & ambig. convention. lib. 11. tit. 25. n. 9. 10. & 11.* Caſtillo *quotid. controverſ. dict. lib. 3. cap. 4. n. 24.* Ratio ſublimitationis eſt, quam tradunt communiter Doctores poſt Bart. in *d. l. Titius, ultima, ff. qui potiores, & in d. l. ſi is qui 28. in principio ante num. 1.* quoniam tunc ſecundus creditor præfertur priori in bonis quæſitis poſt contractum ſecundi creditoris, quando ſecundus eſt privilegiatus, & non eſt privilegiatus primus. Nam tunc primus creditor non habet pro ſe niſi prioritatem temporis contractus, & in tempore contractæ hypothecæ concurrit cum ſecundo, qui ratione ſui privilegii prævenit cauſam pignoris: at quando prior habet non ſolum prioritatem temporis, ſed etiam privilegium, præfertur ſecundo in bonis poſteà quæſitis, quia quoad privilegium, & tempus contractæ hypothecæ pares ſunt, at prior quoad prioritatem temporis contractus præcellit, ut contingit in *dict. l. ultima, ff. qui potiores*, ubi prior creditrix Seja erat privilegiata, quia erat creditrix ex tutela, & ſic præfertur Fiſco. Succedit enim regula, ut privilegiatus adverſus pariter privilegiatum non utatur privilegio ſuo, *l. ſed & milites 8. in princip. ff. de excuſat. tutor.* & dixi *ſupra diſp. 31. n. 2. in fin.*

18 Sed cui incumbet probatio, an bona ſint quæſita poſt contractum Fiſci, vel ante; an Fiſco, an creditori privato? Reſpondendum eſt, ſi prior creditor agit contra Fiſcum, ipſe debet probare, bona eſſe quæſita ante contractum Fiſci: ſi verò Fiſcus agit contra priorem creditorem privatum, ipſe debet probare, bona eſſe poſteà quæſita: & ei, qui ſe fundat in prioritate, aut poſterioritate incumbit probatio. Quoniam unuſquiſque tenetur probare fundamentum ſuæ intentionis, *§. non ſolum, Inſt. de legat. l. 2. l. ab ea parte 5. l. verius 21. ff. de probat.* Pacianus *de probation. lib. 1. cap. 7. & ſeqq. cap. 16. & ſeqq. cap. 51. & ſeqq. & ferè per totum librum.* Ita reſpondet Bartol. in *d. l. ſi is qui 28. n. 3. ff. de jure fiſci*, & illum ſequutus Neguſant. *de pignorib. 5. p. membr. 8. num. 43.* Mantica *de tacitis, & ambig. conventionib. lib. 11. tit. 25. ex n. 14.*

19 Hucuſque dixerunt omnes; ſed omiſerunt difficultatem frequentiſsimè in judiciis occurrentem, quam nullum vidi tetigiſſe, ſeu quia de ea non dubitaverint, ſeu quia menti non occurrerit: at ex ejus prætermiſsione orti ſunt magni, & multum noxii errores: habiti pro veritate indubitata in practica.

20 Difficultas autem eſt, an Fiſcus, cui omnes concedunt prælationem in bonis poſt ſuum contractum quæſitis, ſit præferendus in fructibus poſt ſuum contractum profectis ex bonis debitoris obligatis, tàm Fiſco, quàm aliis prioribus creditoribus?

21 Reſpondendum eſt affirmativè, nempè Fiſcum præferendum eſſe creditoribus anterioribus in fructibus hypothecarum natis, & provenientibus, ſeu acquiſitis poſt ſuum contractum: Idque ſervandum eſſe quoad omnes fructus naturales, in-

induſtriales,& civiles. Probatur argumento efficaciſsimo, quod nullam ſolutionem habere poteſt. Quoniam Fiſcus præfertur creditoribus anterioribus in bonis poſteà quæſitis à debitore communi, *dict. l. ſi is qui* 28. *ff. de jure fiſci*, ſecundùm communem interpretationem omnium Doctorum. Sed fructus hypothecarum nati poſt contractum Fiſci, ſunt bona poſteà quæſita à debitore. Ergo in illis prę ferendus eſt Fiſcus anterioribus creditoribus. Minor probatur, quoniam fructus ſunt bona diſtincta ab hypothecis capitalibus, ex quibus oriuntur, *l. in prædiis* 7. *ff. in quibus cauſis pign. tacit. contrah.* ubi pignus, ſeu hypotheca contrahitur in fructibus fundi locati favore domini fundi, in quo tanquam in re propria dominus non poteſt habere hypothecam, *l. neque pignus* 45. *ff. de regul. jur.* & ſi agamus de fructibus naturalibus, certum eſt, diſtingui à rebus, ex quibus naſcuntur, ut fœtus à grege, vires ab unis, oliva ab oleis, & univerſim cauſæ ab effectibus: in aliis item planum eſt, penſionem domus diſtingui à domo, reditum cenſus à capitali cenſus, & fructus officii, aut beneficii ab officio & beneficio ipſo. Ergo cum iſti fructus oriuntur, & promanant à capitali, noviter quæruntur à domino capitalis: non enim erant acquiſiti, antequam exorirentur, & provenirent à capitalibus ipſis: & quod eſt conſequens, iſti fructus erunt bona noviter quæſita, ſuper quibus tempore ortus, & acquiſitionis cadet hypotheca Fiſci privilegiata, ex qua provenit prælatio inter cæteros creditores, etiam priores, & præventio cauſæ pignoris, ut ſupra explicabimus.

22 Eſſe autem fructus bona noviter, ſeu poſteà quæſita, præter quam quod conſtat naturali ratione, quæ omni authoritati prævalet, *l. ſcire oportet* 15. *§. ſufficit, ff. de excuſat. tut.* docuerunt Alexand. *in l. ſi conſtante* 25. *in princip. n.* 38. Barboſa *n.* 47. *in fin. ff. ſolut. matrimon.* Item ex eo probatur, quòd fructus dotis lucratur maritus, cùm proprietatem dotis non lucretur, *l. dotis fructus* 8. *ff. de jur. dot.* Deinde de jure Caſtellæ cùm ſtatutum ſit, ut lucra, ſeu bona quæſita conſtante matrimonio communicentur inter conjuges, *l.* 2. *tit.* 9. *lib.* 5. *Recop.* ſtatutum etiam eſt, ut fructus bonorum, quorum proprietas ad alterum ex conjungibus expectat, inter conjuges communicentur tanquam bona ſuperlucrata, & noviter quæſita, ut ſtatuitur in *l.* 4. & *l.* 5. *dict. tit.* 9. *lib.* 5. *Recop.* notarunt Joann. Lupus *in Rubric. §.* 62. *n.* 9. *in fin. & n.* 10. *& ſeqq. & §.* 63. *&* 64. *de donation. inter*, Matienz. *in dict. l.* 4. *gloſſ.* 1. *ex n.* 1. *& in d. l.* 5. *gloſſ.* 5. Azeved. *in d. l.* 2. *ex n.* 17. *& in d. l.* 4. *ex n.* 1. ubi ait, quòd nomine acquæſtus illa comprehenduntur, quæ ex induſtria alicujus operâ, vel ſolertia acquiruntur, *l. quæſtus* 8. *ff. pro ſocio*, & acquirere eſt idem, quod lucrari, *cap. ex tranſmiſſa* 23. *cap. Paſtoralis* 28. *de decim.* Ancharran. *conſ.* 102. *contra dictam donationem, ex n.* 1. *in ſpecie n.* 5. & in dicto conſilio proculdubio loquitur de legibus Caſtellæ, & acquirere eſt propriè dominium rerum nanciſci. Calvinus *in lexico, verb. Acquirere.* Dubium verò non eſt, quin debitor nanciſcatur de novo dominium fructuum, *§. item ea quæ ex animalibus, §. ſi quis à non domino, §. in pecudum, Inſt. de rer. diviſ.* & ad hæc loca Pichard. Itaque fructus propriſsimè ſunt, & dicuntur bona noviter quæſita, ac per conſequens neceſſario cadunt ſub privilegio Fiſci, ut quoniam tempore acquiſitionis, id eſt ſimulatque nati ſunt, aut concepti, & diviſi natura à capitalibus, quo tempore cadunt ſub dominio debitoris, atque item ſub hypotheca creditorum, tam privatorum, quàm Fiſci, qui ſimul concurrunt in contractione pignoris privati quidem ſine privilegio, Fiſcus verò cum privilegio, præveniet cauſam pignoris Fiſcus, & in eis tanquam in bonis noviter quæſitis erit præferendus omnibus privatis creditoribus anterioribus.

23 Neque obſtat, quòd in fructibus contrahatur hypotheca legalis, qua tacitè cenſentur hypothecati eidem creditori, cui hypothecata eſt hypotheca capitalis, à qua proveniunt, *l. ſi convenerit* 18. *§. ſi fundus, ff. de pignor. act. l. grege* 13. *ff. de*

pig-

pignorib. l.quamvis 3. C. in quib.cauſ.pign. tacit. contrab. ubi Salic.*n.2. l.in prædiis 7. ff. eod. tit.* Gregor.Lopez *in l.14.tit.13. p.5. gloſſ.3.* Neguſant.*de pignorib. 2.part. membr. 2. ex n.25. & memb.4. ex n. 147.* Franc.Marcus *deciſ.715. 2.p.* Mantica *de tacit. & ambig. convent. lib.1. tit. 5. n. 7.* Molina *de juſtitia,tract.2.tom.2.diſp.529. n.5.* Federic.Martini *de jure cenſuum,cap. ult. n.20. & 21.* Thuſc. *litt.H. concl. 129. n. 25.* Mozius *de contractib. tract. de pignorib. & hypothec. tit. de naturalib. pignor. & hypothec. n.15.*

24 Non,inquam, obſtat, nam quamvis creditor anterior, cui obligata ſunt omnia debitoris bona, tàm præſentia, quàm futura, acquirat in fructibus eorum bonorum cùm exoriuntur hypothecam conventionalem ex ſuo contractu, & tacitam legalem juxta prædictam *l.quamvis*, cum concordantibus, Fiſcus etiam acquirit in eiſdem fructibus, & eodem tempore hypothecam conventionalem ex ſuo contractu, & tacitam legalem, quia prædium, ex quo fructus naſcuntur ſimiliter eſt ipſi obligatum, & quoad hoc Fiſcus, & privatus creditor pares ſunt; at Fiſcus habet hypothecam privilegiatam, per quam vincit omnes creditores non privilegiatos in rebus quæſitis poſt ſuum contractum, quia cenſetur prævenire cauſam pignoris.

25 Hæc tamen reſolutio limitanda eſt, ut non procedat,& Fiſcus non ſit præferendus in fructibus ortis ex hypothecis Fiſco obligatis, quoties hypotheca Fiſco obligata fuerit alienata, & extra dominium debitoris, & fructus producti nati fuerint apud dominum, qui non ſit debitor Fiſci: quoniam tunc quemadmodum fructus hypothecæ eo tempore nati, & recollecti ſunt extra patrimonium, & dominium debitoris Fiſci: ita non ſubjiciuntur hypothecæ fiſcali: ac per conſequens in eis, utpotè in quibus nullum jus habet, & quæ non quæruntur debitori Fiſci, non erit preferendus Fiſcus.Tamdiu enim fructus pignoris cenſentur tacitè hypothecati creditori, quamdiu, & donec hypotheca manet ſub dominio debitoris: cùm verò pignus alienatur,& exit extra patrimonium, & dominium debitoris, fructus remanent liberi à nexu, & vinculo pignoris taciti, *l. Paulus 29. §. ſi mancipia*, ubi Salicet. *ff. de pignorib. Gloſſ. in verb.Utendi fruendi, in l. potior 11. §. ſi de futura*, ubi Bart. & Salicet. *ff. qui potiores in pign. habeant.gloſſ.in l.1.§.cum prædium,verb.Nunquam debitoris, per textum ibi, ff.de pignor. Gloſſ.* notatu digna in *l.1. verb.Placuit, C. de partu pignor. & omni cauſ.* ubi Cynus, & Salicet. Neguſant. *de pignor.5.p. memb. 2. n. 32.* Merlinus *controverſ. forenſ. cap. 24. n.5.* Surd. *deciſ.97. n. 12.* Gaitus *de credito, cap.4. quæſito 7. n. 416.* Viſconte *in concluſionib. juris, litter.F. verb. Fructus futuri*, Franc. Niger Cyriacus *controverſ. forenſ. lib.3. controv. 490. ex n. 49.* Seſsè *deciſ. 87. ex n. 5.* Hævia Bolaño *in Curia Philippica, 2.p. lib.2. cap.3. n.13.*Gabriel Mudeus *de pignoribus,tit.de pignorum fructu, partu, cauſa quælibet, acceſsione, & mutatione, ex num.19.*ubi ait, in obligatione fructuum eam ineſſe conditionem, non ſolum ſi naſcantur, ſed etiam ſi naſcantur debitori.

26 Itaque ex prædictis ſit, ut quoties in concurſu creditorum,in quo intervenit Fiſcus,uno,vel pluribus petentibus ſequeſtrantur bona debitoris hypothecata, & obligata omnibus, in fructibus bonorum ſequeſtratorum antequam vendantur, & transferantur in tertium; tanquam in bonis poſteà quæſitis, Fiſcus ſit præferendus omnibus creditoribus anterioribus non privilegiatis. In qua re video ſæpè ſæpius erratum cum magno Fiſci damno, non attento ejus privilegio. Ego verò ſæpiùs hanc ſententiam practicavi, & juxta eam diffinivi multas cauſas Fiſcales, quarum ſpatio multorum annorum Judex fui. Sed in hoc Regno, imò & doctiſsimo cuidam viro viſa eſt doctrina nova, & inaudita, ut ſciamus, neminem eſſe, cui multa nova non videantur, quæ non ſunt nova.

SUM-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

SUMMA DISPUTATIONIS XXXV.

1 UBi Doctores tractent de subrogatione posterioris creditoris in locum prioris.

2 Cùm creditor cedit actiones suas, cessionarius subrogatur in locum cedentis.

3 Cùm creditor posterior solvit priori eo fine, ut in ejus locum subrogetur, etiam si nullum fiat pactum, subrogatur in locum prioris.

4 Cùm extraneus solvit creditori pro debitore non potest cogere creditorem ad cedendum.

5 Creditor cogitur cedere fidejussori, vel correo solventi pro debitore.

6 Tertio possessori hypothecæ solventi pro debitore cogitur creditor cedere actiones contra debitorem.

7 Extraneus potest solvere pro debitore, & illum etiam invitum liberare.

8 Extraneus sic solvens pro debitore creditori non succedit in locum creditoris, sed solum contra ipsum debitorem acquiret actionem negotiorum gestorum.

9 Ut extraneus solvens creditori pro debitore subrogetur in locum creditoris intervenire debent pacta notata à gloss. in l. Aristo, ff. quæ res pign. oblig. poss.

10 Creditor recipiens pecuniam extranei videtur in successione, & subrogatione illius consentire.

11 Cùm debitor solvit creditori de sua propria pecunia consequitur liberationem, & extinguit omnem actionem.

Debitori solventi, neque fidejussori solventi nomine debitoris non fit cessio, & limitatur, remissivè, ibidem.

12 Cùm debitor solvit de pecunia aliena, ut is, qui dat pecuniam debitori ad solvendum subintret in locum dimissi creditoris, requiruntur pacta relata à glossa in dict. l. Aristo.

13 Non solvit de pecunia aliena qui solvit de pretio rei à se venditæ: sed de pecunia propria.

14 Cùm creditor vult succedere sibi ipsi novans primum contractum & repetens pignora, manet quoad primum debitum cum prima antiquitate.

15 An hypotheca ex successione legali quæsita sit eadem, quam habebat primus creditor, vel diversa, est quæstio de apicibus juris.

16 Quòd senserit Accursius, esse diversam.

17 Verius est, esse unam, & eandem.

18 Cùm extraneus emit à debitore rem hypothecatam cum pacto, quòd de pretio solvatur creditori, & pretium pervenit re vera ad creditorem, emptor non succedit in actionem prioris creditoris, sed consequitur solum jus retentionis adversus posteriores creditores.

19 Istum emptorem succedere in jus primi creditoris, multi asseruerunt.

20 Non est tamen recedendum à priori sententia ob multum urgentes rationes.

21 In hoc casu non cogitur creditor cedere actiones.

22 Actio, quæ cedituur non potest coarctari, sed habet eandem naturam in cessionario, quam habebat in cedente.

23 Si creditor census, seu annui introitus illum cedat, aut vendat cui voluerit, cessionarius succedet in locum, & actionem cedentis.

24 Correi, fidejussores, & tertii possessores hypothecarum possunt compellere creditorem annui reditus ad cedendum, soluta sorte cum reditibus decursis.

25 Tertius potest solvere pro debitore capitale census cum reditibus decursis, ad effectum dissolvendi obligationem censualem in totum.

26 Extraneus iste tertius solvendo non potest cogere creditorem annui reditus ad cedendum sibi jura, sed solum ad patiendam extinctionem census.

Habebit tamen contra debitorem census actionem negotiorum gestorum, ibi.

27 Debitor annui reditus soluta creditori sorte capitali cum reditibus, potest illum compellere ad se liberandum, liberandosque correos, fidejussores, & hypothecas, sed non ad cedendum sibi jura census inextincta.

Cessio non potest fieri debitori, quia actio,

& paſsio non poſſunt concurrere in eodem ſubjecto, neque idem ſibi ipſi debere, ibid.

Cùm ceſsio fit debitori à creditore effectus eſt, ut debitor remaneat liberatus, ibid.

28 *Cùm debitori datur pecunia ab extraneo, ut ſolvat creditori reditus annui, dubium eſt, an iſte extraneus poſsit conſtitui in loco prioris creditoris.*

29 *Si iſte contractus fiat ſine interventu creditoris antiqui inter ſolum debitorem, & dantem pecuniam cum pactis relatis à* gloſſ. in d.l. Ariſto, *ſuccedit dans pecuniam in locum creditoris reditus annui.*

30 *Si ſecundus creditor ſolvat primo, ſubrogabitur in eis locum confirmans ſuum poſterius creditum.*

31 *Conſideratio nova Authoris, an ſuccedatur in actionibus, an in jure cenſus, & cenſum non eſſe actionem, quemadmodum ceſſa rei vendicatione non creditur dominium.*

32 *Jus cenſus, & actiones transfuſæ miniſterio legis in ſecundum creditorem manent affectæ obligationibus, & hypothecis contractis apud primum creditorem.*

33 *Si cenſus primus erat conſtitutus cum aſſenſu ſuper bonis feudalibus, ſecundus creditor, in quem primus cenſus eſt tranſlatus non indigebit novo aſſenſu.*

34 *Si creditor ad præces debitoris ſolvendis ſponte (quia cogi non poteſt) cedat jus ſuum extraneo danti pecuniam debitori cenſus nulla contingit liberatio, ſed manet obligatus ſecundo creditori ceſsionario, ut erat obligatus cedenti.*

35 *Si debitor cenſus accepta ab extraneo pecunia ſolvat creditori, & faciat redemptionem, extinguatque primum cenſum, faciens novum contractum cum dante pecuniam, creditor primus nihil habet, quod poſsit edere, & ita dans pecuniam non ſuccedit in locum primi creditoris reditus extincti.*

36 *Si contractus iſte fiat cum interventu trium perſonarum, videlicet debitore reditus, extraneo dante pecuniam, & primo creditore reditus cedente jus ſuum extraneo, reſultant plures difficultates.*

37 *Iſti contractui antiquis omnibus ignoto, apud Neapolitanos uſitatiſsimo notabiles tribuuntur effectus.*

38 *Jus luendi ceſſum non habet majorem vim apud ceſsionarium, quàm habebat apud cedentem.*

Jus luendi inventum, ut extinguat primum reditus contractum, & reſolvat hypothecas, quibus ille ſubjici ciebatur, ibid.

39 *Succeſsio in jus primi creditoris cedentis repugnat effectui juris luendi.*

40 *Ceſsio juris luendi oſtenditur ſupervacua, & ſine illa reſultarent iidem effectus.*

41 *Jus cenſus inextinctum, quod tranſit per ceſsionem in novum poſſeſſorem remanet ſubjectum hypothecis contractis apud antiquum poſſeſſorem.*

Vana eſt conſideratio, quòd ſecluſo jure luendi non compelleretur cedere jus cenſus.

42 *Doctrina Bart.* in l. in diem, ff. de aqua pluvia arcenda, *hic videtur locum habere, ibid.*

43 *Jus luendi à debitore ceſſum non tribuit jus ad compellendum creditorem, ut ceſsionem faciat.*

Debitor cenſus virtute juris luendi non poteſt compellere creditorem ad cedendum, ſed ſolum ad patiendam extinctionem cenſus.

44 *Retrovenditionis nomen quid ſignificet, & quomodo uſurpetur in hac ſpecie,*

Pactum retrovenditionis non aliud eſt, quàm pactum, ex quo cenſus fit extinguibilis, & reſolubilis, ibi.

Redemptio, extinctio, & liberatio idem ſunt, ibid.

45 *Retrovenditionis nomen non accipitur propriè, ſed abuſivè: nam hæc eſt vera venditio cenſus, non retrovenditio.*

Venditio, & revenditio non poſſunt ſimul ſtare, ibi.

46 *Extraneus non poteſt compellere creditorem cenſus ad vendendum ſuum jus, etiam ſi utatur jure luendi.*

Non habet locum doctrina Bartol. in d.l. in diem, ff. de aqua pluv. arcend.

47 *Cautela noviter ab Authore excogitata, ut ſint compatibiles antiquitas annui introitus, & extinctio hypothecarum ſupra ipſo conſtitutarum ab emptore primo.*

Agi-

48 *Agitur de tertio effectu prædicti novi contractus.*

49 *Ex uno contractu census oritur duplex obligatio, una primaria, alia secundaria.*

50 *Regula* l. Lucius, *limitatur primò ratione novationis cum repetitione hypothecarum.*

51 *Regula* l. Lucius, ff. qui potiores, *secundò limitatur à multis in usuris, seu interesse legatorum.*

DISPUTATIO XXXV.

Quænam requirantur, ut creditor posterior succedat, & subrogetur in locum prioris.

1 IN duobus locis solemnibus tractant Doctores de hac difficultate *in l. Aristo 3. ff. quæ res pignor. obligat. poss.* ubi Glossa *verb. Pignus, & in l. 1. C. de iis qui in prior. cred. loc. succed.* & ibi etiam Gloss. *verb. Non omnimodo*, ultra alia loca, quæ inferius in discursu referemus. Et distinguunt diversos casus, in quibus unus creditor succedit alteri, & subrogatur in locum illius, vel succedit sibi ipsi, aliquando ad agendum, aliquando ad retinendum, quos oportebit percurrere, ut cognoscatur vis, & effectus hypothecarum.

2 Primus casus est, quando unus creditor cedit alteri creditori posteriori, vel extraneo, qui non sit creditor, jura sua, & actionem, quam habet contra suum debitorem: nam tunc cessionarius subrogatur, & succedit in locum cedentis in omnibus, & per omnia, *l. emptor 5. C. de hæred. vel act. vendita*, ubi Gloss. *verb. Fungitur*, & *ibi* Cynus *in princ.* Salicet. *n. 1.* Alberic. *n. 5. & 6.* Fulgos. *in princ.* Paulus *n. 1. l. si cùm pecuniam 3. C. de privil. Fisci*, idem Cynus *in l. 1. ante n. 1.* Salic. *n. 2. Cod. de iis qui in prior. cred. loc. succed.* & dicunt omnes *in l. 1. C. de act. & obligat.* Franciscus Balduinus *de pignor. cap. 19. paulò ante medium*, Ponte *consil. 6. n. 10. vol. 1.* dixi *supra hoc tit. disp. 26. n. 1.* ubi alios allegavi. Ad cessionem autem faciendam non requiritur voluntas debitoris cessi, imò eo invito creditor potest cedere actionem contra ipsum cui voluerint, *l. nominis 3. C. de hæred. vel act. vend. l. 1. §. 1. & ibi gloss. verb. Solet, C. de novation.* Gasp. Roderic. *de annuis redit. lib. 2. q. 17. n. 17.*

3 Secundus casus est, cùm creditor posterior hypothecarius solvit priori creditori hypothecario sine ullo pacto, eo tamen animo, & fine, ut succedat in locum illius: vel illo nolente, solutionem recipere offerat, deponat, & consignet pecuniam. Hoc casu dicendum est, etiamsi primus creditor non cedat actiones suas posteriori isti creditori, istum secundum succedere in locum prioris. Probat *l. 1. C. qui potiores, l. si prior 4. C. de iis qui in prior. cred. locum succed. l. cùm secundus 5. in princip. ff. de distract. pign. l. potior 11. §. ult. ff. qui potiores, l. 34. tit. 13. p. 5. glossa in d. l. Aristo, & in d. l. 1. C. de iis qui in prior. cred. loc. succed.* Bart. *in d. l. Aristo, n. 1.* Cynus *in d. l. 1. in princ.* Bald. *n. 1.* Salic. *n. 1.* Angelus, Joann. Faber, Rota *novissima decis. 293. n. 1 p. 4.* Afflictis *decis. 259.* Cartarius *decis. 61. ex n. 11.* Franch. *decis. 134. n. 3.* Anton. Faber *lib. 8. C. tit. 9. diffinit. 2. n. 3.* Negusant. *de pignor. 5. p. memb. 3. 1. p. n. 10. & 13.* Ponte *cons. 87. n. 1. vol. 1.* Thesaurus *quæst. forens. lib. 2. q. 30. n. 1. & 2.* Mantica *de tacit. & ambig. convent. lib. 11. tit. 28. n. 5. & 8.* Barbosa *in l. post dotem 41. n. 61. ff. solut. matrimon.* Gaspar Roderic. *de annuis redit. libr. 1. q. 14. n. 21. & lib. 2. q. 16. n. 53.* Molina *de justit. tract. 2. tom. 2. disp. 536. n. 17.* Anton. de Amato *variar. resol. lib. 1. resol. 7. n. 1.* Quamvis videantur aliquantulum discedere Mudeus *de pignorib. tit. quib. mod. pignus, vel hypoth. solvit. ex n. 73.* qui ad hanc successionem posterioris creditoris in locum prioris requirit pactum.

4 Tertius casus est, cùm extraneus solvit priori creditori pro debitore. Vocamus extraneum, qui neque sit fidejussor debitoris, neque correus, neque possessor alicujus hypothecæ creditori obligatæ. Isti autem extraneo sic solventi quamvis creditor si velit, possit actiones suas cedere, tamen non potest ipse compellere creditorem, cui solvit, ad cedendum, *l. 1. C.*

C. de contrar. jud. tutel. in primo reſponſo, l. nulla 5. C. de ſolut. Bart. *in d. l. Ariſto, n.2.* Bald.*conſ.190. conſilium prædictum,n. 2. vol.5.* Neguſant. *de pignor. 5.p. princip. membr.3. 1.p. n.42.* poſt Cynum, & Salicetum, Gaſpar Roderic. *de annuis reditib. lib.2. q.16. n.7. & q.17. n.6.* Anton. de Amato *variar. reſol. lib. 1. reſol. 7. n.15.* Quod planè deducitur ex textu *in l. invitum 11. C. de contrab.empt. l.nec emere 16. C. de jur.deliber.lib.3.tit.5.p.5. & ibi gloſſ.* 1. nam ceſsio facta pro pretio planè eſt venditio, Bald. *d.conſ.190.* Gaſp.Roder. *d.q.17. ex n.16.*

5 Fidejuſſori autem, vel correo ſolventi pro debitore cogitur creditor actiones cedere, *l. fidejuſſoribus 17. l. cùm is qui 36. ff. de fidejuſſorib.l.2.l.cùm alter 11. C.eod. tit.* Neguſant.*de pignor.d.5.p. memb. 3. 1.p. n.32. verſ. Tertiò principaliter,cum nn. ſeqq. & n.35.* dum tamen fidejuſſor nomine ſuo ſolvat, non nomine debitoris, nam ſic ſolvens illum liberavit, & nulla erit actio, quæ cedi poſsit, *gloſſa ultima, in l. Papinianus 28. ff. mandati,* ubi Alberic. *l.11. tit.12. p.5.* ubi Gregor.*per omnes gloſſas.*

6 Item tertio poſſeſſori alicujus hypothecæ ſolventi cogitur creditor actiones contra debitorem cedere,*l.mulier 20. ff. qui potior. l. cùm poſſeſſor 5. in princ. ff. de cenſib.* Neguſant.*ubi ſupr.n.25.& n.26.* Gaſp. Roder. *de annuis redit. lib.2. q.16. n.12.16.& 33.& q.17.ex n.12.* Felician. *de cenſib. tom.1. libr.3. cap.2. ex n.17. & tom.2.* latè *lib.3. cap.2. ex n.11.* Giurba *deciſ.87. n.20.*

7 Illud certum eſt, poſſe extraneum ſolvere pro debitore, ut ipſum liberet etiam ipſum,& reluctantem,*l.ſolvendo 41. ff.de negot.geſt. l. ſolutionem 23. l.ſi pro me 40. l.ſolvere 53. ff. de ſolut.* Neguſant.*ubi ſup.n.39.* Thuſc.*litt.S.concl.340. ex n.33. & concl.352. ex n.1.* Quòd ſi creditor recuſet pecuniam accipere,poteſt etiam eam deponendo, & conſignando debitorem liberare : nam depoſitum conſignatum habet vim ſolutionis, *l.qui mutuam 56. §.fidejuſſor, ff.mandati, l. debitor 7. ff. de uſuris, l.acceptam 19. C. de uſur. l.obſignatione 9. C. de ſolut.* Gaſp.Roderic. *de annuis redit. lib.2. q.16. n.3.*

8 Iſte autem extraneus ſic ſolvens creditori non ſuccedet in ejus locum, aut hypothecam, ſed ſolum conſequetur adverſus debitorem actionem perſonalem negotiorum geſtorum, qua poterit illum convenire ad recuperandum pecuniam pro ipſo creditori ſuo ſolutam. Notat *gloſſ.1. in d.l. ſolvendo,* Cynus *in l.1. C. de iis qui in prior. cred. loc. ſucced.* & *ibi* Bald. *n.1.* & Angelus, Salicet. *in d.l.Ariſto,* poſt Jacobum Arena, Surd. *conſ.183. n.17. vol. 2.* Franch. *deciſ.134. n.8.* Amato *variar. reſol. lib.1. reſol.7. n.13.* Ratio eſt, quia debitor per hanc ſolutionem à debito liberatur, & ſic omnis obligatio, & actio contra ipſum, quam creditor habebat extinguitur, *l. Modeſtinus 76. ff. de ſolut.* ac per conſequens ſic ſolvens nullam actionem contra debitorem liberatum conſequi poteſt, ſed ſolum actionem negotiorum geſtorum orta eſt quaſi *contractu,* juxta textum *in l. ſive pro fratre 3. l. ſi filius 12. in ſecundo reſponſo, C. de negot. geſt. §. igitur, Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi contract.* Dixi, *ſic ſolvens creditori,*quia ſi non ſolveret pro debitore, ſed emeret à creditore vendere volente nomen debitoris, ſuccederet tanquam ceſsionarius in omnem actionem, & jus creditoris, ut dixi *ſupra n.2.* & notant *in d.l.1. C. de iis qui in priorum cred.* Cynus, Alberic.Angelus, Salicet. Fulgoſ. Amato *variar.reſol. lib.1. d.reſol.7.n.12.* An verò iſte extraneus acquirat jus retentionis, & exceptionem adverſus creditores poſteriores volentes avocare rem hypothecatam poſſeſſam ab eodem extraneo, qui prius debitum exſolvit. Vide Franch. *d.deciſ.134.* latè, & optimè diſputantem.

9 Ut igitur extraneus ſolvens pro debitore creditori ſubrogetur in locum creditoris ipſius, & nanciſcatur, acquiratque creditoris actiones omnes contra debitorem, tàm perſonalem, quàm hypothecariam, intervenire debent pacta, quæ notat *gloſſ. in d.l.Ariſto, & in d.l.1. C. de iis*

qui

qui in prior. cred.loc.ſucced. videlicet. Primò pactum factum cum debitore, ut iſte extraneus ſuccedat in locum primi creditoris ſua pecunia dimiſsi. Secundò pactum, ut res, quæ erat primo creditori obligata, maneat obligata iſti extraneo, & alia,quæ referemus inferius *n.* 12. quod colligitur ex text.*in d.l.* 1.*verſic.Hoc enim*, & ibi tradunt omnes Doctores poſt gloſſam, Fabius Capicius Galeota *controverſ.* 56. *n.*31. *lib.* 1.

10 Quærit tamen Gloſſa,& poſt illam Bart. *in d.l. Ariſto, n.*7. *circa fin.* quomodo poſsit fieri, ut iſte extraneus ſuccedat in locum prioris creditoris ex pacto facto cum debitore, ſine creditoris interventu, & conſenſu. Reſpondent, id fieri poſſe, quia primus ille creditor accipiendo pecuniam extranei, videtur in ſucceſsione illius conſentire: ſucceſsio autem fit lege concedente, quæ vult, & fingit, primum creditorem, cùm illi ſolutio fit, velle, ut ſibi ſuccedatur. Sequuntur eos communiter DD. Neguſant. *de pignor.* 5.*p. membr.* 3. 1.*p. n.*45. Franch. *deciſ.*97. *n.* 2. & 3. Caſtillo *deciſ.*98.*n.* 5.*lib.* 1. Molina *de juſt. tract.*2. *tom.*2. *diſp.*536. *n.*18. Anton. de Amato *variar. reſol. lib.* 1. *reſol.*7. *n.*25.& 26. qui alios allegat.

11 Quartus caſus eſt, cùm debitor ſolvit creditori de ſua propria pecunia. Hoc caſu debitor conſequitur liberationem obligationis ſuæ,& extinguit omnem actionem tàm perſonalem contra ſe, quàm contra fidejuſſores, & hypothecariam: & in nullum jus,aut actionem creditoris ſuccedit. Ratio eſt, quia ſolutione omnia jura creditoris extinguuntur, *princ.Inſt.quib. mod. tollet. oblig.* etiam pignorum, *l. item liberatur* 6. *ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolvit. l. in omnibus* 43. *ff. de ſolut.* Petr. Gregor. *ſyntagm. juris univerſ.lib.*23. *cap.* 12. *n.*1. ideò debitori ceſsio fieri non poteſt, neque per ceſsionem in jus creditoris ſuccedere,imò neque extraneo ſolventi nomine debitoris fit ceſsio, *l.nulla* 5. *C. de ſolut.* neque fidejuſſori nomine debitoris ſolventi, quia tunc perimuntur actiones creditoris, & ſic per ceſsionem nihil poteſt transferri, aut agi, cùm nulla actio ſuperfuerit, *l. Modeſtinus* 76. *ff. de ſolut. l.*11. *tit.* 12. *p.*5. & *ibi gloſſ. ult.* Azor *in ſumma, C. de fidejuſſor.n.*13. Gloſſa celebris *in l.Papinianus* 28.*ſcholio ultimo ff.mandati*, Gutierr. *allegat.* 4. *n.*10. & 11. Felician. *de cenſib. tom.*1. *lib.*3. *cap.*3. *ex n.* 6. qui allegat Gloſſam, Dynum, Oldrad. Rainerium, Bart. Albericum Angel. Imolam, & Paul. de Caſtro *in d.l. Modeſtinus*, Franchis *deciſ.*55. *n.*7. Ponte *conſ.*82.*n.*8. *vol.*1. & dicam iterum *infrà n.*27. Seraphinus *deciſ.*481.*n.*1. Cencius *de cenſibus*, 2.*p. cap.*2. *q.*2. *art.*5. *ex n.*16. Gaſp. Roder. *de annuis redit. lib.*2. *q.*16. *n.*26. & 52. Surd.*conſ.*183.*n.*17.*vol.*2. Neguſant. *de pignor.* 5.*p. membr.*3. 1.*p. n.*43. qui tamen limitat hanc regulam,non eſſe cedendum debitori. Item eam limitat Gaſpar Roderic. *ubi ſup.n.*18.& *n.*10. dicit limitari à Paul,& Alex. limitat etiam Bart. *in d.l. Ariſto, n.*3. item limitatur à Feliciano *de cenſib. tom.*1. *lib.*3.*cap.*2.*n.*18. §. *in qua quæſtione, verſ.Quinimò, & debitori.* Sed limitationes ſunt extra rem.

12 Quintus caſus eſt, cùm debitor ſolvit,non de ſua pecunia, ſed de pecunia aliena, quam accepit mutuam ab extraneo ad ſolvendum alicui priori creditori, aut ſuis creditoribus. Quo caſu, ut mutuator ſubintret in locum prioris creditoris, requiruntur pacta, quæ commemorat Gloſſ. *in d.l.Ariſto*, quæ enumerat quatuor, & *in d.l.* 1. *C. de iis qui in prior. cred.loc. ſucced.* quæ enumerat tria, ſed credo, inter illas nullam eſſe differentiam, quia in tribus continentur omnia quatuor. Primum eſt pactum cum debitore, ut bona, quæ ſunt obligata creditori remaneant obligata iſti extraneo danti debitori pecuniam ad ſolvendum. Secundum pactum ſimiliter cum debitore, ut extraneus iſte ſuccedat in locum primi creditoris, cui ſolvendum eſt. Tertium, ut extraneus iſte det debitori mutuam pecuniam ad ſolvendum priori creditori,& pignus liberandum. Quartum requiſitum eſt, ut ipſa pecunia ſic mutuata perveniat ad primum creditorem. Quibus intervenientibus extraneus iſte, cujus

pe-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

pecunia primus creditor dimiſſus eſt, ſuccedit in locum primi creditoris in omnia jura illius, & actiones, in omnibus, & per omnia, ac ſi haberet ceſsionem actionum ab ipſo creditore, quia miniſterio legis transferuntur, quę potentior eſt homine, qui potuiſſet illas per ceſsionem transferre. Hæc requiſita videntur apertè colligi ex textu *in d.l. Ariſto, & in d.l.* 1. tradunt *in d. l. Ariſto*, Gloſſ. Bart. Bald. Alberic. Angel. Salic. Fulgoſ. *& in d.l.* 1. Gloſſ. Alberic. Bald. Salic. Fulgoſ. Neguſant. *de pignor. 5.p. membr.* 3. 1. *p.n.* 45. Franch. *deciſ.* 97. *ex n.* 2. Anton. Faber *lib.* 8. *C. tit.* 9. *diffinit.* 2. 3. 4. *&* 5. Rota Noviſsima *diverſor. deciſ.* 293. *ex n.* 3. *p.* 4. Caſtillo *deciſ.* 98. *n.* 5. *lib.* 1. Ponte *conſ.* 6. *n.* 2. *&* 3. *& conſil.* 87. *n.* 3. *vol.* 1. Surd. *conſ.* 444. *n.* 9. *vol.* 3. Camillus de Medicis *conſ.* 165. *num.* 2. Aſinius *de executionib.* §. 7. *cap.* 55. *num.* 4. Mantica *de tacit. & ambig. convent. lib.* 11. *tit.* 28. *n.* 16. Gaſp. Roderic. *de annuis redit. lib.* 2. *q.* 16. *n.* 50. *cum ſeqq.* Antonius de Amato *variar. reſolut. lib.* 1. *reſol.* 7. *n.* 18. 19. 21. *& ſeqq.* Fabius Galeotus *controverſ.* 56. *n.* 31. *tom.* 1.

13 Qua in re non eſt omittenda elegans, & veriſsima adnotatio Joann. Franciſci de Ponte *d.conſ.* 87. *n.* 20. *cum ſeqq.* cùm tractatur de ſubrogando extraneo in locum prioris creditoris, ex eo quòd det debitori pecuniam ad ſolvendum priori creditori, agi de extraneo, qui non ſolvit pecuniam creditori debitam, ſed pecuniam ſuam propriam, ut in *l. ſi ventri* 8. §. *eorum, ff. de privil. cred.* & de debitore, qui alienam pecuniam, non ſibi debitam, ſed gratis mutuatam creditori ſolvit. Sed ſi debitor ſolvit ſuo creditori de pecunia ſibi proveniente ex pretio rei à ſe venditæ, tunc non ſolvit de pecunia aliena, ſed de pecunia propria, ut dicebamus *ſup. hoc tit. diſp.* 28. *n.* 25. *&* *n.* 30. *&* 31. & nulla erit ſucceſsio in jura creditoris, cui ex illa pecunia facta eſt ſolutio, juxta dicta *ſupra in quarto caſu, n.* 11. quòd ſi extraneus, qui emit à debitore aliquam rem, adjiciat in emptione pactum, ut ex pretio illius rei ſibi à debitore venditæ ſolvatur creditori debitoris, tunc non ſuccedet emptor in jura, & actiones creditoris illo pretio dimiſsi, ſed ſolum acquiret jus retentionis, ut eſt caſus expreſſus *in l. penult. C. de iis qui in prior. cred.* de quo agemus *infra n.* 18. *in ſeptimo caſu.*

14 Sextus caſus eſt, cùm creditor, qui habet creditum antiquum contra debitorem, vult ſuccedere ſibi ipſi, facto novo contractu cum eodem debitore, & manere in novo contractu cum eadem prioritate, quam antea habebat. Hoc caſu dicendum eſt, creditorem priorem de novo contrahentem cum debitore, & novantem primum contractum poſſe remanere in novo contractu cum prioritate antiqui, quoad quantitatem per ipſum primum contractum debitam, ſi repetierit eadem pignora prius obligata in contractu antiquo, ideſt in hoc novo eadem obligaverit, maximè ſi adjecerit proteſtationem, quòd intelligatur novus contractus fieri citra præjudicium jurium anteriorum primi, & cum reſervatione prioritatis anterioris contractus, ut notat Caſtillo *deciſ.* 5. *n.* 5. *cum ſeqq. &* *deciſ.* 17. *n.* 35. *lib.* 1. Maſtrill. *deciſ.* 40. nam tunc cenſetur, creditor ſibi ipſi ſuccedere. Ita ſtatuit text. *in l. creditor* 3. *in princip. & in l. ſi prior* 13. *in princ. & in l. Titius, ultim. ff. qui potiores.* Notant *in d.l. creditor*, Bart. Bald. Alberic. Angel. Salicet. Fulgoſ. Ripa *in l. privilegia* 16. *n.* 49. *ff. de privil. cred.* Neguſant. *de pignor.* 5. *p. membr.* 2. *n.* 13. *&* 6. *p. memb.* 3. *n.* 7. Balduinus *de pignorib. cap.* 19. *paulò poſt medium, & cap.* 20. *ante medium, verſic. Sed & novata*, Mudeus *de pignorib. tit. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolvit. n.* 76. Parlador. *lib.* 2. *rer. quotid. cap. fin.* 1. *p.* §. 12. *n.* 55. Gaſpar Roderic. *de annuis redit. lib.* 2. *q.* 16. *n.* 53. *verſ. Quartò quia, & n.* 61. Mantica *de tacit. & ambig. convent. libr.* 11. *tit.* 31. *n.* 21. *&* 25. Gratianus *diſcept. forenſ. tom.* 1. *cap.* 175. *n.* 13. Caſtillo *deciſ.* 17. *n.* 35. *&* 36. *lib.* 1. Mareſcot. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 56. *ex n.* 18.

15 His tamen caſibus, quibus ſuccedit creditori ſine ceſsione in jus, & actiones, hypothecaſque, quas habet miniſte-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ſterio legis, eas transferentis, dubitant Doctores, an actio hypothecaria,& hypotheca ex iſta ſucceſsione legali quæſita,ſit illa eadem, quam prior creditor habebat, aut alia diverſa ab illa numero diſtincta? De actione ceſſa non eſt dubium quin ſit diſtincta,quia certum eſt,apud creditorem manere directam oſsibus illius affixam, ut diximus *ſupra hoc tit. diſp. 26. n. 1.* & ad ceſsionarium transferri utilem ex illa derivatam, quæ diverſæ ſunt,ut notant Scribentes in *l. 1. C. de act.& oblig.*& ibi tractat Bald. *ex n. 23.* Verùm de iſta hypotheca, beneficio, & miniſterio legis transfuſa eſt quæſtio, quam Doctores dicunt, eſſe de apicibus juris.

16 Accurſius in *d.l. Ariſto, verb. Pignus, in fine Scholii*, ait, non eſſe eandem actionem,quæ transfunditur ex primo creditore miniſterio legis,quàm creditor habebat, nam illa per ſolutionem ſublata fuit: ſed eſſe aliam actionem, per omnia ſimilis naturæ. Idem dixit in *l. 1. in fine ultimi Scholii, C. de iis qui in prior. cred. loc. ſucced.* Gloſſam ſequuntur Fulgoſ. *in d. l. Ariſto, ex n. 9.* & Alberic. *ibid.* tametſi dubitanter. Idem Fulgoſ. in *d.l. 1. n. 2. in fin.* Gabriel Mudeus *de pignor. tit. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolvit. n. 76.*

17 Contrariam tamen ſententiam,quinimò hypothecam prioris creditoris, in quam ſucceditur iſtis caſibus miniſterio legis, à ſecundo creditore, vel extraneo, eſſe eandem illam, quam habebat primus creditor beneficio legis transfuſam, quæ cùm ſit actio realis, non perſonalis, poteſt ab uno in alium transferri, ſequutus eſt Cynus poſt Petr. de Bellapertica, & Jacobum de Arena *in l. 1. n. 1. Cod. de iis qui in prior. cred. loc. ſucced.* & ibid. Angel. Alberic. *n. 2.* Salicet. *n. 4.* Bart. *in dict. l. Ariſto, n. 7.* Salicet. *n. 4. ff. quæ res pignor. obligar. poſſ.* Neguſant. *de pignor. 5. part. membr. 3. 1. p. n. 16.* Surd. *conſ. 444. n. 11. vol. 3.* Gaſpar Roderic. *de annuis redit. lib. 2. q. 16. n. 53.* Camillus de Medic. *conſ. 165. n. 27.* Amato *variar. reſol. lib. 1. reſolut. 7. n. 7.* & dicunt, eſſe communem ſententiam. Addunt,iſtum, in quem transfunditur eadem actio hypothecaria à primo creditore, habere duplicem hypothecam, aliam ex perſona prioris creditoris, cui ſolutum eſt, & eſt illa, quæ à lege transfertur: aliam ex ſua perſona, & ex ſuo contractu, ex qua duplicatione oritur effectus notatu dignus,cujus meminit Neguſant. *ubi ſupr. n. 45. verſ. Et ex prædictis*, videlicet, ut ſi ſecundus creditor,qui ſucceſsit in jus primi,non poſsit vendere pignus ob pactum fortè appoſitum ex ſuo contractu ratione ſuæ hypothecæ, tamen poſsit illud vendere vigore hypothecæ primi creditoris, in quam ſucceſsit, & in qua non fuit initum pactum, ne pignus venderetur, & iſte eſt textus in *d.l. Ariſto*, ut ibi declarat Bart. *n. 7. & 8.* & ſic verificatur illud, quod in eo textu continetur in fine, interdum conſequi quem per alium, quod non poteſt conſequi per ſe ipſum.

18 Septimus caſus eſt,cùm extraneus emit à debitore poſſeſsionem,fundum,vel rem aliquam pignori obligatam priori creditori, cum pacto, quod de pretio ſolvatur priori creditori; & pretium ad eundem creditorem pervenerit. Hoc caſu dicendum eſt, iſtud emptorem nullatenus ſuccedere in actionem, aut hypothecam prioris creditoris, quæ ſolutione extincta eſt, ſed conſequi, & ſolum conſequi jus retentionis in re ſic empta,reſpectu poſteriorum creditorum. Hanc reſolutionem probat text. in *l. qui à debitore, aliàs in pandectis Florentinis, l. eum qui à debitore* 18. *ff. qui potior.* qui textus agit de creditore emente à debitore, de cujus pecunia creditor eſt dimiſſus, & in hoc caſu nullum requirit pactum, & in *l. ſi potiores 3. C. de iis qui in prior. cred. locum ſucced.* Sentiunt *in dict. l. qui à debitore*, Bart. Angelus, Salicet. Fulgoſius, & in *d. l. ſi potiores*, Salicet. & Joann. Faber, Anton. Faber *lib. 8. C. tit. 9. diffinit. 6. 7.& 8.* Paul. Caſtrenſ. *conſ. 15. viſis actis, & actitatis, ex num. 3. vol. 3.* quod allegatur à multis *conſil. 370.* Neguſant. *de pignorib. 5. p. memb. 3. 1. p. ex n. 3.* qui latè tractat, Benintendis *deciſ. 50. n. 3.* Ponte *conſ. 87. ex num. 9. libr. 1.*

Franch.

Franch. *decis.* 134. *ex n.* 2. & ibi latè discutit, an detur retentio emptori, ex cujus pecunia facta fuit creditori anteriori solutio, etiam si nullum pactum adjectum fuerit in venditione, quòd ex ea pecunia solvatur creditori, qui est articulus satis dubius, & difficilis, Magonius *decis. Florentina* 59. *num.* 2. *ex vers. Urgebat, cum seqq.* Cornazan. *decis.* 106. *n.* 25. Surdus *consil.* 183. *n.* 4. & 5. 18. & 19. *vol.* 1. Thesaur. *quæst. forens. lib.* 2. *q.* 30. *ex n.* 1. Intrigliol. *singularium, lib.* 3. *singul.* 15. Mantica *de tacit. & ambig. convent. lib.* 11. *tit.* 29. *ex n.* 1. & *n.* 10. Gratian. *discept. forens. tom.* 1. *cap.* 117. *n.* 24. & 25. & *tom.* 2. *cap.* 269. *ex n.* 8. & *decis.* 66. *ex num.* 8. Antonin. de Amat. *var. resolut. lib.* 1. *resolut.* 7. *ex n.* 42. *usque ad finem resolutionis.*

19 Contrariam tamen sententiam, quinimò istum emptorem succedere in jus primi creditoris, & in hypothecaria, non solum ut possit se tueri adversus posteriores, retinendo rem emptam, sed etiam ut possit, si à possessione cadat, agere adversus prædictos posteriores creditores, aut alium possessorem rei sic emptæ, cujus pretium ad priorem creditorem pervenit, amplectuntur in *dict. l. si potiores*, Cynus post Jacobum de Arena, Baldus, Fulgosius, Albericus. Neque incommodum esse, ajunt, rem istam sic emptam esse eidem emptori obligatam, & hypothecatam, contra *l. neque pignus* 45. *ff. de regul. jur.* fieri enim potest, ut concurrant simul in eadem re dominium, & hypotheca, cùm dominium non est irrevocabiliter quæsitum, nam tunc secum invicem compatiuntur, *l. ex sextante* 30. *§. Latinus, in fin. ff. de excep. rei judic.* notant præter alios Fabius de Anna *cons.* 90. *n.* 2. & 3. *lib.* 1. & illum transcribens Guzman *de evictionib. q.* 28. *ex n.* 16. Hoc autem casu non est quæsitum emptori dominium irrevocabiliter, cùm possit avocari ab aliis evincentibus, aut posterioribus creditoribus per jus offerendi.

20 Sed non est recedendum à priori sententia, quæ verior est, & communior. Primò, quoniam eam planè probant prædicti textus in *dict. l. qui à debitore*, & *in dict. l. si potiores*, in quibus solum conceditur emptori defensio, & retentio, & sic jus exceptionis, quo se tueatur, non actionis, ut agat. Secundò, quia ex eo, quòd ad creditorem perveniat pecunia alicujus, ut ex ea illi solvatur, ubi non intervenit cessio, aut si quis creditori pro debitore solvat, non transfertur actio hypothecaria creditoris in eum, cujus est pecunia, aut qui solvit, *l. si cùm pecuniam* 3. *C. de privileg. fisci.* Tertiò, quoniam, ut is, ex cujus pecunia solvitur creditori, succedat in jura, & actiones illius, requiruntur illa pacta, de quibus post Glossam, & Doctores diximus *supra n.* 12. juncto *n.* 13. & illis pactis seclusis, atque item cessione, si extraneus solvat creditori, cùm plurimum succedit in actione personali, juxta textum in *l. si ventri* 8. *§. eorum, ff. de privil. credit.* & prosequitur elegantissimè Surdus *cons.* 444. *ex n.* 6. *vol.* 3. Asinius *de executionibus*, *§.* 7. *cap.* 125. Fabius Galeotus *controvers.* 56. *n.* 32. *tom.* 1. Anton. Faber *lib.* 8. *C. tit.* 9. *diffinit.* 3. Quartò, quia quemadmodum venditor non potest bis exigere pretium unius rei à se venditæ, seu, quod idem est, desiderare duo pretia ejusdem rei, *l. bona fides* 58. *ff. de regul. jur. cap. bona fides* 83. *eod. titul. in* 6. ita emptor non potest pro uno pretio acquirere duas res æquivalentes eidem pretio, seu quarum unaquæque æquivaleat eidem pretio. Sed qui emit rem à debitore, acquirit semel rem æquivalentem pretio soluto. Ergo non potest iterum simul acquirere à creditore suas actiones, quæ æquivalent eidem pretio. Tum quia qui habet actionem ad rem recuperandam, ipsam rem habere videtur, *l. qui actionem* 15. *ff. de regul. jur.* tum etiam, quia extraneus, qui nihil emens à debitore dat illi gratis pecuniam, ut creditori priori solvat, sufficienter remanet satisfactus ex acquisitione priorum actionum illius creditoris, cui solvitur, quibus utens potest recuperare à debitore pecuniam illi mutuo datam ad solutionem faciendam. Quintò, quia ut iste emptor succedat in hypotheca prioris creditoris, requiritur voluntas debitoris vendentis, qui velit rem vendi-

ditam pignori ſubjicere, nam voluntate domini contrahitur pignus, *l. contrahitur 9. ff. de pignoribus*, ſed ex eo, quòd conveniat inter debitorem vendentem,& tertium ementem pignus,quòd ex pretio ſolvatur priori creditori, nullum ſupponitur pactum, quo res vendita pignori ſubjiciatur : imò voluntas uniuſque contrahentis, ut diſſolvatur pignus prioris creditoris ei ſolvendo. Ergo per ſolam venditionem factam ſub illo pacto nulla remanet hypotheca apud emptorem. Et ideò rectè dixit Albericus *in dict. l. ſi potiores*, neceſſarium eſſe, ut acquiratur hypotheca, ut fiat pactum de illa.

21 Sed quæret quiſpiam,quid erit, ſi in venditione emens adjiciat pactum, ut ex pretio ſolvatur priori creditori facta ceſsione jurium in favorem emptoris à priori creditore,& ceſsis actionibus? Reſpondetur in primis, hunc non eſſe caſum, in quo creditor invitus cogatur actiones cedere,ſed poterit id recuſare,ſi voluerit, quia ſolum tenetur liberare debitorem, & pignora, ſi illi ſolvatur debitum ab extraneo, & creditor ex pacto adjecto in emptione, ut ex pretio illi ſatisfiat, nullam actionem conſequitur contra emptorem, *l. cum res 22. C. de donation.* ubi notat Cynus *n.* 2. Marta *voto, ſeu deciſ.* 48. *n.* 1. & 2. qui alios allegat. Secundò, ſi creditor ſponte ſua velit huic emptori cedere actiones ſuas, volenti illas acquirere, iſte emptor ex pretio rei emptæ non liberabit debitorem, ſed remanebit obligatus ipſi, eodem modo, quo erat obligatus priori creditori, nam magis videretur emiſſe actiones prioris creditoris,quàm debitorem, & pignora liberaſſe,juxta *l. Modeſtinus 76. ff. de ſolut.* Debitor autem poterit,aut petere liberationem compenſato debito cum pretio rei venditæ, aut agere ad reſtitutionem rei venditæ, cùm non ſit æquum, emptorem & habere rem venditam, & ſimul actionem ad recuperandam quantitatem pretii ejuſdem rei à venditore.

22 Sed ſi quis pertinaciter contendat, ex hac ceſsione poſſe conſequi emptorem actionem hypothecariam,ut ſe tueatur adverſus evincere volentes rem emptam,aut ſi cadat à poſſeſsione ad recuperandam rem emptam à quolibet poſſeſſore, & in hoc nullum incommodum cerni : contra eſt,quia res eſt inaudita, & ſine exemplo, cedi actionem, & limitari, aut circumcidi naturam illius,& efficaciam. At actio prioris creditoris efficax eſt ad recuperandum debitum integrè. Ergo ceſſa huic emptori, habebit eandem efficaciam, & non ſolam vim exceptionis,aut retentionis,quam etiam ſine ceſsione poſſet emptor habere, ut in *d. l. penultima, C. de iis qui in prior. cred. loc. ſucced.*

23 Octavus caſus eſt, cùm agitur de credito annui reditus, ſeu cenſus, in quo ſunt ſpeciales difficultates circa ſubrogationem alicujus in locum creditoris antiquioris. Qua in re primò certum eſt, creditorem annui reditus poſſe cedere omne jus ſuum, & ipſum cenſum, ſeu reditum annuum, cui voluerit, illumque vendere, ſive ſit correus, fidejuſſor, poſſeſſor alicujus hypothecæ, ſive extraneus, non extinguendo, ſed transferendo ſuum jus, & quemlibet conſtituere in ſuo loco,& prioritate reſpectu aliorum creditorum debitoris prædicti reditus, facta ceſsione, ſicut poſſet vendere quamlibet rem ſuam corporalem, cui voluerit, quia in rebus ſuis quilibet eſt moderator, & arbiter, *l. in re mandata 21. C. mandat.* Atque hoc modo ceſsionarius ſubintrabit in locum, & jura prædicti creditoris in omnibus,& per omnia, ut obſervat Gaſpar Roderic. *de annuis reditib. lib. 2. q. 16. n. 48. & q. 17. n. 1. & 2. cum ſequent.* Felicianus *de cenſibus, tom. 1. lib. 3. cap. 2. n. 18.* Avendañ. *de cenſibus, cap. 34. ex n. 1.* & deducitur ex dictis à nobis *ſupra n. 2.*

24 Secundò certum eſt,correos,fidejuſſores, & tertios poſſeſſores hypothecarum, imò & creditores poſteriores poſſe compellere creditorem annui reditus antiquiorem, ſoluta ſorte cum reditibus decurſis,vel ſi ſolutionem renuerit,depoſita, & conſignata, ad faciendam ceſsionem in favorem ſolventis,ſeu potius ementis prædictum nomen, ſeu jus annui reditus, ut

UAB Biblioteca de Ciències Socials

prosequitur Felicianus *de censibus, tom. 1. lib. 3. cap. 2. n. 17. & tom. 2. lib. 3. cap. 2. ex n. 11.* latissimè Gaspar Roder. *de annuis reditib. lib. 2. q. 16. ex n. 11. & num. 53.* Avendañ. *de censibus, cap. 100. per totum,* Giurba *decis. 87. n. 20. & 21.* Cencius *de censibus, p. 2. cap. 2. q. 2. art. 5. ex n. 1.* facit Mangil. *de evictionib. q. 92. ex n. 26.* & est juxta dicta *supra n. 5. & 6.*

25 Tertiò certum est, extraneum posse solvere pro debitore, non solum reditus decursos debitos, sed etiam capitale, & sortem, ad effectum dissolvendi obligationem, & redimendum, seu retrovendendum censum, liberandosque fidejussores, correos, & hypothecas ab onere census; argumento *l. solvendo,* cum similibus, *ff. de negot. gest.* & eorum, quæ diximus *supra n. 7.* Nam quamvis sors principalis, seu capitale census non debeatur simpliciter, est quodammodo debita, & est radix, & fons perennis obligationis redituum, & viget eadem ratio favoris in ea tollenda, & liberando debitorem ab illa correos, fidejussores, & hypothecas, quæ viget in debito simplici tollendo, & liberando debitore ab obligatione actuali, imò major, quemadmodum hæc obligatio est gravior, & damnosior. Notat Gaspar Roderic. *de annuis redditibus, lib. 2. q. 16. n. 6.* Felician. *de censibus, tom. 1. lib. 4. cap. unico, num. 11.* Avend. *de censibus, cap. 106. n. 6.*

26 Quartò certum est, istum extraneum, qui neque sit correus, nec fidejussor, nec possessor hypothecarum, neque posterior creditor, non posse compellere creditorem annui reditus ad cedendum sibi jura sua, sed solum ad pariendam redemptionem, & dissolutionem, extinctionemque reditus, juxta obligationem sui contractus, ut diximus supra de creditore debiti simplicis. Ratio est, quia quamvis creditor non possit recusare liberationem debitoris, cùm illi solvitur suum debitum à quocunque, potest tamen recusare cessionem suorum jurium, & sui crediti, quia quemadmodum nemo cogitur vendere res corporales, *l. invitum 11. C. de contrahenda emptione, l. nec emere 16. C. de jure deliberand.* ita neque vendere, aut cedere nomen, quod est jus incorporale. Ita sentiunt Gaspar Rodericus *de annuis redditib. lib. 2. q. 16. n. 7.* Avendañ. *de censibus, cap. 106. n. 6.* Felician. *de censibus, tom. 1. lib. 4. cap. unico, n. 11. versic. Verùm dubitationem,* Giurba *decis. 87. n. 6.* qui multos allegat, Mastrillus ad Petrum de Gregorio *de censibus, ad quæst. 5. n. 301.* Rovitus *in pragmat. 1. de censibus, n. 3.* Rectè tamen notat Gaspar Rodericus *ubi supra n. 9.* hunc extraneum, qui pecunia sua liberavit debitorem census, habere contra ipsum actionem negotiorum gestorum, non tamen ad totam summam simul recuperandam, sed dumtaxat particulatim, & commodis intervallis, ita ut ea gestio non oneret debitorem, sed potius illum competenter relevet, juxta *l. sed an ultro 10. §. 1. ff. de negot. gest.*

27 Quintò certum est, debitorem annui reditus soluta sorte principali creditori, cum reditibus decursis posse compellere illum ad se liberandum, liberandosque correos, fidejussores, & hypothecas. Nam de hac ipsa liberatione facta est conventio in ipso contractu. Notat Felicianus *de censibus, tom. 1. lib. 4. cap. unic. num. 11.* Gaspar Roderic. *de annuis reddit. libr. 1. q. 6. n. 44. & lib. 2. q. 1. ex n. 3.* Avendañ. *de censibus, cap. 101. ex n. 1. & cap. 106. ex princip.* Molina *de justitia, tract. 2. tom. 2. disp. 391. n. 5. ad clausulam novam,* Follerius *in praxi censuali, ad verb. Instrumento gratiæ prò consimili pretio, ex n. 1.* Virginius de Bocatiis *de censibus, 3. p. n. 2. n. 9. 12. 14. & aliis.* Sed debitor solventis non potest compellere creditorem ad cedendum jura sua, & ipsum annuum reditum in extinctum, imò neque creditor, quamvis vellet, id posset facere. Ratio est, quia debitori non fit cessio, *l. nulla 5. C. de solut.* Thusc. *littera C. conclus. 107. ex num. 1.* Negusant. *de pignoribus, 5. part. membr. 3. 1. p. n. 43.* Hector Capic. Latro *decis. 16. ex n. 16.* & dixi *supra n. 11.* Cùm enim solutione ejus, quod debetur, omnis tollatur obligatio, *Instit. quibus modis toll. oblig. in principio,* ex consequenti tollitur

actio,

actio, & nihil remanet, quod cedi posit. Deinde ex alio etiam capite ista cessio non potest fieri debitori, quia si actio contra ipsum ipsi eidem cederetur, actio, & passio concurrerent in eodem subjecto, & idem sibi ipsi deberet, quod est impossibile, *l. quis pro eo* 56. *§. item filius, l. Uranius* 72. *ff. de fidejussor. l. Stichum* 95. *§. additio, ff. de solut. l. debitori* 7. *C. de pact. cap. ult. de institut.* Ludovisius *decis.* 195. *ex n.* 7. Rota *decis.* 182. *num.* 1. *&* 2. inter eas quas refert Cencius *post tract. de censib.* Sessè *decis.* 46. *ex n.* 26. Losaus *de jure universitat. p.* 1. *cap.* 1. *n.* 36. Menesius *in l. cùm secundum* 3. *n.* 13. *C. de fideicommiss.* Barbosa *in l. quæ dotis* 34. *ante num.* 1. *ff. solut. matrim.* Joann. Solorzan. *de Jure Indiar. lib.* 2. *cap.* 21. *n.* 6. Ideo cum cessio fit debitori à creditore, effectus est, ut debitor remaneat liberatus, Baldus *in l.* 1. *n.* 41. Salicet. *n.* 27. *C. de action. & obligat.* Alexand. *in l. Senatus* 45. *§. qui ab hostibus, n.* 5. *&* 6. Jason *n.* 2. *per text. ibi, ff. de legat.* 1. idem Alexand. *consil.* 157. *viso testamento, n.* 2. *lib.* 7. Thusc. *littera C. concl.* 205. *n.* 22. Cassanate *cons.* 10. *n.* 76. Guzman *de evictionib. q.* 35. *n.* 100.

28 Sextò, cùm debitori datur pecunia ab aliquo extraneo, ut ipse solvat creditori anteriori, faciatque cedi in favorem dantis pecuniam actiones creditoris, dubitatur, an iste novus creditor pecuniam dans debitori ad solvendum, possit constitui in loco, & prioritate prioris creditoris?

29 Et distinguendum est, nam iste contractus potest fieri diversis modis. Primò, ita ut fiat inter extraneum dantem pecuniam, & debitorem pecuniam recipientem, sine interventu creditoris antiqui, cui pecunia solvenda est, cum pactis tamen traditis *à glossa in d. l. Aristo, ff. quæ res pign. oblig. poss. & in l.* 1. *C. de iis qui in prior. cred. loc. succed.* de quibus actum est *supra num.* 12. Et si hoc modo conveniant creditor novus dans pecuniam debitori, & ipse debitor, & revera pecunia data perveniat ad creditorem, eadem hypotheca, quæ est apud creditorem anteriorem, & actiones illius transfunduntur, & transferuntur in secundum creditorem, vel extraneum dantem pecuniam huic debitori, ut solvat creditori census anteriori, ministerio legis, ut in debito simplici, cum communi Doctorum sententia diximus *dict. num.* 12. *&* *n.* 9. Et sic secundus creditor, vel extraneus hoc modo adeptus jura creditoris anterioris, in ejus locum subrogatur, & manet cum iisdem juribus, & eorum antiquitate, & loco inter alios creditores ejusdem debitoris, poteritque exigere à debitore reditus decurrendos, ut poterat primus, & anterior creditor, ut notat Gaspar Rodericus de *annuis redditibus, libr.* 2. *quæst.* 16. *num.* 50. *&* 53.

30 Secundò, si creditor secundus nolit cum interventu debitoris, & dando illi pecuniam solvere primo creditori, sed per se ipsum illi solvat, eodem modo consequetur illius actiones, & subrogabitur in ejus locum, confirmans suum posterius creditum, ut diximus de secundo creditore simplici *supra n.* 3.

31 Duo tamen hic occurrunt summopere advertenda. Primum est, cùm Doctores tractant de hac subrogatione, & successione in locum prioris creditoris, juxta doctrinam Jurisconsultorum, solum dicere transferri actiones prioris creditoris in extraneum, vel secundum creditorem. Ex quo consequens erat in isto casu à primo censitore sic dimisso, solum transferri actiones, quas habet, non verò jus ipsum annui reditus, quod differt ab actionibus, quemadmodum servitutes differunt ab actionibus. Etenim actio est jus persequendi in judicio, quod sibi debetur, *Instituta de actionibus in principio*, census verò est jus exigendi reditus annuos ex fundo aliquo, acquisitum aliquo titulo emptionis, donationis, aut quolibet alio. Quod jus non est in ordine ad judicia, sed est jus incorporale, extrajudicialem exactionem respiciens, resultans ex contractu census simile usufructui, tractat eleganter Federicus Martini *de jure censuum, cap.* 1. *ex n.* 23. Dominicus Soto *de justit.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

& jure, lib. 6. q. 5. art. 1. §. quæstio præsens, Molina *de justitia, tract. 2. tom. 2. disput. 383. n. 3.* Medina *Cod. de rebus per usuram aequisitis, q. 12. §. his tamen non obstantibus, & §. supereſt ad rationes*, Menoch. *de præsumptionibus, lib. 3. præsumpt. 107. ex n. 1.* Covarruv. *lib. 3. variar. cap. 7. num. 2. versic. Secundo hos annos, & versic. Tertio eadem.* Ita videtur, etiam ſi transferantur actiones à primo creditore, non transferri proprietas cenſus, quemadmodum etiam ſi transferatur, & cedatur rei vendicatio, *non tamen transfertur dominium*, ut ſentit Dynus *in cap. pro poſſeſſore 36. ex n. 18. de regulis juris in 6.* quem ſequuti ſunt Bartol. *in l. certi, & indubitati juris 8. de hæred. vel act. vend.* Baldus *in l. per diverſas 22. ex n. 23.* Salicetus *ex n. 28. C. mandati.* Thuſcus *littera C. concl. 205. num. 17.* Et quænam ſint actiones, quibus in judicio agitur ad cenſum, tractat melius omnibus Federicus Martini *de jure cenſuum, cap. 9.* Ille tamen, qui acquirit à creditore per hanc legalem ſucceſsionem actiones ad cenſum, poterit agere, ut ſibi cedatur, & in eum transferatur jus annui reditus. *Niſi probabilius videatur, transferri* quoque cum actionibus proprietatem ipſam annui reditus à primo creditore, qui recepit pecuniam ſortis principalis; quaſi per eam receptionem conſenſerit eidem translationi, qui conſenſus æquivalet ceſſioni, ut diximus *ſupra n. 10.* Cogita, quia hæc apud nullum vidi conſiderata.

32 Secundum eſt, hoc eodem caſu, cùm proprietas cenſus, & actiones translatæ à creditore primo in creditorem ſecundum ſolventem primo, vel extraneum dantem pecuniam ad illi ſolvendum, ſint ipſa eadem, quæ erant apud creditorem primum in extincta, & miniſterio legis transfuſa, remanere quoque ſubjecta obligationibus, & hypothecis contractis, dum erant apud primum creditorem ante tranſlationem, & obnoxia creditoribus, illius primi creditoris olim domini prædicti cenſus, ſi quos habet, ut notat Maſtrillus ad Petrum Gregor. *de cenſibus, q. 5. ex n. 141.* & Giurba *deciſ. 87. n. 7.* & iſte effectus oritur ex identitate actionis miniſterio legis quæſitæ, quam eſſe eandem, ſentire Doctores communiter, diximus *ſupra num. 17.*

33 Eſt & alia utilitas orta ex hac identitate cenſus hoc modo translati, nam ſi cenſus ſit conſtitutus, cum aſſenſu ſuper bonis feudalibus, majoratus, vel univerſitatis, iſte ſecundus creditor, in quem primus ille cenſus translatus eſt, non indigebit novo aſſenſu, quo planè indigeret, ſi cenſus translatus eſſet diverſus ab illo priore. Tractant, & notant Molina *de primogeniis, lib. 1. cap. 10. ex n. 27.* Marinus Freccia *de ſubfeudis, lib. 2. in tract. de aſſenſu, §. trigeſimo ſecundo quæro, num. 2. verſic. Nec obſtant textus, & jura*, Gaſpar Rodericus *de annuis redditibus, lib. 2. dicta q. 16. ex n. 51.* Peregrinus *de fideicommiſſ. art. 40. n. 31.*

34 Tertiò poteſt fieri iſte contractus, ita ut ad preces debitoris ſolventis creditor anterior cedat jus annui reditus, quod habet contra debitorem huic extraneo, qui dedit pecuniam, ut ſolveretur creditori reditus. Quod ſi creditor reditus velit illum cedere, *reditum non extinguit*, ſed transfert eodem modo, quo creditor, qui vendit nomen, *l. ſi nomen 4. l. emptor. 6. l. nomina 17. ff. de hæred. vel. act. vend.* & quo debitor fidejuſſori ſolventi cedit, *l. Modeſtinus 76. ff. de ſolution. l. cum alter 11. C. de fidejuſſoribus, l. fidejuſſoribus 17. l. cùm is 36. ff. eod. tit.* & per conſequens debitori cenſus, nulla contingit liberatio, ſed mutat creditorem, nam loco primi habet ſecundum, cui ceſſæ ſunt actiones primi non extinctæ. Hoc autem poteſt facere creditor primus ſponte ſua, & voluntariè, ut diximus *ſupra n. 1. & n. 23.* ſed nullo jure poteſt compelli ad cedendum ſuum jus, & vendendum prædictum cenſum, imò poterit dicere, volo extinguere, & reſolvere cenſum, non cedere, ut diximus *ſupra n. 26. & n. 4.*

35 Quartò poteſt fieri, ita ut debitor accepta pecunia ſolvat creditori cenſus ſortem, cum tertiis decurſis, & ſe omnino liberet, correos, fidejuſſores, & hypothe-

cas

cas à primo contractu, & creditore census, facta redemptione, seu retrovenditione: cum isto verò novo creditore, qui pecuniam illi ad solvendum dedit, faciat novum contractum census. Hoc casu, neque antiquus creditor habebit jus, quod cedere possit, cùm omnia sint extincta: ac per consequens, neque novus creditor consequi poterit antiquitatem antiqui introitus, seu census, sed eam habebit ex tempore sui novi contractus. Notat Felicianus *de censibus, tom. 1. lib. 3. cap. 2. num.* 19. Rodericus *de annuis redditibus, lib. 2. q. 16. num.* 52. Anton. de Amato *variar. resolution. lib. 1. resolut. 7. num. 32. & 38.* Cencius *de censibus, part. 2. cap. 2. quæst. 2. art. 5. ex num.* 14. Consonat Molina *de primog. lib. 1. cap. 10. num. 27. versic. Si verò.*

36 Quintò potest fieri iste contractus intervenientibus tribus personis, videlicet debitore reditus, qui cedat extraneo jus luendi reditum, quod ex ipso contractu reditus acquisivit, & extraneus, quæ exercens jus luendi cessum à debitore, & solvens pecuniam, vel offerens, & deponens vult redimere, seu retroemere censum possessum à creditore primo, & in ejus locum subrogari, & creditor ipse reditus, qui faciat retrovenditionem ipsius, & cessionem in favorem extranei omnium suorum jurium, & transferat in ipsum omnes suas actiones translativè, non extinctivè, liberetque debitorem. Cujus contractus fit mentio apud Rotam novissimam *diversorum, decis.* 293. *in principio, part.* 4. & Hectorem Capicium Latro. Regium Consiliarium, doctissimum virum, & omnibus numeris absolutum, *decis.* 16. *ex num.* 4.

37 Huic mirabili contractui antiquis omnino ignoto, sed apud Neapolitanos usitatissimo (credo fuisse inventum hujus Regni) non minus mirabiles effectus attribuuntur, verè utilissimi, si essent possibiles. Primus est, ut facta translatione reditus, per jus luendi extinguatur primus ille reditus, seu census, & ex consequenti omnes hypothecæ supra ipso fundatæ, *l. si res distracta* 3. *l. sicut* 8. *in principio, ff. quibus modis pign. vel hypothec. sol. l. lex vectigali* 31. *ff. de pignoribus*, & per consequens creditores primi censitoris, seu creditoris non poterunt molestare istum secundum censitorem, in quem per jus luendi translatus est primus census, obligato denuo debitore, quasi possideret aliquid pertinens ad primum creditorem, quia quidquid ad illum pertinebat, extinctum est. Iste enim est effectus notus juris luendi, ut omnes actiones veteres, & ipsum jus census antiquum, extinguantur, & resolvantur, & novus possessor census maneat liber, & securus à molestia *creditorum illius, qui per jus* luendi transtulit suum reditum, ut notat Antonius de Amato *variar. lib. 1. dict. resolut. 7. num. 36. in fine, & num.* 37. Secundus effectus est, ut iste secundus creditor succedat in locum, & antiquitatem primi censitoris, seu creditoris census antiqui, qui cessit actiones suas. Tertium effectum addunt alii, ut videlicet si agatur de recuperanda sorte capitali in concursu creditorum, iste novus creditor emptor census habeat locum anteriorem, quem habiturus erat primus ille creditor, à quo census est redemptus, verùm in exigendo reditus habeat solum antiquitatem ex tempore novi contractus. Ita videtur sentire Camillus de Medicis *consil.* 165. *ex num.* 44.

38 Examinemus modo istos effectus, ut videamus, an possint stare, & sint juribus conformes: & primo, primum effectum istius contractus, & naturam juris luendi. Certum est, quamvis jus luendi cedi possit, ut notat Cagnol. *in l. 2. n.* 37. C. *de pactis inter empt. & vendit.* Farinac. *decis.* 502. *n.* 2. *&* *decis.* 547. *n.* 1. *p.* 2. Gratian. *discept. forens. tom.* 5. *cap.* 903. *n.* 4. *& cap.* 978. *n.* 6. non habere jus luendi cessum majorem vim apud cessionarium, quam habuit apud cedentem, juxta notata per Joannem Vincent. de Anna *allegat.* 128. *ex n.* 1. Etenim cessio non mutat naturam, neque auget vim jurium, quæ ceduntur. Apud debitorem autem cedentem jus luendi habet vim, ut possit compel-

pellere creditorem ad redimendum annuum introitum, non translativè, quia, ut diximus *sup. n.* 27. non potest census transferri in debitorem, sed extinctivè, & possit cogere creditorem ad liberandum ipsum debitorem, correos, fidejussores, & hypothecas, soluta sorte principali cum reditibus. Eodem prorsus modo, quo contingit in luitione *pignoris dati pro simplici debito*, nam si debitor illud luat, vel alius pro eo solvens creditori, habebit debitor actionem pignoratitiam contra creditorem ad recuperandum pignus liberum à nexu pignoris contracti. Luitio enim idem est quod solutio, apud Calvinum *in lexico, verb. Luitio*, ubi notat ex Pratejo, pro verbo, *Luitio*, reperiri apud Jurisconsultos quandoque verbum, *Solutio*, & sic luitio pignoris est dissolutio obligationis pignoris, & liberatio. Ergo cùm jus luendi, seu liberandi ceditur, eandem vim debet habere apud cessionarium, quam habebat apud debitorem cedentem, ut qui exercet jus luendi à debitore cessum, & ejus nomen solvit, seu luit, extinguat primum censum, liberet debitorem, correos, fidejussores, & hypothecas, Giurba *decis.* 87. *n.* 3. Bongiornus *in fragmentis ad Bullam Nicolai V. de censibus*, *n.* 9. Mastrillus ad Petrum Gregorium *de censibus*, *q.* 5. *n.* 146. Amato *lib.* 1. *resol. variar. resol.* 7. *n.* 36. *ex verfic. Pro contraria*, Anellus Amatus *consil.* 10. *n.* 15. *verfic.* 5. & dixi *supra d. n.* 27. In summa jus luendi, ideò inventum est, ut extinguendo primum reditum, extinguat quoque, & resolvat hypothecas, quibus ille subjiciebatur, reddatque novum possessorem reditus liberum, & immunem, indemnemque à molestia creditorum possessoris antiqui reditus.

39 Huic effectui planè repugnat secundus effectus attributus eidem contractui, videlicet successio in jura, & actiones primi creditoris cedentis, & ex consequenti in ejus prioritatem. Etenim cùm per jus luendi transfertur census, nulla cessio esse potest, & ex consequenti nulla successio in jus primi creditoris, quod ratione juris luendi extinguitur, & sopiuntur, resolvunturque omnes actiones veteres, & solum remanent ex novo contractu nova jura, & actiones, in quibus nullum jus habent creditores primi possessoris. Et quemadmodum in uno, & eodem subjecto sunt incompossibiles vita, & mors; sic est impossibilis resolutio, & extincto unius juris, & actionis, & ejusdem cessio, & conservatio. Quare si rigor juris servandus esset, planè diceremus, contractum, in quo simul duo ista pacta cessionis, & translationis per jus luendi invenirentur, esse nullum, & invalidum, utpotè continentem incompossibilia, & repugnantia, *l. ubi repugnantia* 149. *ff. de regulis juris.* Sed temperando rigorem, ut actus magis valeat, quàm pereat (quod semper procurari debet, ut notat ibi Decius *n.* 4. Gagnolus *n.* 4. Castillo *quotid. controverf. lib.* 3. *cap.* 10. *ex n.* 19.) servabimus doctrinam gravissimorum Doctorum, qui dicunt, quoties unico tempore tractatur de solutione, & cessionis impetratione, constare solutionem factam esse animo eximendi reum à judicio primi creditoris, non autem animo tollendæ obligationis, & eradicandi substantiam debiti, sed illud extinguendi, & resolvendi. Ita docuit Bald. *in l.* 1. *n.* 5. Salicet. *n.* 4. & *n.* 5. *in fin. verfic. Oppoue* 4. *C. de action. & obligat.* ubi ait, quòd pactum prævalet solutioni, & facit illam intelligi secundum se, & non è contra; quia si è contra intelligeretur, tunc pactum in totum vitiaretur, Paulus *in l. Modestinus* 76. *n.* 1. Imola *n.* 4. *ff. de solution.* Alberic. *in l. Papinianus* 28. *ff. mandat.* Ponte *consil.* 6. *n.* 6. & 7. *lib.* 1. Cassanate *consil.* 10. *n.* 101. & 102. *cum seqq.* & *consil.* 11. *ex n.* 19. Et sic judicavit Sacrum Consilium, me interveniente in causa Egregii Consiliarii Andreæ Marchesii, amici nostri præstantis viri, ingenio, doctrina, & humanitate, cum Illustri Marchione Cervinariæ, referente non minus singulari viro, ingenio, doctrina, & integritate charissimo mihi D. Flaminio Constantio die 8. Julii anni 1634. Actuario Figliola, quam retulit Consil. Hector Capicius Latro *d. decis.* 16. In qua in contractu,

ctu, de quo agebatur, intervenerant ista duo pacta, cessionis juris luendi, & cessionis actionum. Nihilominus judicatum est, primas actiones non esse extinctas, sed translatas in dictum Dominum Andream Marchesium, esseque illum creditorem ex tempore primi contractus cessi, actionumque ex illo quæsitarum.

40 Ex quo planè fit, cessionem juris luendi esse omninò inutilem, & supervacuam, & sine effectu, cùm conjungitur cum pacto cessionis faciendæ à primo creditore. Nam si primæ actiones, & primævum jus census conservatur in suo esse illæsum, & indistinctum, jus luendi nihil operatur. Atque si creditor sponte sua, sine ullo jure luendi cesso cedit jura sua solventi, ex cessione consequetur cessionarius idem ipsum jus, quod consequitur cesso jure luendi, sine ullo prorsus discrimine, quia ex cessione census habet primævum illud jus illæsum, quod invito etiam debitore consequi potuisset, juxta dicta *supra n.* 2. & 23. Quare cessio ista juris luendi facta à debitore est omninò sine effectu, & infructuosa.

41 Illud tamen fateamur, necesse est, illas actiones, & jus ipsum census inextinctum, quod per cessionem transfertur à primo creditore in novum possessorem, remanere obnoxium, & subjectum hypothecis, & obligationibus contractis ab antiquo possessore, & obligatum ejus creditoribus. Quemadmodum cùm fit venditio fundi, domus, aut alterius possessionis, transit in novum dominum, cum obligationibus contractis, apud antiquum dominum, quia res obligata transit ad quemcumque cum suo onere, & obligatio realis transfertur cum re ad quemcumque possessorem, *l. alienatio* 67. *ff. de contrahenda emptione, l. via* 23. *§. si fundus, ff. de servit. rusticor. l. ult. §. Lucius, ff. de donation. l. traditio* 20. *§. quoties, ff. de acquirend. rerum domin. l. prædus* 36. *ff. de jure fisci, cap. ex litteris* 5. *& ibi gloss. ultima de pignor. l.* 53. *tit.* 6. *p.* 1. Merlin. *decis. Lucens* 19. *num.* 1.

42 Neque hic locum habet vana excogitatio, & inanis subtilitas quorundam, qui dicunt, primum creditorem, si secludamus jus luendi cessum, non posse compelli cedere censum, quamvis illi offeratur ab extraneo pretium census, cum reditibus decursis; sed cùm plurimum posse compelli ad patiendam redemptionem, seu extinctionem census. Ex vi verò juris luendi acquisiti ab extraneo, consequi extraneum jus, ut possit compellere creditorem census ad retrovendendum, quemadmodum posset illum compellere ipse venditor, seu debitor census. Et rursus cùm ex jure luendi oriatur, ut possit extraneus compellere creditorem ad retrovendendum succedit doctrina celebris Bartol. *in l. in diem* 9. *n.* 2. *ff. de aqua pluvia arcend.* quam commemoravimus, & approbavimus *supra, disput.* 23. *n.* 29. & 30. ut cùm translatio rei in alium est necessaria ob contractum antecedentem, omnes hypothecæ medio tempore contractæ rescindantur, & resolvantur, quoniam resoluto jure dantis, resolvitur jus accipientis, *l. lex vectigali* 31. *ff. de pignoribus.*

43 Inanis est, inquam, hæc consideratio, & sine fundamento, quia, ut supra diximus, jus luendi à debitore cessum, non potest tribuere extraneo jus ad compellendum creditorem, ut cessionem faciat. Etenim, quod non operatur jus luendi apud ipsum debitorem primò acquirentem, non poterit operari apud cessionarium. Debitor autem non potest vi juris luendi compellere creditorem ad cedendum, sed solum ad extinguendum censum, & resolvendum omne jus acquisitum ex primo contractu, eo quòd contractus census ex natura sua est resolubilis, & extinguibilis, etiamsi non posset alii cedi, neque in alium transferri. Demus enim, appositum esse pactum in prima census constitutione, ut non possit alteri cedi, neque in alium transferri à primo creditore: profectò iste census erit tàm redimibilis, & subjectus juri luendi, quàm sunt omnes census transmissibiles, & censibiles quibuslibet extraneis. Nam jus luendi, seu redimendi naturale contractui census redimi-

bi-

bilis, non datur reſpectu extraneorum, ſed ipſius debitoris, aut ejus, qui ejus nomine ſolvat, & redimat. Quapropter ſi extraneus utatur jure luendi, non alio fine, aut alium effectum poterit uti, quàm ad extinguendum, & reſolvendum primum contractum, liberandumque debitorem, correos, fidejuſſores, & hypothecas, ut poſſet debitor ipſe, ad quem effectum non eget, jure luendi, nam poſſet etiam ſine illo debitorem, etiam invitum ſoluta ſorte capitali, cum tertiis liberare, ut diximus *ſupra n.7. & n.25.* Ex quo rurſus probatur, & convincitur inutilis ceſsio juris luendi, cùm neque ad liberandum debitorem neceſſaria ſit, neque ad compellendum creditorem, ut cedat.

44 Retrovenditionis autem nomen, quod totam hanc rem inturbidavit, ſciendum eſt, eſſe æquivocum, & habere diverſa ſignificata. Nam juxta communem, & vulgarem ſignificationem ſignificat ſecundam venditionem rei prius venditæ, & ſic præſupponit rem, quæ primum transferatur à venditore in emptorem, & poſt redeat ab emptore ad venditorem: ut ſi vendatur domus cum pacto de retrovendendo, eadem domus, quæ transfertur in emptorem, reſtituitur venditori utenti pacto de retrovendendo. Similiter ſi cenſus, jam conſtitutus venderetur alicui cum pacto de retrovendendo, idem cenſus, qui fuit *apud venditorem*, & *illud idem jus* reſtitueretur ab emptore virtute pacti de retrovendendo, & ſine ulla reſolutione, aut extinctione tranſiret, & transferretur ab uno in alium. Longè diverſam ſignificationem habet retrovenditio, quam dicimus includi in contractu cenſus redimibilis, non enim ſignificatur, per illam eſſe rem aliquam, quæ vendatur, & poſsit tranſire ab emptore ad venditorem, & illi reſtitui, ſed conſtitui quoddam jus extinguibile, & reſolubile per retrovenditionem, & quod ſimulatque retrovendatur, reſolvatur, & deſinat eſſe. Redemptio igitur, ſeu retrovenditio cenſus natura ſua habet, ut extinguat, & reſolvat cenſum, perimatque jus illud, quod per primum contractum conſtitutionis acquiritur, ut notant Gaſp. Roderic. *de annuis redit. lib.2. q.15. n.3.* Federic. Martini *de jure cenſuum, cap.8. ex n.35.* Felician. *de cenſib. tom.1. lib.3. cap. 2. numer.* 19. Avendañ. *de cenſibus, cap.* 102. *ex numer.* 1. Maſtrillus ad Petrum Gregorium *de cenſibus, quæſt.5. num.*144. Camillus de Medicis *conſil.*165. *num.* 37. Pactumque redemptionis appoſitum in contractu cenſus, non aliud eſt, quàm pactum reſolutionis, & extinctionis, ex quo cenſus manet reſolubilis, & extinguibilis, & redimibilis, ſeu temporalis, ad differentiam cenſus emphyteutici perpetui, & irredimibilis; non tamen habet cenſus ex eo pacto, ut ſit transferibilis, & ceſsibilis: aliud enim eſt, cenſum poſſe redimi, aliud poſſe cedi, cùm cenſus emphyteutibus cedi poſsit, ſeu vendi, redimi non poſsit. Idque planè indicant verba ipſa: *Extravagantis* 1. *de emptione, & venditione*, ibi: *Et ſemper in ipſis contractibus* (ſcilicet cenſum) *expreſsè ipſis venditoribus data fuit facultas, atque gratia, quòd ipſum annuum cenſum in toto, vel in parte pro eadem ſumma denariorum, quam ab ipſis emptoribus receeperunt quandocumque vellent liberè, abſque alicujus requiſitione, contradictione, vel aſſenſu poſſent extinguere, & redimere, ac ſe ab ipſius cenſus ſolutione ex tunc pœnitus liberare.* Ecce redemptio, extinctio, aut liberatio, idem ſunt. Et redemptio non eſt accipienda, quaſi ſit rurſus emptio, ut in *l. quoties* 9. *§. ſervus, ff. de hæred. inſtit.* ſed, ut dicimus, redimi quem ab hoſtibus, pro liberari, & libertatem conſequi.

45 Verbum igitur, *Retrovenditionis*, quo utitur extraneus ceſsionarius juris luendi, dum ille ceditur cenſus à primo cenſitore pro pecunia illi ſoluta, ſumitur impropriè, & abuſivè. Illa enim non eſt redemptio cenſus, aut retrovenditio, ſed eſt propriè venditio per omnia ſimilis illi, per quam primus ille dominus cenſus, ſine ullo jure luendi, aut conſenſu debitoris cenſum venderet eidem tertio ementi. Cùm enim habemus effectum,

qui

qui correſpondet venditioni, non debemus ſtare verbis, ſed effectui, *Rubr. & toto titul. C. plus valere quod agitur*, & ad judicandum de qualitate contractus, non conſideratur ſonus verborum, ſed effectus rei; quia potius verba deſerviunt naturæ contractus, quàm natura verbis, *l. ſed & ſi poſſeſſori* 11. *§. item ſi juravero, ff. de jur. jurand.* Ideò rectè dixit Cicero *in oration. 12. pro Aulo Cecina numer. 53. Voluntas ſi tacitis verbis intelligi poſſet, verbis omninò non uteremur, quia non poteſt, verba reperta ſunt, non quæ impedirent, ſed quæ indicarent voluntatem.* Facit elegans textus in *l. Labeo 7. §. id Tubero, ff. de ſuppellectile legat. junctо §. præcedenti*, ibi: *Non enim ex opinionibus ſingulorum, ſed ex communi uſu nomina inquit exaudiri debere.* At in caſu propoſito voluntas, & effectus eſt venditionis, non revenditionis. Ergo illud verbum, *Revendidit*, non debet haberi in conſideratione, Pariſius *conſil. 20. num. 62. & conſil. 78. num. 10. volum. 1.* & quando contrahentes dicunt, facere ſe contractum reventionis, ſi effectus eſt venditionis, judicabitur facta venditio, non revenditio, juxta egregiam doctrinam Tiraquel. *de retract. lign. §. 30. gloſſ. 1. num. 11.* qui juxta morem refert pro ea multos, & Rolandi, qui loquitur in ſpecie *conſil. 60. ex n. 40. vol. 3.* & adjungit multa, quam ſequitur Maſtrill. ad Petrum Gregorium *de cenſibus, quæſt. 5. ex num. 144.* Giurba *deciſ. 87. num. 21.* Amato *variar. reſolut. lib. 1. reſol. 7. num. 34.* Camillus de Medicis *dict. conſil. 165. num. 25.* & Hector Capicius Latro *dict. deciſ. 16. num. 28.* Cùm igitur contrahentes faciant hunc contractum ad finem acquirendi proprietatem cenſus, & faciendi fructus ſuos, non eſt dubium, quin hæc ſit venditio, quæ denotat conſervationem. Etenim ſi eſſet redemptio, ſeu retrovenditio, extingueretur per illam primus contractus, & ejus effectus, videlicet jus exigendorum redituum. Et ſic venditio, & revenditio non poſſunt ſimul ſtare, quia effectus ſunt contrarii, ut rectè conſiderat Camillus de Medicis *dict. conſil. 165. num. 11. & 12.* & diverſa ſunt, vendere, & revendere, ut notat Baldus *conſ. 495. ex nullo capite, n. 3. volum. 1.* & Rolandus *dict. conſil. 69. volum. 3.*

46 Ita fit, ut nullo jure extraneus, ſive ſit ceſſionarius juris luendi beneficio ceſſionis factæ à debitore, ſive non ſit, poſſit compellere primum creditorem, primumvè dominum cenſus ad vendendum, ſeu cedendum jus cenſus; ſed ſolum poteſt illum compellere ad patiendam redemptionem, vel extinctionem cenſus, liberandumque debitorem, fidejuſſores, & pignora, juxta textum *in l. ſolvendo, cum ſimilibus, ff. de negot. geſt.* cui ex hoc actu ſolum acquiritur contra debitorem cenſus actio negotiorum geſtorum, ut dixi *ſupra num. 26.* Quod ſi primus creditor, & dominus cenſus ſponte ſua, non coactus, quia cogi non poteſt, cenſum vendat, ſeu cedat, acquiret proculdubio iſte extraneus emptor cenſus omnia jura primi creditoris cedentis, & vendentis cenſum, & in ejus locum ſubrogabitur. Verùm cùm hæc venditio ſit voluntaria, & non ex neceſſitate prioris contractus præcedentis; quia talis contractus, in quo creditor ſe obligaverit ad cedendum, ſeu vendendum cenſum extraneo ſolventi non præceſſit; ſed ſolum obligato patiendi redemptionem, & reſolutionem ſolvente debitore, vel extraneo ejus nomine, eo quod cenſus eſt redimibilis, & extinguibilis, non perpetuus, fit ut non poſſit habere locum illa doctrina Bartoli, *de qua ſupra numer. 42.* ut videlicet extinguantur omnes hypothecæ ſupra cenſu impoſitæ, utpotè ſuper re, quam ex neceſſitate præcedentis contractus poſſeſſor reſtituit. Quare prædictus contractus inutilis eſt ad conſequendos dictos effectus, ſecum non benè cohærentes, & incompoſsibiles. Nam ant cenſus prior extinguitur per redemptionem, & conſequenter omnes hypothecæ ſupra illo impoſitæ, & jus creditorum illum poſsidentis perimentur, ob jus luendi ceſſum extra-

neo, quod est jus ad extinguendum, & liberandum; & tunc purgabit, & debitorem, & hypothecas à debito, sed non poterit iste extraneus consequi antiquitatem prioris census jam extincti. Aut conservabitur primus census venditus, & cessus huic extraneo, & consequetur emptor prioritatem, & antiquitatem primi contractus; sed non consequetur liberationem census ab hypothecis contractis, dum erat apud primum possessorem, quia semel contracta hypotheca, nisi soluto debito non solvitur, ut dixi *supra disputation. 22. num. 4.* atque adeo duo isti effectus sunt repugnantes, & incompatibiles. Non itaque poterit iste extraneus sic emens duabus sedere sellis, neque duos parietes eadem dealbare fidelia, & unica filia duos parere generos, ut habent vetera proverbia, & rectè considerat Camil. de Medicis *dict. consil. 165. num. 23.* quod etiam visum fuit incommodum Feliciano *de censib. tom. 1. lib. 3. cap. 2. num. 18. versic. E contra verò*, & Gaspar. Roderico *de annuis redit. lib. 2. quæst. 17. numer. 9.* Nam qui duos insectatur lepores, neutrum capit, & qui duplex captat commodum, utroque frustratur, & sic corruit tota hæc machina.

47 Verumtamen existimo adhibita optima, & utilissima cautela, noviter à me excogitata, fieri posse, ut duo ista, quæ dixi, incompatibilia esse, juxta præsentem statuum censum, & pacta, quæ communiter illis adjici solent, nempè conservationem antiquitatis census, & extinctionem hypothecarum in illo contractarum, secum invicem conjungantur, & reddantur compatibilia. Videlicet si pactum retrovenditionis appositum vulgò in omni contractu census concipiatur sub nova formula sequenti. Paciscatur venditor census, seu debitor in prima census constitutione, ut quoties debitor pretium census emptori integrè restituerit, si fuerit ex propria pecunia, teneatur pati redemptionem, seu extinctionem census, & liberationem debitoris, illumque absolvere, & pœnitus liberare ab obligatione censuali (quemadmodum modo quoque fit) & adjiciat, quod si ipse debitor restituat pretium census emptori ex pecunia aliena, vel faciat, ut illud restituat quilibet tertius extraneus, teneatur ipse emptor, seu creditor censum ipsum cedere tertio pecuniam solventi, seu illi, de cujus pecunia pretium sit solutum, sive cesso, sive non cesso jure luendi. Etenim cùm eveniente casu, creditor census virtute hujus pacti in prima constitutione census adjecti teneatur censum cedere secundo emptori, ex cujus pecunia pretium est restitutum, census quidem utpotè idem, qui erat ante, remanebit cum sua antiquitate; sed cum cedatur, & transferatur ex necessitate contractus præcedentis omnes hypothecæ interim contractæ supra illum resolventur, & extinguentur, & succedet egregia Bartoli doctrina *in l. in diem 9. num. 2. ff. de aqua pluvia arcend.* communiter approbata, de qua *supra num. 42. & disputat. 23. num. 29. & 30.* Nam cùm dominium rei est limitatum, & obnoxium restitutioni, hypotheca censetur contracta interim, dum durat dominium: verùm adveniente casu extinctionis dominii, & translationis in alium, hypothecæ resolvuntur, & extinguuntur, juxta vulgarem, & celebrem regulam, quòd resoluto juris dantis, resolvitur jus accipientis, *l. lex vectigali 31. ff. de pignoribus*, quod accidit in omnibus similibus casibus, ut notavi *supra dict. disput. 23. num. 30. & 65.* Cogitabis nam hæc nova sunt.

48 Deviamus tandem ad tertium effectum non minus novum, nec minus mirabilem, ut videlicet iste cessionarius juris luendi, si tractatur de recuperando capitali, præferatur juxta proprietatem prioris census; si verò de recuperandis reditibus, habeat solum antiquitatem secundi contractus: in quo articulo vidi deceptos, etiam perdoctos homines, inconsideratè tamen, & repentè loquentes, ductosque ab aliis cœcis, ideò,

ideò in foveam omnibus caſuris.

49 Præſupponamus, quòd eſt certiſsimum: ex uno, & eodem contractu cenſus, annui introitus, ſeu reditus (quæ omnia ſunt nomina ejuſdem rei) oriri duplicem obligationem, unam primariam ſolvendi reditus annuos, alteram ſecundariam reſtituendi ſortem capitalis, in caſu non implementi primæ obligationis, juxta adnotata à nobis *tit. 1. diſputation. 5. ex numero* 4. Iſtæ autem duæ obligationes, ita ſunt connexæ, & colligatæ in uno contractu, ut una ab altera disjungi, & ſeparari non poſsit. Igitur in caſu, de quo agimus, aut extat primus contractus cenſus venditi huic novo ceſsionario, aut beneficio juris luendi eſt extinctus, & factus contractus novus. Nam impoſsibile eſt, ut extet antiquus pro parte, & ſit extinctus pro parte, cùm contractus ſit individui. Atque item fieri non poteſt, ut iſti reditus, ſimul debeantur ex duplici contractu, veteri, & novo ſimul extantibus, *l. qui bis idem* 18. juxta interpretationem Bartol. *ibi, numero* 1. Angeli, Cumani *num.* 1. & 2. Pauli *num.* 1. Joann. de Imola *num.* 1. & 2. Romani *numer.* 1. Alexand. *numer.* 2. & 3. Jaſonis *num.* 1. Alciati *ex num.* 3. Zaſii *num.* 11. *ff. de verbor. obligation.* Igitur ſi extat primus contractus, quod verè dicendum eſt, cùm facta ſit ceſsio à primo creditore, ex illo orietur obligatio primaria ſolvendi reditus, & ſecundaria reſtituendi ſortem, & habebit anterioritatem temporis primi contractus, qui ceditur. Si verò contractus primus eſt reſolutus, & ſolum remanet ſecundus, nihil debebitur ex primo, ſed obligatio tàm primaria, circa ſolutionem redituum, ſeu tertiarum, quàm ſecundaria circa reſtitutionem ſortis in caſu ceſſationis, orietur: ex ſecundo contractu, & ſic ſolutionis reditus obligatio, & obligatio reſtituendi capitale ſemper habebunt eandem anterioritatem, & antiquitatem. Idque planè probatur ex textu *in leg.* 2. *Lucius* 18. *ff. qui potiores in pign. habeant.* qui procedit in uſuris conventis, & ſic etiam in intereſſe convento, aut tertiis, & ex illo notant Ripa *in leg. privilegia* 16. *num.* 9. *ff. de privilegiis credit.* Gregor. Lopez *in leg.* 14. *tit.* 13. *part.* 5. *gloſſ.* 3. Neguſant. *de pignoribus,* 5. *part. membr.* 1. *ex num.* 11. & *numer.* 22. *verſ. Et non obſtat*, Felician. *de cenſibus, tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 5. *numer.* 18. & *tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 17. Gaſp. Roderic. *de annuis reditib. libr.* 3. *quæſt.* 7. *num.* 69. *verſic. Supereſt modo*, Ponte *conſil.* 76. *num.* 11. & 12. *lib.* 1. & *deciſion.* 34. *ex num.* 45. Cacheran. *deciſion.* 129. *num.* 11. Magon. *deciſ. Florent.* 127. *n.* 3. & 4. Bartius *deciſ.* 108. *num.* 4. Seraphin. *deciſ.* 481. *num.* 5. Caſtillo *deciſion.* 17. *ex num.* 23. & *ex num.* 31. *libr.* 1. Minſinger. *ſingul. obſervat. centur.* 1. *obſervat.* 59. Franciſcus de Claperiis *cauſa* 18. *quæſt. unica, ex num.* 1. Maſtrill. *deciſ.* 119. *num.* 11. & ad Petrum Gregorium *de cenſib. quæſt.* 6. *num.* 94. & 95. Mantic. *de tacit. & ambig. convention. lib.* 11. *tit.* 22. *num.* 32. Ricc. *collectan.* 473. *verſic. Amplia* 3. & *collectan.* 1438. *in fin.* Paſchal. *de patria poteſtat.* 2. *part. cap.* 7. *num.* 41. Gratian. *tom.* 1. *dicept. forenſ. cap.* 43. *num.* 29. Guzman *de evictionib. quæſt.* 13. *ex num.* 50. Motius *de contract. tractat. de pignorib. tit. de naturalibus pign. & hypotheca, num.* 29. Regens Fabius Capicius Galeota *controverſ.* 56. *num.* 4. & 35. *tom.* 1. Quare meritò Ponte *dict. deciſ.* 34. *num.* 53. *verſic. Audivi*, miratur, & exclamat de contraria quadam deciſione S. C. & dicit eſſe contra uſum, eo uſque obſervatum in eodem Tribunali: potuiſſet dicere, eſſe contra omnem juris rationem, quamvis eam defendere conetur idem Fabius Capicius Galeota invehens adverſus Ponte *controverſ.* 21. *in appendice, tom.* 1.

50 Verum eſt tamen, hanc doctrinam limitandam eſſe primò in caſu ſingulari, videlicet ſi quis debitor verb. gr. at. ducatorum centum ex contractu mutui novatione facta cum ſuo creditore, faciat ex eo contractum cenſus, ſeu annui introitus ad rationem ſeptem pro centenario re-

repetitis eiſdem pignoribus datis, pro contractu anteriori mutui novato, ex quo novo contractu maneat obligatus obligatione primaria ad ſolvendos annuos reditus quantitatis ſeptem ducatorum, & obligatione ſecundaria ad ſolvendum capitale ducatorum centum in caſſu ceſſationis: nam tunc obligatio primaria, & ſecundaria non habebunt eundem gradum prioritatis, ſed diſparem. Obligatio enim primaria ſolvendi reditus orta ex contractu novante habebit ſecundum,& poſteriorem locum. Obligatio verò ſecundaria ſolvendi capitale habebit eandem anterioritatem,& priorem locum, quem habebat contractus anterior mutui novatus, cujus hypothecæ eædem ſunt repetitæ in contractu cenſus, juxta dicta *ſupra ead. diſput. num.* 14. & textus *in l. credit.* 3. *in princ. & in l. ſi prior* 13. *& in l. Titius, ultim. ff. qui potiores in pign. habe.* Quia obligatio iſtius ſecundi contractus in eo, in quo concurrit cum quantitate primi, videlicet in quantitate capitalis, habet eandem antiquitatem, & prioritatem, quam primus, ob pignorum repetitionem, ex qua provenit, ut creditor ſibi ipſi ſuccedat quoad quantitatem prioris debiti, in eo verò, in quo excedit obligationem primi contractus, & eſt ultra illam, non habet prioritatem primi contractus, ſed ſolum antiquitatem ſecundi.

51 Item regulam *dict. l. Lucius, ff. qui potiores*, ſecundò limitandam exiſtimant multi in uſuris, ſeu intereſſe legatorum debito officio Judicis ob moram hæredis, ut videlicet intereſſe legatorum reſpectu patrimonii defuncti, non habeat eandem anterioritatem, & locum, quem habent legata. Hanc limitationem tradit Socin. *conſil.* 41. *ex num.* 19. *vol.* 4. Conſentiunt Franchis *deciſ.* 374. *num.* 12. *& deciſ.* 613. *num.* 13. Surdus *deciſion.* 271. Salernitan. *deciſ.* 16. & *ibi* additio Ricc. *collect.* 1438. *in fin. verſ. Non levis.* Facit Fabius Capicius Galeota *controverſ.* 21. *ex num.* 19. *tom.* 1. & Caſſanæus *in conſuet. Burgund. Rub.* 4. §. 23. *verb. Des le terme, num.* 11. ubi ait, hypothecatas res pro principali, non cenſeri hypothecatas pro uſuris niſi expreſsè cautum fuerit inter partes. Cujus limitationis optimas rationes reddiderunt Socin.& Surd. quamvis diſſentiat Neguſant. *de pignorib. 5. part. memb.* 1. *ex num.* 11. *& n.* 22. Atque hæc dicta ſint de hoc ſecundo Tomo, & toto Libro de Judiciis. Ei autem finem impoſui Neapoli 14. die menſis Auguſti, veſpere Sanctiſsimæ Aſſumptionis Beatiſsimę Virginis Marię Cœlorum Reginæ, anni 1639. Cœpi autem ipſum ſcribere die S. Bartholomæi Apoſtoli Auguſti 25. anni 1634. & abſumpſi quinquennium in hoc opuſculo perficiendo, ſcripſi, & tranſcripſi propria manu, quemadmodum & primum volumen, quod in ſua practica feciſſe ſe dixit Maranta. In quo,ſi quæ dicta ſunt utilia,Deo Optimo Maximo, omnium bonorum Authori gratiæ habeantur, cujus ope ad hujus operis finem perveni: ſicubi verò erratum, dignus ſum condonatione, qui juvandorum ſtudiorum, & inquirendę veritatis cauſa tantum ſuſcepi laborem: quo tam reſto defatigatus, tantum confractus, præſertim ingraveſcente jam ætate, ut credam me deinceps ſcribendi ulterius onus depoſiturum ſuſceptum gratis, cui hucuſque ſuſcepti labores fuerunt omninò infructuoſi,& inutiles, quæcumque autem ſcripſi, Sanctæ Matris Eccleſiæ Catholicæ cenſuræ ſubjecta eſſe volo.

FINIS.

APO-

APOLOGIA
PRO QUIBUSDAM AUTHORIS SENTENTIIS.
ADVERSUS QUASDAM DECISIONES
SCIPIONIS ROVITI.

SUMMA APOLOGIÆ.

1 QUi Doctores tractent articulum, an Officialis teneatur de culpis, & defectibus ſubſtituti à ſe.

2 Regulam, ſubſtituentem teneri, tribus limitationibus eſſe limitandam.

3 Textus contrarii.

4 Diſtinctio ad textus conciliandos.

5 Subdiſtinctio, & reſolutio difficultatis.

6 Primus caſus, de quo agit Rovitus eſt extra rem.

7 Officia publica non ſunt inſtituta ad commodum privatorum, ſed Reipublicæ.

8 Clauſula, quòd ſubſtituens principaliter teneatur de culpis ſubſtituti, quem effectum habeat.

9 Textus in l. ult. ff. ſi certum petatur, & aliorum declaratio.

10 Quid deciſum.

11 Roviti, patens perturbatio in dec. 87. in qua benè latæ ſententiæ in pejus ſunt reformatæ.

12 Deciſio illa nulla, & prolata à Judicibus illegitimis.

13 L. ult. C. de pact. cum ſimilibus habet locum in contractu patris de bonis filiis viventis facto ab eo, qui in illa ſucceſſurus eſt.

14 In patre, quamvis non præſumitur votum captandæ mortis filii, poteſt tamen timeri.

13 Præſumptio amoris ceſſat in patre, qui facit aliquid in præjudicium filii.

16 De parente tranſeunte ad ſecundas nuptias minus confidit lex.

17 Major cupiditas patris arguitur ex excuſatione Roviti.

18 Pactum de hæreditate viventis valet, quando fit in executionem, & conſequentiam alterius pacti.

19 Hæc doctrina nullo modo cadit in caſum prædictæ deciſionis, & n. 20. & 21.

22 Caſus deciſionis manet ſub regula.

23 Argumentum ineptum Roviti.

24 Oſtenditur ratio, cur contractus, de quo in prædicto caſu, non ſit in conſequentiam præcedentis contractus, ſed contra executionem ipſius, & diſcrimen hujus contractus ab alio.

25 Contractum eſſe de hæreditate, & patrimonio viventis.

26 Satisfit deciſioni Vincentii de Franch.

27 Conſuetudo Capuanæ, & Nidi non agit de ſucceſſione dotis, ſed de ejus reſtitutione, & n. 28.

29 Turpe eſt diſponere de bonis, quæ quis acquirere non poteſt, niſi per ſucceſſionem.

30 Bona comprehenſa in donatione, de qua hic, tempore donationis pertinebant pleno jure ad filiam viventem.

31 Exempla feudi, & emphyteuſis, & bonorum in quibus quis habet uſumfructum, non ſunt ad rem.

32 Legata, de quibus in hoc caſu, erant ultra quantitatem, de qua poterat diſponi, & per eadem ferè verba, & cum ejuſdem, vel ſimilibus præſumptionibus.

33 Clauſula indulti, de qua in deciſion. 90. Roviti.

34 Proponitur caſus, & expenditur difficultas in expoſitione clauſulæ, oſtenditurque non poſſe cadere in eam expoſitionem Roviti.

35 Diſtinguuntur duo caſus, quibus quis non gaudet indulto.

Pri-

Primus quando facto Judicis de quo sunt intelligenda prima verba prædictæ clausulæ, ibid.

36 *Secundus, quando facto ipsius rei, de quo intelliguntur verba posteriora clausulæ.*

37 *Quid petit terminum ad solvendum, censetur acquiescere sententiæ.*

Verbum, Cavere, *quid significet, & quomodo accipiatur, ibid.*

DISPUTATIO PARERGON.

TAcere nomen cùm possis laudare, aperire cùm vis reprehendere æmulationis apertum judicium est, nisi mavis interni odii esse, non levem conjecturam. Cùm minimum indicat animum parum amicum. Venio ad rem. Edidit quasdam decisiones, in quarum quibusdam, tribus videlicet 79. 87. & 91. Ego interveni, & in eis quædam mihi advertenda visa sunt, tùm pro detegenda veritate, tùm pro defendenda justitia.

AD DECISIONEM LXXIX.

1 OCcurrebat ibi decidendus articulus, an Officialis publicus teneatur de culpis, & defectibus substituti à se nominati, quem præposuit ministerio? De quo tractat textus in *l.* 1. *in princip. & in §. familiæ, & in §. quod novissimè*, ubi Bart. & Doctores, *& in l.* 2. *& 3. ff. de publican. & vectigal. l.* 1. *ff. ad leg. Jul. repetund. l. jure provisum* 5. *C. de fabri. censib. lib.* 11. *l.* 1. *&* 2. *C. de periculo nominatorum, eodem lib.* 11. De jure Castellæ *l.* 4. *tit.* 6. *lib.* 3. *Recopil. gloss. in l. observare, §. proficisci, verb. Exigatur, ff. de offic. Proconsul. & legat.* Romanus *consil.* 11. *& consil.* 338. *ex n.* 6. Lucas de Penna *in l. agentes* 5. *ex n.* 8. *C. de agentibus in rebus, libr.* 12. Fulvius Constantius *in l. nullus* 60. *ex num.* 57. *C. de decurionibus, eodem lib.* 11. Caravita *ad Ritum* 49. *ex n.* 18. Puteus *de sindicatu, verb. Familiaris, seu familia potestatis, cap.* 4. *&* 5. *& verb. Substitutus, cap.* 1. *n.* 1. *& cap.* 2. *ex n.* 1. Felinus *in cap. Petrus* 17. *ex num.* 2. *de homicid.* Ludovisius *decis.* 233. Giurba *consil.* 36. Marcellus Marrus *allegat.* 93. Farinac. *in prax. crimin. q.* 24. *ex n.* 53. *& cons.* 207. *& cons.* 230. *volum.* 3. idem Rovitus *consil.* 87. *vol.* 1. Avendañ. *de exequend. mandat.* 1. *p. cap.* 3. *num.* 5. *vers. Corrector autem, cum sequent. & num.* 6. Avilès *in cap.* 4. *Prætorum, verb. Sea obligado*, Berartus *in speculo visitationis, cap.* 25. *ex n.* 79. *&* 82. Cancer. *variar. resolut. part.* 3. *cap.* 12. *ex n.* 136. Paz *in prax.* 1. *tom.* 8. *part. cap. unico ex num.* 16. Conradus *in templo omnium judic. libr.* 1. *cap.* 1. *§.* 3. *vers. Vigesimo quinto*, Bobadilla *lib.* 1. *Politic. cap.* 12. *n.* 43. *& lib.* 5. *cap.* 1. *ex num.* 78. Mastrillus *de magistratibus, lib.* 1. *cap.* 29. *n.* 42. Joann. Solorzanus *de Jure Indiarum, lib.* 3. *cap.* 6. *ex num.* 106.

2 Dubitabatur in illo casu, an nominatores præcisè solvere deberent condemnationes factas substitutis, aut factas nominatoribus pro culpa substitutorum; an tenerentur dumtaxat substitutos exhibere, qua exhibitione facta essent liberandi, & multa hinc inde sunt allegata, & dum discutereretur difficultas dicta, & considerata. Ego qui multa ex prædictis locis videram, & omnes textus, qui prædictam difficultatem concernunt, dicebam, statuendam esse regulam, nominatorem teneri de culpis, & defectibus substituti, ita ut ob ejus culpas, & defectus condemnari possit, & compelli ad solvendam condemnationem. Sed hanc regulam esse limitandam. Primò, si principalis nominator substituit, vel nominat ex necessitate officii. Secundò, si substituit idoneum. Tertiò, ut liberetur exhibendo substitutum.

3 Verùm adversus tertiam limitationem objici posse textus in *l. Imperator* 11. *§. quod si fortè, ff. ad municip. & de incol. l. ult. in fine, C. quo quisque ordin. convent. libr.* 10. *l. quoniam Augerio* 3. *in fin. C. de convent. Fisci debitor, eodem lib.* 10. *l.* 1. *&* 2. *C. de pericul. nominator. lib.* 11. in quibus nominator videtur esse fidejussor nominati. Fidejussor autem non liberatur exhi-

exhibendo, sed solvendo, §. *si verò aliquis, inst. de satisdatio.* §. *fin. instit. de replicat.* Cùm non sit fidejussor de judicio sisti, qui exhibendo liberaretur, *l.* 2. *& sequentibus, ff. si quis cautionib.*

4 Quorum textuum difficultati satisfaciendum esse distinguendo diversos casus. Nam aut Officiali committitur administratio justitiæ : aut administratio patrimonii fiscalis, aut publici. Primò casu procedunt omnes limitationes prædictæ.

5 In secundo casu subdistinguendum est. Nam aut agitur contra Officialem substitutum de interesse privatorum, quibus fuerit facta injuria, aut illarum gravamen ab ipso substituto. Et similiter in isto casu procedunt limitationes prædictæ, & de hoc casu loquitur textus in *l.* 1. §. *familiæ, & §. quod novissimè, & in l. cùm si exhibuissent* 3. *ff. de publican. & vectigal.* Aut agitur de interesse Fisci, aut Reipublicæ, & tunc non liberantur nominatores exhibendo, sed tenentur solvere, & satisfacere. Atque hac distinctione facta exponuntur omnes textus, qui loquuntur de hac materia. Hanc ego distinctionem, non didici ab insigni viro Regente Caimo, cui attribuit doctrinam Rovitus, sed cùm inter discussionem articuli hæc ego dixissem, quæ labore meo, & cogitatione attigeram. Visitator, qui aderat, dixit, similem se distinctionem vidisse in tractatu manuscripto Regentis Caimi de visitatione, cujus titulos, & ordinem ostendit mihi Doctissimus ille, & insignis vir omni virtutum genere ; sed nihil ulterius vidi, Rovitus autem *in dicta decis.* 79. *num.* 19. *versic. Aliqui dicebant*, me ipsum hac verborum inepta formula significans, nolens hanc mihi qualem qualem laudem tribuere fecit Authorem Regentem Caimum. Cujus quidem de visitatione tractatus magno studiosorum malo non est excussus, utinam datus fuisset in lucem; forsam enim illius editione cohiberentur Visitationum inutilium Reipublicæ, nè dicam pernitiosarum (si credimus Joann. Francisc. de Ponte *de potest. Proreg. tit.* 3. §. 7. *num.* 1. & 10. & rebus ipsis) calumniæ, gravamina, & injuriæ, in quibus ferè semper publici latrones immunes evadunt, & impuniti : Boni autem, & integri Ministri innocentes puniuntur, & quæ non rapuerunt, exsolvunt, ut rectè, & cum judicio animadvertit eruditissimus D. Joannes Solorzanus *de Jure Indiarum, tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 23. & 24. relatis in eandem rem Deciano, & Bobadilla, & Joannes Baptista Larrea *decis. Granatens.* 98. *num.* 26. & 27. *part.* 2. Solatium tamen est habere Deum ultorem, & Judicem, qui falli non potest, & noscit corda, & animos, & prætextus.

6 Accedit, quòd Rovitus de suo addidit, quod ego non dixi in *d. decis.* 79. *num.* 20. nam ille primus casus erat omnino extra comœdiam, agebatur enim de Officialibus publicis, & extra rem erat agere de officiis privatis, ut nautis, & stabulariis, aut eligente ad negotia alicujus gerenda.

7 Secundus item casus, de quo *ibid. num.* 21. non adaptatur ad textus neque ad distinctionem à me factam. Nam officia publica administrationis justitiæ, non sunt instituta solum ad commodum privatorum, sed præcipuè ad commodum Reipublicæ, cujus recta gubernatio, ad conservationem ejus præcisè necessaria, in administratione justitiæ per publicos Officiales consistit, & nihilominus, qui ad hæc officia aliquos eligunt, liberantur, si eos tempore sindicatus exhibuerint. Itaque standum est distinctioni à me factæ, non illi à Rovitu, sub nomine insignis viri confictæ.

8 In eadem causa occurrebat, quod in titulo Officialis principalis aderat clausula, cum potestate substituendi, quæ concessa fuerat, dum teneatur principaliter de culpis, & defectibus substituti. Quæ clausula ad eum effectum dicebatur addita, ut substituens teneretur de culpis substituti, tanquam principalis, & ut excludetur excusio, quæ alioqui præcedere deberet, antequam à principali condemnatio substituti exigeretur. Tametsi

hunc

hunc effectum hujus clauſulæ minus clarè tradat Paris de Puteo *de ſindicatu, verb. Subſtitutus, cap. 2. ex num. 1.* clarius tradunt Hippolyt. de Marſil. *in Rubrica de fidejuſſoribus, num. 64.* Gail *obſervat. practic. lib. 2. obſervat. 28. num. 2. & 6.* Natta *conſil. 345. numer. 3. volum. 1.* Gualdenſis *de arte teſtandi, tit. 9. cautel. 30. n. 2. gloſſ. 1. in l. 57. & gloſſ. 9. in l. 59. tit. 18. part. 3. gloſſ. 2. poſt medium in l. 9. tit. 12. part. 5.* Padilla *in l. neque pactum 1. num. 14. Cod. de tranſact.* Gutierrez *de juramento confirmat. 1. part. cap. 23. numer. 8.* Theſaurus *deciſ. 166.* Mantica *de tacitis, & ambiguis convention. lib. 16. tit. 17. num. 4. & 5.*

9 Huic doctrinæ graviter obſtat (neque enim id diſſimulandum eſt) textus in *l. ult. ff. ſi certum pet.* cum ſimilibus, juxta quem dicunt Doctores, quòd quando fidejuſſor ex natura negotii eſt de indemnitate, ut revera ſunt nominatores, *l. 1. & 2. C. de pericul. nominat. lib. 11.* cum ſimilibus, non poteſt renuntiare beneficio excuſsionis, & tametſi renuntiet, nihilominus eo gaudere debet. Ita docuit Bart. *in l. 1. num. 2.* Joannes de Platea *num. 2. C. de conveniend. fiſc. debitor. lib. 10.* Hippolyt. de Marſil. *in Rubric. de fidejuſſorib. num. 23. & num. 314. in alia impreſsione, num. 367. cum ſequent.* Maranta *in ſpeculo aureo 6. part. tit. de ſatisdatione 8. memb. judicii, num. 19.* Gregor. Lopez *in l. 94. tit. 18. part. 3. gloſſ. 6. in fin.* Roderic. Suarez *in l. 2. tit. De los emplazamientos, lib. 2. fori, §. quæritur ulterius, ex numer. 7. ad 12.* Anton. Gomez *tom. 2. variar. cap. 13. num. 3.* Covarr. *in cap. quamvis pactum 1. part. §. 4. num. 8. de pact. in 6.* Gutierr. *de jure confirm. 1. part. cap. 23. num. 23.* Azeved. *in l. 13. ex num. 1. tit. 5. libr. 3. Recopil.* Parlador. *lib. 2. rer. quot. cap. fin. 4. part. §. 7. num. 9.* Dueñas *littera F. regul. 335. ampliation. 2.* Bobadilla *libr. 5. Polit. cap. 1. numer. 85.* Molina *de juſtitia, tract. 2. tom. 2. diſp. 545. num. 13. & 14.* Et ſi quis diceret, hunc Magiſtratum obligaſſe ſe principaliter pro culpis, & defectibus ſubſtitutorum, poſſet reſponderi, obligationem iſtam principalem exponendam eſſe, juris ordine ſervato, ut intelligatur in id, quod à ſubſtitutis ſervari non poſsit, ut eam obligationem jura interpretatur, *l. prior. 4. §. ult.* ibi: *Poſtquam res ab eo ſervare non potuerit, pro quo interceſsit, ff. de adminiſtrat. rerum ad civit. pertin.* non enim poteſt renuntiatio, aut clauſula adjecta mutare naturam contractus, qui proculdubio eſt fidejuſsio, cùm principalis ſuſcipiat in ſe alienam obligationem ſubſtituti, qui ex ſua culpa obligatur. Cui doctrinæ, non aliter poteſt ſatisfieri, quam, ſi dicatur, nominatorem non eſſe fidejuſſorem indemnitatis, quemadmodum de fidejuſſoribus Magiſtratum cenſuit Parlador. *ubi ſupra num. 5.* & non videtur diſſentire Gutierrez *ubi ſupr. num. 24.* poſt Amadeum. Sed dura profecto eſt ſententia.

10 Stantibus nihilominus prædictis deciſum eſt, ut teſtatur Rovitus.

AD DECISION. LXXXVII.

11 NUllibi tantum, tamque evidenter detegitur perturbatio Roviti, quantum in iſta deciſione. In qua nè non eſſet legibus conformis, ſervatus eſt literaliter text. Ulpiani in *l. 1. ff. de appellat.* ibi: *Licèt nonnunquam etiam bene latas ſententias in pejus reformet, neque enim utique melius pronuntiat, qui noviſsimus ſententiam laturus eſt.* Ita factum eſt in prædicto caſu. Auditor Exercitus tulerat ſententiam, viſa quadam ſcriptura facta inter partes, ex ſolo jure illo, *pacta ſerventur, pacta cuſtodiantur*, Lippis, & Tonſoribus noto, non examinato, quale eſſet pactum, an inhoneſtum, an legibus reprobatum, juſsit ſervari. Appellatum eſt à ſententia. Commiſſa mihi per delegationem cauſa, revocavi Auditoris ſententiam: appellatum eſt iterum à mea ſententia, & cauſa delegata Conſiliario tunc, nunc Regenti Didaco Bernardo Zuſia. Ille confirmavit ſententiam meam in omnibus, & per omnia, quæ nitebatur apertiſsimis juris principiis, à primo Judice non

non animadverſis. Iterum appellatum eſt à ſententia ultima, & delegata cauſa Scipioni Rovito. Nam in Audientia Exercitus iſte ordo ſervatur, ut quoties appellandum ſit, cauſa delegetur alicui Miniſtro, qui ſolus procedit, confirmando, vel revocando ſententiam prioris Judicis. Rovitus, cui cauſa appellationis fuerat delegata, ſic voluit judicare illam, nè poſſet appellari à ſua ſententia, quam planè ſciebat revocandam, ſi ab illa appellaretur, tanquam nullo ſolido juris fundamento innixam. Uſus eſt ſtratagemmate extraordinario, accommodato ad ſuum finem, ſed contra omne jus, & ſtilum Tribunalis, aſſumpſit ſecum totum Collaterale Conſilium ad cauſam judicandam, ut ſententia prolata videretur à toto Collaterali Conſilio, ſic ille dicit ante *num.* 1. *in fine.* Etenim nunquam viſum eſt, Illuſtriſsimos, & Excellentiſsimos Proreges delegare cauſas appellationis Audientiæ Exercitus Collaterali Conſilio, ſed uni, vel alteri Miniſtro Legatur Capiblancus *libr.* 2. *de Baronibus, capit.* 2. *num.* 13.

12 Sed deciſio illa multis modis eſt nulla, cum reverentia, ab omni juris ratione aliena. In primis eſt nulla, quoniam prolata à Judicibus illegitimis aſſumptis à Rovito, qui ſolum erat delegatus. Quis autem unquam vidit, Delegatum aſſumere ſocios authoritate propria ad proferendam ſententiam, quaſi poſſet ipſe delegationem ſuam ſociis communicare? (inquam rem vide Bobadilla *lib.* 2. *Politic. cap.* 20. *num.* 43.) Deinde idem Rovitus, quia viſa ſententia à me prolata, & à Collega confirmata ob ſingulares, & notatu dignas rationes, quas ille refert *num.* 1. & 2. ſtatim in animum induxit ſuum, illam revocare, quæſivit coloratam rationem aliquam, qua poſſet illam impugnare, inveniſſe ſe viam à nobis non animadverſam, & invenit doctrinas illas ab ipſo relatas ex *numer.* 4. & poſt ex *n.* 8. quas traheret per vim, & invitas in eum caſum cogeret, omnino ab eo alienas, & repugnantes, ut in diſcurſu videbimus.

13 Conatur Rovitus difficultatem textus in *l. quidam* 30. §. *ult. ff. de donation. l.* 2. *in fin. ff. de iis, quibus ut in dig. & in l. fin. C. de pactis*, duabus, vel tribus viis effugere, infœliciter tamen, & ſine ſucceſſu. Nam primò dicit, legem non habere locum in pactis patrum ſuper ſucceſsione filiorum, quia in patre non præſumitur votum captandæ mortis. In primis loquitur contra ſententiam communem Doctorum, qui dicunt, prædictam *l. fin. C. de pact.* habere locum tam in pactis factis à filiis ſuper ſucceſsione bonorum patris, quàm in factis à patre ſuper bonis filii viventis. Ita Bald. in *d. l. fin. n.* 5. Salicet. *num.* 2. Paul. *num.* 5. Decius *num.* 15. Alciatus *num.* 27. Cagnolus *ex numer.* 110. Curtius *num.* 13. Gozadinus *num.* 16. Menchaca *de ſucceſsione creatione, lib.* 2. §. 10. *numer.* 214. Harthman. Piſtor. *quæſt. jur. lib.* 4. *quæſt.* 1. *num.* 10. Etenim principalis ratio, cur prohibetur pactum ſuper patrimonio viventis, non eſt præſumptio voti captandæ mortis, ſed turpitudo ejus, qui nimium avide, præmatura cogitatione ſolicitus eſt, ut diſponat de bonis, ad quæ nullum jus habere poteſt, niſi per mortem alterius, quapropter hoc pactum dicitur eſſe contra bonos mores, ut adnotavit Covarruv. *in Rubrica de teſtament.* 2. *part. num.* 50. Piſtor *ubi ſupra num.* 5. Menochius *conſil.* 92. *num.* 9. & 10. *lib.* 1. Theſaurus *deciſ.* 225. *num.* 6. Et apertè continetur in textu in *dict. l. fin. & in d. l. quidam*, §. *fin.* ubi etiam additur, feſtinationem iſtam, qua quis donat bona viventis, in quæ ſuccedere ſperat poſt ejus mortem, eſſe contra jus gentium, *nam improbum eſt, ſolicitum eſſe de vivi hæreditate*, ut dicebat Julianus *in l.* 2. §. *interdum, ff. de vulgar. & pup. ſubſt.* Expendit Cagnolus *in dict. l. fin. ex dict. n.* 110. & Menchaca *de ſucceſſ. creat. dict. lib.* 2. §. 18. *n.* 196.

14 Addo ego, licèt in patre non præſumatur votum captandæ mortis poſſe tamen timeri, & hoc ſignificat Imperator in illo textu in *dict. l. fin.* qui non expreſſit votum captandæ mortis, ſed ait *om-*

nes hujuſmodi pactiones eſſe odioſas, & plenas triſtiſsimi, & periculoſi eventus, quas deteſtabiles, & iniquas appellavit Pontifex *in cap. accepimus 5. de pact.* Non enim conſideravit Imperator, quid in hoc, vel illo ſingulari caſu, & in hac, vel illa perſona præſumendum ſit, ſed quid poſsit generaliter timeri ex natura ipſa pactionum. Ideò eas Imperator generaliter prohibuit, nè timeri poſsit votum captandæ mortis, memor, avaritiam, & lucri cupiditatum eſſe radicem omnium malorum, ut ait Paul. 1. ad Timoth. 6. *num.* 10. Rectèque Virgilius *libr.* 5. *Æneidos*, *verſ.* 56. exclamavit.

Quid non mortalia pectora cogis
Aura ſacra fames?

de qua quæſtus *Anacreon.* ſubjicit.

Pereat malè ipſe primus
Argenti amore captus
Hoc propter, & duorum
Amica corda fratrum
Solvuntur, ut alter alteri.
Necem afferat cruentam.

Refert Lambinus ad Horatium *in Epodon, libro Odde* 11. & Pontanus ad Virgilium *ubi ſupra.*

15 Adjicit Gozadinus in *dict. l. fin. num.* 17. præſumptionem *l. iſti quidem* 8. §. *ult. ff. de eo, quod met. cauſ.* & ſimiles ceſſare, quando pater facit aliquid in præjudicium filiorum, nam tunc ceſſante confidentia oritur ſiniſtra ſuſpitio, allegat Cepollam, & Joannem de Platea. Patrem autem, qui paciſcitur ſuper patrimonio filiorum viventium ſine eorum voluntate, ipſis præjudicare. Et ejus ſententiam appprobat Sanchez, quamvis illum non referat, *operis moralis, libr.* 7. *cap.* 2. *num.* 59. & Alciatus *in dict. l. fin. ex n.* 24. *C. de pact.*

16 Accedebant in caſu prædictæ *deciſ.* 87. aliæ circunſtantiæ. Nam tempore, quo ille D. Petrus de Acuña pactus erat cum D. Fernando de Tobar avunculo ſuper patrimonio filiæ ſuæ viventis in caſu mortis illius, contraxerat ſecundas nuptias, & ſuſceperat ex ſecunda uxore prolem maſculam, quo caſu minus confidunt leges de conjugibus ad ſecundas nuptias convolantibus, nam & tutelas filiorum matribus adimunt. *Auth. Sacramentum, Cod. quando mul. tut. offic. fung. poſſ.* & de amore erga filios dubitant, imò præſumunt, eos præferre amorem novorum conjugum patrimonio, & vitæ filiorum ex primo matrimonio ſuſceptorum, *l. lex, quæ tutores* 22. *ff. de adminiſtrat. tut.* ibi: *Lex enim non ſolum contra tutores, ſed etiam contra fœminas immoderatas, atque intemperantes proſpexit minoribus, quæ plerumque novis maritis non ſolum res filiorum, ſed etiam vitam addicunt.* Cum quo textu de jure Caſtellæ concordat *l.* 5. *tit.* 16. *& ibi gloſſ.* 14. *l.* 19. *eodem tit.* 16. *& ibi gloſſ.* 6. *part.* 6. & Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 56. ubi agit de præſumptione amoris patrum erga filios, *num.* 23. aſſeruit, ſæpiùs contingere limitationes, & vide Pinellum in *l.* 1. 1. *p. ex n.* 56. *C. de bon. matern.* Quæ præſumptio, neſcio cur non poſsit extendi, etiam ad patres ſecundas nuptias contrahentes. Imò patres ſuperinducentes filiis novercas, ita ſe reddunt ſuſpectos erga ipſos filios, ut ſæpè ſæpius denegetur ipſis filiorum propriorum educatio, ut notarunt ipſemet Rovitus *deciſ.* 8. *num.* 4. *& n.* 11. *&* 15. & deinde Peguera *deciſ.* 97. 1. *p.* Fontanella *de pact. nuptial. clauſul.* 5. *gloſſ.* 8. *part.* 11. *num.* 31. Cum præſertim ſimus in loco, quo ſæpiùs vidimus, patres vendere filias, ut eas diſparibus conjugibus collocent, ut omittamus eos, qui eorum Lenones ſunt, quorum utrumque à voto captandæ mortis, aut parum diſtat, aut gravius apud honeſtos viros cenſeri poteſt, tantum debet occaſio lucri ex filiarum damno à parentibus amoveri. Confirmat exemplum apud Apulejum *Aſin. Aurei lib.* 10.

17 Neque verò patrem excuſabat in illo caſu quod conſiderat Rovitus *n.* 9. *&* 10. majorem fore utilitatem patris, ſi filia viveret ob uſumfructum in bonis illius à lege delatum, *l.* 1. *C. de bon. mater.* quàm eſſet quantitas mille ducatorum, quàm ſibi in caſu mortis filiæ ſtipu-

la-

latus fuerat. Imò id ipſum majorem patris philargiriam, & nimiorem lucri cupiditatem arguebat, qui non contentus licito lucro à lege delato, ſperans triſte eventum mortis filiæ, quem ſpectare leges prohibent, *l. inter ſtipulantem 83. §. ſacram, verſ. fin. ff. de verbor. obligat.* in eo minus illud lucrum ſibi ſtipulatus, volebat in omnem caſum de lucro ex patrimonio filiæ eſſe certus, ſive filia viveret, ſive non viveret. Ut non omittam, non procedere abſque dubio, an pater habeat uſumfructum in bonis dotalibus filii habitis ex hæreditate matris, quæ contraxit matrimonium juxta conſuetudinem Capuanæ, & Nidi, cùm ex verbis prædictæ conſuetudinis, quæ referuntur ab Afflicto *deciſ. 237. n. 1.* videatur colligi, patrem nullum jus habiturum ſuper dictis bonis dotalibus, ſed reſtituturum ea integra, & abſque diminutione hæredibus uxoris, ex latius deductis à Merlino *controv. forenſ. centur. 1. cap. 29. ex n. 23.* atque ita in eo caſu limitetur regula, *l. 1. C. de bon. maternis, & l. 1. C. de bonis, quæ liberis*, ut videtur ſignificare Fontanella *de pact. nuptialibus, clauſul. 4. gloſſ. 7. part. 3. n. 66.*

18 Adjicit Rovitus *n. 11.* ſecundam limitationem regulæ deſumptæ ex *dict. l. fin.* ut videlicet tunc valeat pactum ſuper hæreditate, & patrimonio viventis, cùm illud pactum eſt in conſequentiam alterius pacti liciti præcedentis, & pro illius exequutione. Quam limitationem dicit eſſe communem, & nullum habere contradictorem, & pro ea refert Thomam Sanchez *operis moralis, lib. 7. cap. 2. num.* 43. ex quo audiamus limitationem: *Ultimo limitatur* (ait) *niſi alienatio hæreditatis perſonæ viventis veniat ex quadam neceſſitate in conſequentiam contractus liciti præambuli, tunc enim valet, & probatur ex l. ſi quis ſervum 24. ff. de act. empt.* & allegat omnes illos, quos allegat Rovitus, qui ex eo deſumpſit, ut ipſemet ait. Subjungit Sanchez, in probationem hujus limitationis; cujus rationem tradunt Alciatus, & Bolognetus, ibi: *Quia ceſſat præſumptio animi procurandæ mortis alterius, nec de ea ſolicitus eſſe præſumitur qui ex neceſſitate prioris contractus invitus, quamvis ex culpa ſua cogitur.* Hactenus Sanchez. Itaque in caſu hujus limitationis qui facit contractum de bonis viventis, eſt obligatus ad faciendum, & poteſt compelli facere id, ad quod ſe per novum contractum obligat, ex vi contractus præcedentis liciti, & validi.

19 Ego exiſtimo limitationem veriſsimam, & communem, ſed nullo modo poſſe applicari ad caſum illius deciſionis, à quo iſta doctrina eſt omninò aliena, & extranea. Attendat Lector, ut videat quantum poſsit affectus, & æmulatio excæcare: nimirum facit ex albo nigrum, ex recto obliquum, ut dicitur de mala, & iniqua ſententia.

20 Examinemus, quo modo applicetur huic caſui hæc doctrina. Præceſſerunt Capitula matrimonialia inter D. Petrum de Acuña ex una parte, ex altera D. Fernandum de Tobar fratrem D. Joannæ de Tobar ejus nomine, & D. Catharinam de Tobar ejus matrem. Contractum eſt matrimonium ſecundùm novum uſum Sedilis Capuanæ, & Nidi, ideſt quaſi interveniret pactum expreſſum, quòd ſi uxor ſine liberis decederet, aut liberi ſuſcepti morerentur in pupillari ætate, vel ab inteſtato, dos reverteretur ad dotantes. Data tamen facultate prædictæ D. Joannæ conjugi D. Petri diſponendi ex ſuis dotibus ſolum de ſumma duorum millium ducatorum. Ex dicto matrimonio orta eſt Franciſca filia prædictorum conjugum, & mortua eſt in pupillari ætate. Fecerat mater teſtamentum, in quo diſpoſuerat de quantitate ducatorum trium millium, videlicet de mille ducatis ultra quantitatem, de qua juxta Capitula poterat diſponere. Cùmque occaſione illius diſpoſitionis orta eſſet contentio inter maritum, & dotantes, initus eſt contractus inter partes vivente Franciſca, quo D. Catharina, & D. Fernandus, in caſu mortis prædictæ infantulæ Franciſcæ in pupillari ætate, promiſerunt donare, & ex tunc donaverunt dicto D. Petro, de quantitate dictarum dotium, quæ

per mortem dictæ Franciſcæ ad eos erat reverſura, ducatos 1800. ideſt 800. ducatos ultra illos, quos dicta D. Joanna legaverat illi.

21 Hunc ſecundum contractum ego judicavi, non valere, quaſi factum de patrimonio dictæ infautulæ viventis in caſu ejus mortis,& videtur expreſſus caſus textus in *l.quidam* 30. *§.donationem, ff.de donat. & in l.ult. C. de pact.* & dicere, hunc contractum eſſe in conſequentiam,aut executionem primi contractus, eſt error intolerabilis, & manifeſtus, quòd evidenter demonſtro. Nam ex primò contractu capitulorum matrimonialium dotantes, nullatenus erant obligati donare dicto marito D. Petro aliquam partem dotium ſuæ uxoris, in caſu,quoad illos reverterentur, imò è contra maritus ſe obligavit reſtituere dotantibus integras dotes, reſervata ſolum uxori facultate diſponendi de illis ducatis duobus mille, de quibus diſpoſuit. Ergo maritus nullam partem dotium, quæ pertinuiſſet ad filiam ſuſceptam conſtante matrimonio, poterat retinere, juxta primum contractum capitulorum matrimonialium, neque dotantes poterant compelli eam illi donare, & quod evidenter eſt conſequens, ille ſecundus contractus donationis non tendebat in executionem prioris contractus, neque in conſequentiam illius; imò erat contra illius executionem, quia prior contractus obligabat ad reſtitutionem integrarum dotium, & iſte ſecundus obligabat dotantes ad donandum partem ejus, quod per primum contractum erant habituri. Videat Lector admirabilem applicationem, qua Rovitus applicat limitationem, & doctrinam ad caſum deciſionis.

22 Si igitur nullo modo poteſt cadere limitatio ſupra caſum deciſionis, manebit ſub regula prædictarum legum, & ſic donatio iſta fuit invalida evidenter,& per conſequens benè judicatum per duas priores ſententias conformes benè latas, & in pejus reformatum per ultimam.

23 Quòd addit Rovitus *n.* 13. *in verſ. Si enim licitum*, nulla probabili juris ratione ſubnititur. Ait: *ſi licitum fuit ab initio abſque aliqua turpitudine paciſci, ut in caſu moris filiorum procreandorum ex matrimonio tunc contracto in pupillari ætate, vel quandocunque ab inteſtato ſine filiis,tunc dotes revertantur ad dotantes, cur non fuiſſet licitum eiſdem dotantibus in eodem caſu mortis diſponere de eiſdem dotibus, vel aliqua parte ipſarum, quæ per hujuſmodi mortem ad eoſdem devolverentur? certè non video ullam rationem, quæ contrarium mihi perſuadere poſſit.*

24 Verùm oſtendamus Rovito, illam rationem, quam ſe fatetur ignorare. Cùm tempore capitulorum matrimonialium dotantes contraxerunt ſuper dotium reſtitutione, bona dotalia non habebant alium dominum, quàm ipſos dotantes, qui de rebus ſuis poterant ad libitum diſponere, *l.in re mandata* 21.*C. mandat.* & in earum traditione apponere pacta quæcunque liberè, *l. in traditionibus* 48. *ff. de pact.* & ſi eodem tempore promitterent partem dotium marito, in caſu obitus uxoris, vel filiorum, eorum contractus valeret, & non eſſet contra jura. Si autem eo tempore interponeretur hoc pactum, & poſtea mortua uxore,& relicta filia fieret iſte contractus donationis à dotantibus,de bonis,quæ tunc pertinebant ad filiam, tametſi diſponeretur de patrimonio viventis,contractus eſſet validus,quia in executionem, & conſequentiam prioris contractus. Item ſi ſic contractum fuiſſet, ut maritus promitteret vivente filia reſtituturum ſe integras dotes in caſu mortis filiæ,contractus valeret tanquam factus in executionem prioris contractus capitulorum matrimonialium, juxta limitationem prædicta, *l. fin.C. de pact.* quàm tradidimus *ſupr.n.* 18. Sed in caſu dictæ deciſionis pactum donationis non erat interpoſitum in capitulis matrimonialibus, imò contrarium pactum, ut maritus reſtitueret integras dotes. Poſtea factus eſt novus contractus tempore, quo dominium rerum dotalium non pertinebat ad dotantes, ſed ad filiam ex eo matrimonio ſuſceptam, & de illius patrimonio abſque ejus ſcientia, & voluntate facta eſt patri

do-

donatio eorum bonorum, quæ ad donantes non alio modo poterant pervenire, quam ob mortem filiæ. Ea est ratio (quam non vidit Rovitus) cur primus contractus valuit, & valere potuit, non secundus. Æmulatio excœcavit ejus oculos, nè videret tam patentem rationem.

25 Adjungit in eodem *n.* 13. *vers. Ulterius considerabam*, aliam viam sibi non plenè satisfaciens, & merito, ex tot doctrinis adductis. Videlicet, illud pactum non esse de hæreditate viventis, quia mortua filia in pupillari ætate non fuit in consideratione, quasi non fuisset in mundo; & sic hæreditas erat matris jam mortuæ, cùm factum est secundus contractus, non verò filiæ viventis. Verè ista consideratio movere potest admirationem. Etenim veritas existentiæ filiæ pupillæ, & aditio hæreditatis matris à patre pro filia facta, juxta *l. si infanti* 18. *C. de jur. deliber.* neque potest negari, neque est, aut esse potest Doctor, qui dicat, patrimonium matris mortuę, quæ contraxit juxta consuetudinem Capuanæ, & Nidi, non pertinere ad filiam superstitem jure hæreditario, etenim non ideò est minus domina filia, quòd restitutura sit hæreditatem à matre acceptam dotantibus in casu mortis abintestato sine filiis, *l. non ideò minus 66. ff. de rei vendic.* Quare contractus in vita ejus factus, super bonis ab ipsa possessis, quæ per ejus mortem, ad alium sunt deventura, fiunt super bonis viventis, non super bonis matris mortuę, cujus dispositio, dum filiam reliquit hæredem, non potest stare in suspenso, *l. ult. in fin. ff. commun. præd.* & sic sumus in casu *d. l. ult. C. de pact.*

26 Ad decisionem autem Vincentii de Franch. 92. *n.* 4. & 5. quam Rovitus allegat (nam in altera *decis.* 143. ab ipso allegata nihil reperitur ad hanc materiam pertinens.) Respondetur primò, cùm ibi dicitur, matrimonio contracto juxta usum Capuanæ, & Nidi, *alla nova manera*, mortua primùm matre, & post decedente filia, hæreditate matris adita; succedi matri, & non filiæ, agere de matre, & filia defunctis. In hoc verò casu nos agere de contractu facto in vita filiæ, quæ hæreditatem matris adierat; & sic contractus factus super bonis, aut hæreditate matris adita à filia factus erat de bonis viventis. Ea enim bona tempore, quo filia vivebat, erant sub ejus dominio, & erant ejus patrimonium, *l. 1. §. veteres, ff. de acquirend. possess.* ubi Jason. *ex n. 1. post gloss. & alios, l. sed si plures* 10. *§. filio, ff. de vulgar. & pup. subst. l. paterfamilias* 12. *ff. de privil. cred. §. licèt autem, Inst. quibus ex caus. manumit. non licet, §. 1. Inst. de hæred. qualit. & different.* Et possent apud illam perpetuò manere sine ullo onere restitutionis, si filia superviveret post pupillarem ætatem, aut filios susciperet, aut de illis testaretur. Quare nullo modo potuit tunc dici contrahi super hæreditate matris defuncti.

27 Respondetur secundò, valdè mirandum esse de dicta decisione, qua dictum est, succedi matri, & non filiæ, cùm filia edicta hæreditate decedit post matrem ob verba Consuetudinis nobilium, quam refert Afflict. *dec.* 237. & idem Franch. *dict. dec.* 92. *in princ.* Nullum enim est verbum in dicta Consuetudine, quod id significet, & ex quo id colligi possit. Præsertim cùm idem Franch. *dec.* 640. *n.* 9. dicat, consuetudines ita esse intelligendas, ut jus commune lædant, quantò minus possent, esset verò monstruosa res, si postquam hæreditas semel est adita, hæres desinat esse hæres, contra *l. etsi sine* 8. *§. sed quod Papinianus, ff. de minorib. l. ei qui solvendo* 88. *ff. de hæred. instit.* Peregrin. *de fideicommiss. art.* 5. *n.* 16. & *art.* 11. *n.* 59. Et nulla nova dispositione existente matris prædefunctæ inciperet habere novum hæredem. Multò melius intelligitur succedi filiæ, quæ hæreditatem matris adierat, tanquam gravatę restituere dotantibus bona ex hæreditate matris acquisita, in casu obitus abintestato sine filiis.

28 Nec quidquam valet argumentum, quo utitur Franchis *ubi supr. n.* 5. nempè consuetudinem nobilium æquiparare casum, quòd adita sit, vel non sit adita hæreditas matris. Sed si hæreditas matris non esset adita, succederetur matri. Ergo eodem modo si sit adita hæreditas: *Indignor quandoque bonus dormitat Homerus.* Respon-

den-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

dendum eſt enim, facillimè conſuetudinem nobilium non decidere, cui ſuccedatur, neque ullum verbum continere de ſucceſsione, ſed ſolum de reſtitutione dotium; & nullatenus decidere, quis debeat reſtituere dotes, ſed quibus ſit reſtituenda. Et ſic æquiparat caſum aditæ, vel non aditæ hæreditatis matris, quoad obligationem reſtituendi dotes, ut videlicet in utroque caſu *dotes debeant reſtitui dotantibus*; ſcilicet quando hæreditas non fuerit adita à filio, vel filia, reſtitutio fiat à marito, vel hæredibus mariti, quod relinquitur ſub diſpoſitione juris communis; quando verò hæreditas fuerit adita, reſtitutio fiat ab hęredibus filii, vel filię. Quod evidenter colligitur ex dictis ab Afflict. *d. dec.* 237. *n.* 1. Et quamvis dicatur, mortuis filiis in pupillari ætate conſiderari, ac ſi non fuiſſent in Mundo, intelligitur quoad excluſionem dotantium, aut impediendam reſtitutionem, quæ ipſis debet fieri, non quoad alia. Idque ex eo probatur manifeſtè, quòd ſi filius ille pupillus habuiſſet extra dotes matris alia bona, aut donatione, aut legato, aut hæreditate, extranei quæſita, certè judicaretur, ac ſi fuiſſet in Mundo. Tunc enim in illis bonis extrà dotem pater tanquam proximus agnatus ſuccederet.

29 Adjungo, non conſiſtere turpitudinem contractus in eo, quòd in bonis viventis, de quibus diſponitur, ſuccedendum ſit jure hæreditario; ſed ſat eſt, ut illa bona pertineant ad viventem, & non poſsint pervenire ad illum, qui de eis diſponit, niſi poſt mortem. Nam neque Eccleſię Clericis concedi poſſunt, eo tenore, quòd poſt eorum obitum alii nominatim ſuccedant. Ut in *cap. accepimus* 5. *& ibi gloſſ.* 1. *de pactis, cap.* 2. *&* 3. *de conceſſ. præbend.* & conſiderat Alciat. in *dict. l. fin. n.* 38. *&* 47. *C. de pact.* cum tamen in beneficiis, aut Eccleſiis non ſuccedatur jure hęreditario, *cap. præſentium* 3. *cap. ad extirpandas* 11. *de filiis presbyteror. gloſſ. ult. in d. cap. accepimus.*

30 Tandem ait Rovitus ex alia ratione eſſe caſum illius deciſionis extra caſum, *l. fin. C. de pact.* quia dotes, in quibus ſucceſſerat ob obitum matris D. Joannæ, Franciſca filia, non pertinebant ad ipſam filiam jure perpetui dominii ad hæredes tranſmiſsibilis, ſed per mortem ipſius ſine filiis erant recaſuræ ad D. Catharinam aviam, & D. Fernandum patruum, quo caſu ait, eſt valida diſpoſitio de bonis, quæ poſsidentur à vivente eo ignorante, adjungit exempla de feudis, potuiſſet adjungere de emphyteuſi, & de bonis, in quibus quis habet *ſolum uſumfructum.*

A pertinacibus, & protervis veritas fugit. Dicendum eſt, bona, ſuper quibus factus eſt contractus ille donationis, eo tempore, quo eſt contractum, jure pleni dominii pertinebant ad filiam pupillam, non ad ullum alium; quæ an eſſent tranſmittenda, vel non tranſmittenda ad hæredes ipſius, ignorabatur eo tempore; erant enim revera tranſmiſsibilia, ut potuit non evenire conditio, ſub qua erant reſtituenda, & ſic de illis eo tempore diſponi non poterat ab ullo alio, tanquam de bonis viventis, in qua nullus alius habebat jus, neque habere poterat, *niſi per mortem pupillæ*, quo caſu diſpoſitiones ſuper bonis viventis prohibentur per *dict. l. fin.*

31 Exempla autem feudi, & emphyteuſis, & eorum bonorum, in quo quis habet *ſolum* uſumfructum, ſunt valdè extrà rem; quia in feudis dominus directus habet dominium directum, ob quod poteſt diſponere ignorante, aut invito feudatario, & ſimiliter dominus emphyteuſis, & dominus bonorum, in quibus quis habet uſumfructum, quia diſpoſitio *d. l. fin.* limitanda eſt, ut procedat tantum in bonis viventis, in quibus quis nullum habet jus, præterquàm *quòd poſt mortem alterius* ſucceſſione poſſet acquirere; Secus verò in illis rebus, in quibus etiam vivo altero jus alicui competit: ut latius proſequitur Piſtor *quæſt. jur. lib.* 4. *q.* 1. *n.* 24. *&* 25. ubi adducit etiam exemplum de feudis, & eſt limitatio communis. At in bonis pupillæ ipſa vivente nullus habebat jus aliquod præter illud, quod ſucceſsione poſſet acquirere.

32 Et ne prætermittamus quod attinet ad legata facta fratri, & marito per D. Joannam de Tovar, excedentia quantitatem

tem de qua poterat disponere, quæ ego judicavi diminuenda; & Rovitus, momordit etiam hanc sententię partem, adducens *decis.* 236. Vincentii de Franchis. Dicimus, errasse etiam Rovitum. Nam præterquam quòd controversia in *d. decis.* 236. versabatur, an quando concurrunt legatum speciei cum legato quantitatis, sit facienda diminutio, quæ in casu decisionis Roviti, locum non habet, quia ambo legata erant quantitatis; videbantur ambo æqualiter commendata à testatrice, quia alterum collatum erat in maritum, alterum in fratrem pro eadem ferè verba, neque magis significavit, velle se unum, quàm alterum integrè locum habere. Illa enim verba, quæ significabant deberi D. Ferdinando pro exoneranda conscientia, videbantur adjecta in fraudem dispositionis capitulorum matrimonialium, in quibus solum erat illi reservata facultas disponendi de ducatis duobus mille, & ubi non erat probatio illius obligationis, nihil debebatur, nisi ex legato, argumento *l. qui testamentum* 27. *ff. de probat. & text. in l. qui uxori* 19. *in princ. ff. de auro, & argent. leg.* & ibi notat Bart. (Paulus *in l. si quis testamento* 32. *§. apud Julianum, n.* 4. *ff. de legat.* 1.) Peregrin. *de fideicomm. art.* 4. *n.* 14. Merlinus *de legitima, lib.* 2. *tit.* 1. *q.* 10. *n.* 15. *&* 16. Hodierna *ad l. hac edictali, q.* 37. *ex n.* 14. Dum verò legata excedebant summam, de qua poterat disponere testatrix, & simul se non compatiebantur, erant necessariò diminuenda, & reducenda pro rata ad quantitatem, de qua poterat testari, ex eleganter congestis, & deductis à Castillo *quotid. controv. lib.* 4. *cap.* 51. *ex n.* 20. Surd. *de aliment. tit.* 8. *privileg.* 30. *n.* 1. His probatur justitia primarum sententiarum, & reformationem earum non fuisse justam, in summa prudens consilium, *ne sutor ultra crepidam.*

AD DECISIONEM XCI.

33 OCcurrebat in eo casu difficultas circa explicationem clausulæ indulti generalis, quæ ita habet. *Dummodò pœna, vel mulcta, vel condemnatio realiter exacta incorporata, assignata, acceptata, vel composita non sit; aut aliter Fisco nostro pro ea cautum fuerit.*

34 Rei fuerant condemnati pro certa summa pecuniaria, quæ non fuerat exacta, incorporata, acceptata, vel composita; erant verò capta pignora pro executione sententiæ; & dubitabatur, an in eo casu rei gaudere deberent indulto, quod videbatur. Cùmque primò convenissemus pro causa decidenda, & causa votari cœpta fuisset, proximum fuit, ut rei absolverentur, & declaretur, eos debere gaudere indulto, ut significat Rovitus *n.* 2. *in fin.* Ego verò excitavi difficultatem, quòd viderentur militare contra reos ultima verba prædictæ clausulæ; *aut aliter Fisco nostro pro eo cautum fuerit.* Etenim cùm pro executione sententiæ pignora capta sunt, Fisco videtur aliqualiter cautum esse, quia pignora capiuntur pro securitate executionis, & sic videbantur rei excludendi ab indulto. Visa est difficultas consideratione digna, & Domini reservaverunt in alium diem causæ decisionem. Cùmque alio die 3. Sept. 1630. iterum congregati essemus pro prædictæ causæ decisione, & illo die adducta, & ponderata essent omnia illa, quæ adducit Rovitus, qui narravit rem isteron, proteron. Ego non declaro, qualiter tunc votum meum, protulerim; Sed nunc dico, displicere mihi decisionem, & si casus esset modò definiendus, ego dicerem reos esse absolvendos, & debere gaudere indulto pro illa sententia, pro qua pignora fuerant capta. Quod probo eo fundamento, rei gaudent indulto, quando pœna, in qua sunt condemnati, non est exacta, & incorporata Fisci patrimonio, ut expressè dicitur in dicta clausula in principio. Sed quando Judex capit pignora pro executione sententiæ, pœna nondum est exacta, & incorporata patrimonio Fisci. Ergo reus in casu pignorum captorum debet gaudere indulto. Si enim illa verba: *Aliter pro ea cautum fuerit Fisco*, intelligerentur de cautione pignorum captorum in causam judicati, repugnarent verbis prioribus, *pœna,*

vel

UAB Biblioteca de Ciències Socials

vel condemnatio realiter exacta, & incorporata non sit, quoniam regulariter ante incorporationem, & exactionem præcedit captio pignorum in casum judicati. Quando verò dicantur bona Fisco incorporata, habes apud Farin. *in fragment. criminal. litt. B. n.* 116.

35 Itaque ne usus casus alteri repugnet, ad interpretationem prædictæ clausulæ juxta mentem indulti, Ego distinguo duos diversos casus, quibus excluditur indultum, & in quibus rei eo gaudere non debent. Primus casus est, quando facto Judicis eo deventum est, ut jam reus indulto non gaudeat. Et de hoc casu intelligenda sunt prima verba prædictæ clausulæ, videlicet: *Condemnatio realiter exacta, incorporata, assignata non sit*, non dicit, à quo, sed tu intellige, & supple, *à Judice*: nam hæc omnia fiunt à Judice invito reo, & sine ejus voluntate: Itaque ut facto Judicis, & sine voluntate rei excludatur reus ab indulto, necesse est, ut pœna, vel mulcta sit realiter exacta, incorporata, vel assignata. Et si non eo usque processerint acta Judicis, ut pœnam realiter exegerit, incorporaverit Fisci patrimonio, aut eam illi assignaverit, quantumcumque pignora sint capta in causam judicati; reus gaudebit indulto.

36 Secundus casus est, quando ipse reus suo facto se privavit indulto; & de hoc casu intelligenda, & pro eo accipienda sunt sequentia verba: *Acceptata, vel composita non sit* (scilicet pœna) *aut aliter Fisco nostro pro eo cautum fuerit*; non dicit, *à quo*. Sed intellige, *à reo*, quemadmodum supplendum est in illis præteritis, *Acceptata, vel composita non sit*, scilicet, *á reo*. Et sic exposita clausula nihil habet repugnans, neque absonum.

37 Si reus itaque condemnationem acceptet, non gaudet indulto, veluti si peteret terminum ad solvendam pœnam, quia tunc intelligitur acquiescere condemnationi, *l. ad solutionem 5. C. de re judic.* dixi *suprà* 1. *tom. tit.* 1. *disp.* 2. *num.* 374. aut si se componat cum Fisco, & transigat pœnam, vel si se obliget ad solvendam pœnam, vel præstet fidejussores, aut tradat pignora pro securitate Fisci; quod significatur per illa ultima verba: *Aut sit pro ea Fisco nostro aliter cautum*. Et in iis omnibus intervenire debet voluntas rei condemnati: etenim verbum, *Cavere, & cautio*, nudam repromissionem significat, à voluntate promittentis ortam, *l. sancimus 3. C. de verbor. signific. l. si ut certo, §. idemque ait, ff. commodat. l. Mæuta 50. in princ. ff. solut. matrim. l. Titia 134. §. idem respondit, el 2. ff. de verbor. obligat.* Notat Alciatus in *l. qui pecuniam 30. n. 15. ff. si cert. petat.* Calvinus *in lexico, verb. Cautionis, ex Prætejo, & Brissonio*, nisi adjungatur verbum *Idoneè*, vel *rectè*, vel *satisdato*, vel *cum satisdatione*, vel *eum fidejussoribus, aut pignoribus*. Tunc enim non sufficiet nuda repromissio, sed necessarium erit adjungere fidejussorem, vel pignora, *l. 1. §. jubet, ff. de collat. bon. l. 2. ff. de fideicommiss. libert. l. si mandato 59. §. ultim. ff. mand. gloss. in l. si debitori 21. verb. Competenti, ff. de judic.* Barbosa in *l. si constante 25. in princip. n. 20. ff. solut. matrim.* Gayl. *observ. practic. lib. 1. observ. 26. n. 6.* Viv. *dec.* 137. Itaque in hoc secundo casu opus est, ut interveniat voluntas rei; ut privetur indulti gratia. Et sic ego interpretor prædictam clausulam, quidquid aggreget in sua decisione Rovitus, qui non satisfacit difficultati repugnantiæ prædictæ clausulæ. Neapoli Sept. 8. die 1639.

DEO GRATIÆ, LAUS, HONOR, ET GLORIA.

INDEX LOCUPLETISSIMUS

OMNIUM RERUM, VERBORUM, AC SENTENTIARUM, QUÆ IN HOC POSTERIORI TOMO DE JUDICIIS CONTINENTUR.

Littera t. *denotat titulum*, d. *disputationem*, s. *sectionem*, n. *numerum.*

A

Absens.

Absentem, & contra non auditum quando possit pronunciari sententia, & executioni demandari. Vide verb. *Frumentaria de ratione.*

Absolutio.

Absolutio, seu relaxatio juramenti quid operetur contra contractum, *tit.* 3. *disp.* 14. *n.* 16.

Impetratur ad finem agendi, *ibid.*

Accessorium.

Accessorium sequitur naturam principalis, *tit.* 3. *d.* 4. *num.* 20.

Accidens.

Accidens non potest esse sine substantia, *tit.* 2. *d.* 1. *num.* 18. & *d.* 4. *num.* 20. & *tit.* 3. *d.* 23. *num.* 64.

Accusatio.

Accusatoris jus fortius est quàm Judicis respectu rei accusati, *tit.* 2. *d.* 2. *num.* 26.

Accusatio si sit instituenda pro delictis, pro quibus potest fieri accusatio post mortem, est offerendus libellus hæredi, *tit.* 2. *d.* 3. *num.* 5.

Accusator illegitimus potest repelli ab accusando per Judicem ex officio, etiam parte non opponente, *tit.* 2. *d.* 4. *num.* 23.

Accusare mulier prohibetur, nisi suam, vel suorum persequatur injuriam, etiam cum accusat uti mater debet qualitatem maternitatis probare, aliàs repellitur, *ibid. n.* 23. & *n.* 24.

Accusare an aliquis possit in Regno Neapolitano, nisi persequatur suam, vel suorum injuriam aut proprium interesse, *ibid. num.* 25.

Accusatus quando possit suum accusatorem reaccusare, *tit.* 2. *d.* 6. *num.* 11.

Accusato reo de duobus criminibus, majori scilicèt, & minori, an, & quando majus superfederi faciat in minori, *ibid. num.* 12.

Et quid cum plura delicta oriantur ex eodem, vel diversis factis, & accusationes de diversis criminibus proponantur ab eodem, vel diversis accusatoribus, an super utraque sit simul agendum, *ibid.*

Accusatus criminaliter dum tractatur causa criminalis non potest convenire, aut reconvenire civiliter suum accusatorem, ne accusato distrahatur à prosecutione Judici criminalis propter litem civilem, *ibidem num.* 16. sed vide *ibidem numer.* 21.

Sed an accusatus possit reconvenire civiliter, vel criminaliter suum accusatorem, ne à suis defensionibus avocetur, *ibid. num.* 17. & 18.

Accusationi prosequendæ attendere, & simul defensionibus suis in causa civili accusatorem non posse, est præsumptio legis, *ibidem num.* 16.

Accusator quando dicatur nimium se arctasse, & fuisse negligens in proponenda accusatione, *ibid. à num.* 27.

Et dilatio in accusando imputari non debet, si sine sua culpa accidit, in proponendo accusationem, *ibid. num.* 31.

Accusator si non dolo, & culpa distulit accusationem, audiendus erit, *ibi. num.* 31.

Accusatio quando proponi debeat adversus agentem civiliter, ad finem ut differatur executio, donec fuerit cognitum, & judicatum de crimine, *ibid. num* 28. & 29.

Accusatio falsitatis testium, tam in causa civili, quàm in criminali, an tunc efficiet, ut in actionibus, & accusationibus prioribus supersedeatur, cum accusatio proponitur tàm adversus testes, aut instrumenta, quàm contra actorem, seu producentem, secus si proponatur solum contra testes, vel notarium, *ibid. à num.* 32.

Et quid cùm Judex adversus reum procedit criminaliter via inquisitionis, & quare, *ibid. num.* 34.

Non tamen supersedebitur, si per alios testes, aut instrumenta, quàm quæ redarguantur remaneret probata actoris intentio, *ibidem num.* 35.

Accusatio criminalis, vide verb. *Actio*; & verb. *Causa.*

Acta.

Actorum nomine continentur scripturæ omnes factæ ab Actuariis de quocunque facto in Judicis præsentia, etiam si non fiat in figura Judicii, *tit.* 2. *d.* 2 *num.* 20.

Actorum unio quibus ex causa minus recte committatur videnda Magistris actorum, reprobata praxi D. Præsidis S. C. Regni Neapolitani, qua solet interloqui, *videant Magistri actorum Hebdomadarii*, *ibid. num.* 21.

Acta unius judicii in alio fidem non faciunt, & cum uniuntur, facta unione reproduci debent

bent per eum, cujus intereſt, *ibid. num.* 24.
Si tamen non procedatur ſpretis juris ſolemnitatibus, & ſola facti veritate inſpecta, prout in Regnis Caſtellæ, & Neapolis, *ibid. n.* 25.
Acta facta à Judice recuſato an, & quando ſint nulla, *tit.* 2. *d.* 5. *num.* 11.
Actorum cumulatio, & unio, vide verb. *Cumulatio actorum.*

Actio, Agere.

Actionem civilem oriri ex judicio criminali an ſit inconveniens, & an oriatur criminalis, *tit.* 2. *d.* 1. *num.* 7. *&* 8.
Actio nova reſultat in omnibus judiciis ex quaſi contractu, qui in judicio celebratur, *ibidem num.* 8.
Actio pro maleficio, præſertim ubi delictum eſt privatum oritur in favorem partis offenſæ, non ſolum pro reſtauratione damni, & intereſſe, ſed etiam pro pœna, quam ipſi patri leges applicandum ſtatuunt, *ibid. n.* 13.
Declara, ut *num.* 19.
Sapit tamen civilitatem, eſtque perſonalis, non realis, *ibid.*
Actio revocatoria eſt actio ſubſidiaria, *ibidem num.* 16.
Actiones pœnales non tranſeunt ad hæredes, *ibid. num.* 17.
Actiones directæ remanent pœnes cedentem, nec poteſt quis eas à ſe avellere, & à ſuis oſſibus ſeparare, *tit.* 2. *d.* 4. *num.* 13.
Directas, an utiles exerceat ceſsionarius conſtitutus procurator in rem propriam, quo ſigno cognoſcatur, *ibid. num.* 14.
Directæ transferuntur in ceſsionarium per mandatum in rem propriam, *ibidem numer.* 16. 16. *&* *num.* 28.
Actionem cedere an ſit idem quod facere mandatum in rem propriam, eoſdemque habeat effectus, *ibid. à num.* 15.
Agens via executiva debet ab initio, & ante omnia producere inſtrumenta omnia, quorum virtute vult executionem obtinere, debetque juſtificare viam executivam, non ſolum ex parte ſua, ſed etiam ex parte rei, oſtendendo, illum eſſe hæredem, vel fidejuſſorem, ac talem qualem afferit, non ſic agens via ordinaria, & quæ ſit ratio differentiæ, *ibid. num.* 21.
Agens nomine proprio in Regno Neapolitano non tenetur oſtendere qualitatem requiſitam ad agendum ante litis conteſtationem, ſed in proceſſu uſque ad diffinitivam, & exceptio contra objecta reſervatur ad merita cauſæ, *ibid. num.* 26.
Idem eſt de jure Caſtellæ, *ibid.*
Secus cùm quis agit nomine alieno, *ibid. n.* 27.
Actione perempta agere, vel ſine actione agere idem eſt, *tit.* 2. *d.* 5. *num.* 27.
Agere, & experiri ſine actione in judicio nemo eſt permittendus, *ibid.*
Actionis civilis, & criminalis in concurſu, an, & quando una alteri præjudicet, quæque ſit priùs exercenda, aut expedienda, *tit.* 2. *d.* 6. *num.* 1.
Actio civilis, & criminalis cum ex eodem facto oritur in favorem unius, an, & quando poſsit actor eligere ab initio, qua agere velit, non utraque uti, nec una electa alteram cumulare durante primo judicio, *ibid. n.* 2.
Poteſt tamen finito primo judicio civili, vel criminali, quod omiſit intentare, ut per exempla, & quando dicatur judicium finitum, *ibidem num.* 3.
Actione civili propoſita ſi reus proponat principaliter contra actorem accuſationem criminalem, an, & quando ſuperſedendum ſit in cauſa civili priùs cœpta, quouſque judicium criminale finiatur, & quare ſuperſedeatur, *ibid. num.* 4.
Ampliat. à *num.* 5. & limitat. à *num.* 19.
Agenti ex inſtrumento donationis, vel ex teſtamento ſi opponatur de falſitate teſtamenti, vel inſtrumenti donationis, cauſa falſitatis erit præjudicialis, & ob id prius tractanda, *ibid. num.* 7.
Actiones, & exceptiones præjudiciales in Regno Neapolitano non habent effectum ſuſpenſivum curſus cauſarum priùs motarum, & quare, *ibid. num.* 40.
Actionum de præſcriptione ubi agatur, & qui ſcribant, *tit.* 3. *d.* 4. *num.* 1.
Actio non tollitur præſcripta via executiva, ibidem num. 3.
Actio perſonalis quanto tempore præſcribatur de jure Caſtellæ, quanto actio realis, & quanto actio mixta, perſonalis, *ſ.* & realis, *ibid. num* 7. 9. *&* *ſeqq.* *&* *num.* 11.
Actioni pro annua præſtatione quanto tempore præſcribatur, *ibid. num.* 17.
Et vide verb. *Præſcriptionis tempus.*
Quando quoad eam incipiat currere præſcriptio, *ibid. num.* 18. *&* 19.
Actiones ex contractu dotali præſcriptio non incipit conſtante matrimonio, & donec ex ea efficaciter agi non poteſt, *ibid. n.* 18.
Actio ubi perimitur, perire quoque debet, & perimi modus agendi, *ibid. n.* 20.
Actio quomodo perpetuetur, ejuſque perpetuatio quomodo differat ab interruptione præſcriptionis, *ibid. num.* 21.
Effectus perpetuationis quis ſit, *ibid.*
Actionis ordinariæ præſcriptio duobus modis interrumpitur, civiliter, & naturaliter, explicaturque interruptio civilis, & naturalis, *ibid. num.* 22.
Actiones perpetuantur per litis conteſtationem, &

UAB Biblioteca de Ciències Socials

& earum vita extenditur uſque ad 40.annos, *ibid. num.* 27. & *num.* 32.

Actiones omnes à defuncto tranſeunt in hæredes, & contra hæredes, ideſt, tàm activè, quàm paſsivè, *tit.*3.*d.*9. *num.* 2.

Actiones perſonales non tranſeunt in ſingulares ſucceſſores, *tit.* 3. *d.* 11. *num.* 1.

Actiones hæredis contra defunctum, quo alioquin confunderentur, non confunduntur facto inventario, ſed manent ſalvæ contra hæreditatem, ac ſi hæreditas adita non eſſet,& quare, *tit.* 3 *d.* 13. *num.* 1. & *num.* 7.

Actio, & paſsio non ſunt in eodem ſubjecto compatibiles, & quare, *ibid.* & *tit.* 3. *d.*35. *num.* 27.

Actio eſt jus perſequendi in judicio, quod ſibi debetur, *ibid. num.* 31.

Differt ab annuo reditu, & quomodo, *ibid.*

Actiones directæ à creditore quæſitæ ſic adhærent, & infixæ ſunt oſsibus ipſius, ut nullo modo ab eo avelli poſsint, *tit.*3.*d.*26.*n.*1.

Actio ubi non eſt, non eſt obligatio, & quare, *ibid. num.* 2.

Actiones utiles qui habet ex ceſsione præfertur cedenti habenti directas, *ibid. num.* 8.

Actio eadem quando poſsit duobus cedi,& quis ceſsionarius ſit præferendus, *tit.* 3. *d.* 33. *num.* 5.

Et vide verb. *Ceſsio.*

Actionem qui habet ad rem recuperandam, ipſam rem habere videtur, *tit.* 3.*d.*35.*n.* 20.

Actio,quæ ceditur,non poteſt aliter cenſeri cum ceſsionario, quàm cum cedente cenſeretur, *ibid. num.* 22.

Actio ad cenſum, vide verb. *Cenſus.*

Actio civilis, vel criminalis, vide verb.*Cauſa.*

Actionum cumulatio,vide verb. *Cumulatio Actionum.*

Actio funeraria, vide verb. *Funeraria actio.*

Actio hypothecaria, vide verb. *Hypothecaria Actio.*

Actio nova, vide verb. *Novatio*, verb. *Quaſi contractus.*

Actiones cedere, vide verb. *Creditor*, verbo *Procurator.*

Actor.

Actoris perſona legitimanda eſt in omni judicio, & quid importet legitimatio, ac quare fieri debeat, *tit.* 2. *d.* 4. *num.* 1.

Qua litis in parte legitimari debeat, *ibidem à num.* 2. & *à num.* 11. Ubi quòd in hoc differt, an quis nomine proprio agat, quo caſu ſat eſt, ſi legitimetur ante ſententiam.

Quamvis agens nomine proprio ſit ceſsionarius, *ibidem numer.* 12. & *num.* 28. & verb. *Ceſsionarius.*

In executivis eſt ligitimanda ab initio, & quare, *ibid. num.* 21.

Et quando quis admitti non poſsit, niſi prius oſtendat ſe talem qualem ſe aſſerit, *ibidem num.* 22.

Actor ſi in primo libello faciat mentionem inſtrumenti, an, & quando petente reo compellatur illud oſtendere ante litis conteſtationem, vel ſufficiat, quòd illud producat in termino probatorio, & ante ſententiam, *ibid. num.* 17. 18. 19. & 20.

Actoris nomine alieno tanquam procuratoris alterius, tutoris, vel curatoris perſona initio litis legitimanda eſt, alioqui obſtabit ei exceptio, *Tua non intereſt*, & poteſt repelli à Judice ex officio tanquam actione carens, *ibid. num.* 27.

Etiam ſi pars non opponat, & quare, *ibid.*

Actor cujus in agendo obſervat arbitrium, eum habere, & contra ſe Judicem in eodem negotio dedignari non debet, *tit.* 2. *d.*7. *n.*11.

Actoris, & rei in judicio par eſt, & æqualis favor, nec debent in uno, & eodem judicio ad imparia judicari, *tit.* 2. *d.*8. *num.* 17.

Quod quando procedat, & quando ſecùs, explicatur, *ibid. num.* 24.

Actor invito reo non poteſt à cauſa deſiſtere,*tit.* 3. *d.* 14. *num.* 6.

Actor qua litis in parte inſtrumenta exhibere, & edere teneatur, vide verb. *Inſtrumenta.*

Actuarius.

Actuarii S.C. qua fraude cauſas aliis Actuariis, Judicibus, & Rotis auferant, notatur,*tit.* 2. *d.* 2. *num.* 22.

Actuarius pro unione an ſportulas exigere poſsit,& qualiter cogatur tranſmittere acta originalia apud alium tabellionem, *ibid.n.* 23.

Actuariorum duorum qui contendant ſuper unione actorum, quòd unus accuſationem receperit, alter cœpit actitare, uter obtineat, *ibid. num.* 26.

Actus.

Actus omnis non ritè factus, cenſetur non factus, *tit.* 2. *d.*5. *num.*28.

Actus quando dicatur ſumere initium à conditione, & quando à diſpoſitione, *tit.* 3. *d.*3. *num.* 24.

Actus ſubſtineri debet quo melius poſsit, *tit.*3. *d.*8. *ſ.* 6. *num.*76.

Actus retrotrahi non poteſt in præjudicium ejus,cui mutato rei ſtatu interim eſt jus quæſitum, *tit.* 3.*d.*23. *num.* 15. Et vide verb. *Conditio.*

Aditio.

Additio Molinæ *de primog. lib.*4. *cap.*9.*à num.* 40. *ad* 43. arguitur, quod deviarit à terminis Juriſconſultorum, dum exceptiones anomalas, ſ. tranſactionis, & rei judicatæ vocavit dilatorias, *titul.* 2. *diſput.* 5. *numer.* 23.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Adimere.

Adimere qui potuit, & non ademit, ſua ſponte dediſſe videtur, *tit. 3. d. 25. num. 26.*

Adjudicatio.

Adjudicatio bonorum debitoris facta creditori, revocari non poteſt, *tit. 3. d. 24. num. 2.*

Si ſit facta pro certo pretio eſt adinſtar venditionis, & retractari non poteſt, *ibid.*

Adminiſtrator.

Adminiſtratores ex mala adminiſtratione obligantur ex quaſi contractu, ac proinde reſultat etiam in favorem minoris, vel Univerſitatis actio conditionis indebiti, cujus vi poſſunt recuperare pecuniam ſuam malè expenſam, *tit. 3. d. 6. num. 11.*

Contra quem tamen competat, & quæ actio, *ibid. & num. 13. & 17.*

Adminiſtrationis malæ pœna, vide verb. *Pœna malæ adminiſtrationis.*

Adminiſtratum benè, vel malè reſultare unde debeat, *ibid. num. 16.*

Adminiſtrator ſi in reditione rationum adminiſtrationis relinquatur confirmato calculo per ſententiam Judicis, exequitur appellatione non obſtante, *ibidem.*

Contra eum non debet concedi executio pro ſingulis partitis, *ibid. num. 16.*

Adquirere.

Adquirere idem eſt, quod lucrari, *tit. 3. d. 34. num. 22.*

Adquirere eſt dominium rerum nanciſci, *ibid.*

Adventitium.

Adventitiorum bonorum alienatio, vide verb. *Alienatio.*

Advocatus

Advocati in Curiis civitatis Neapolit. calumniis notantur Superiorum favoribus, *tit. 2. d. 2. num. 22.*

Advocatorum ſalarium, vide verb. *Salarium.*

Æmulatio.

Æmulatio excæcat, facit de albo nigrum, & ex recto obliquum, in Apolog. *num. 19. & num. 24.*

Æqualitas

Æqualitas ut ſervetur inter plures, debent ſubintelligi etiam ea, quæ expreſſa non ſunt, & quare, *tit. 2. d. 3. num. 26.*

Affectus.

Affectus, & æmulatio excæcat, facit de albo nigrum, & ex recto obliquum, in Apolog. *num. 19.*

Affirmativa.

Affirmativa an, & quando includat ſub ſe negativam, *tit. 2. d. 3. num. 38.*

Albedo.

Albedo cum ſit id, quo formaliter cætera reddantur alba, ipſa alba eſſe non poteſt, *tit. 3. diſp. 2. num. 2.*

Alienatio.

Alienatio in omnibus caſibus, in quibus fit præcedente decreto, & authoritate *Prætoris*, regulariter requiritur ſubhaſtatio, *tit. 3. d. 1. num. 9.*

Alienatio neceſſaria, an contineatur in generali prohibitione de non alienando, *tit. 3. d. 1. numer. 20.*

Alienatio quando dicatur facta in fraudem executionis, *tit. 3. d. 11. num. 2.*

Facta contra pactum eſt nulla, & res alienata non cenſentur exiiſſe á patrimonio debitoris, *ibid. num. 3.*

Et an tunc ultra pactum de non alienando requiratur hypotheca ſpecialis, vel ſufficiat generalis, *ibid. & num. 4.*

Alienatio bonorum adventicorum in quibus pater habet uſumfructum prohibetur filio, non ſolum favore filii, ſed etiam favore patris, *tit. 3. d. 20. num. 6.*

Alienationis ſpecies eſt obligatio pignoris, *tit. 3. d. 23. num. 8.*

Alienationi rei per conditionale fideicommiſſum ſibi relictæ aſſentiens non præjudicat ſibi eveniente conditione fideicommiſsi, quin rem petere poſsit, *ibid. num. 46.*

Alienatio bonorum antiquorum in fraudem legitimæ ſucceſsionis de jure conſuetudinario Neapol. revocatur, *tit. 3. d. 25. num. 23.*

Et quando dicatur facta in fraudem, *ibid.*

Alienatio rei litigioſæ; vide verb. *Litigioſæ rei alienatio*, verb. *Sententia.*

Alimenta.

Alimentorum à decretis affirmativis non appellatur, poteſt tamen appellari à negativis, *tit. 2. d. 8. num. 21.*

Alimentorum taxatio non fit habito reſpectu ad præciſam neceſsitatem alendi, & quemadmodum fiat, *tit. 3. d. 8. ſ. 3. num. 26.*

Alimentorum jus, quod habet filius, exequi non poteſt pro condemnatione, aut obligatione filii, neque quod habet pater contra filium, *tit. 3. d. 20. num. 1 & num. 4.*

Neque poteſt capi jure pignoris in executionem judicati, aut obligationis guarentigiæ, *ibidem.*

Cedi non poteſt, neque in alium transferri, *ibid.* & vide verb. *Patronus.*

Alimentorum legatum relictum damnato non tranſit in Fiſcum facta publicatione bonorum, *ibidem.*

Neque actiones competentes pro illis, *ibid.*

Legari poſſunt etiam damnatis, *ibid.*

Quia legatum hoc cohæret perſonæ, capitis diminutione non extinguitur, *ibid.*

Jus alimentorum non tranſmittitur in hæredem, & finitur morte ejus, cui alimenta debentur, *ibidem.*

Jus

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Jus alimentorum paſsivum, vide verb. *Jus alendi.*
Alimenta præterita filio debita poſſunt exequi pro condemnatione filii, & ejus obligatione, *ibid. num. 7.*
Hæc in alium transferri, & cedi poſſunt, & tranſmittuntur ad hæredes, *ibid.*
Alimentis conſervatur vita hominis, & ex conſequenti ejus patrimonium, *tit. 3. diſp. 29. num. 5.*
Alimenta qui dat animali, ut equo, aut bovi præferri debet omnibus creditoribus in eorum pretio, eaque, ratione hypothecæ in illis contractæ poteſt retinere, *ibid. n. 6.*
Pro alimentis datis carcerato poteſt retineri à cuſtode carcerum, *ibid. num. 7.*
Alere vivum, aut ſuſtentare non minus pium eſt, quàm medicare ægrotum, aut funerare defunctum, *ibid.*
Alimenta data in computatione patrimonii debent deduci tanquam expenſæ neceſſariæ, ut tantò minus cenſeatur eſſe in patrimonio, quantum in ipſis eſſet expendendum, *ibid. numer. 9.*
Alimenta ſubminiſtranda ſunt debitori ſequeſtratis ejus bonis ad inſtantiam creditorum, dum durat ſequeſtrum, fiunt ſubhaſtationes, donec perficiatur venditio, & ſpolietur poſſeſsione, *ibid. num. 10.*
Alimenta comprehendunt etiam ſalaria famulorum, & qui tenetur aliquem alere, tenetur præbere famulo, qui illi famulentur, & neceſſaria ſervitia impendant, *ibid. n. 14.*
Eorum appellatio continet omnia ea, quæ ad vitam hominis ſunt neceſſaria, & ſine quibus neque ſubſiſtere poteſt, neque vitam colere, *ibidem.*
Eorum appellatione continetur habitatio, & qui alimenta debet, debet præbere habitationem, *ibid. num. 19.*
Alere dominum qui tenetur, tenetur etiam alere ſervitorem, *ibid. num. 15.*
Alimentorum debitum eſt debitum ex habitatione domus locatæ, *ibid. num. 19.*
Alimenta, vide verb. *Maritus*, verb. *Vidua.*
Alimentorum ex cauſa creditor, vide verb. *Creditor ex cauſa alimentorum.*

Alternativa.

Alternativa, vide verb. *Debitoris an, & quando ſit electio.*

Amiſsio.

Amiſsio fructuum, vide verb. *Fructuum Amiſsio.*

Andreas.

D. Andreas Marchetius, Regius Conſiliarius, laudatur, *tit. 3. d. 35. num. 39.*

Annua præſtatio.

Annuis præſtationibus, ut præſcribatur quoad ſubſtantiam actionis, ita ut deinceps pro illis non ſolum via executiva, ſed neque ordinaria agi poſsit, quo tempore opus ſit, *titul. d. 4. num. 20.*
Annuæ præſtationi quanto tempore præſcribatur, vide verb. *Actioni pro annua*, verb. *Jure exequendi inſtrument.* verb. *Viæ executivæ.*

Annui reditus.

Annui reditus, vide verb. *Cenſus*, verb. *Creditor*, verb. *Reditus annui.*

Animalia.

Animalia propter alimenta ſunt hypothecata, & retineri poſſunt, *tit. 3. d. 29. num. 6.*

Antephatum.

Antephatum, ex eo nullum debetur intereſſe, *tit. 3. d. 8. ſ. 4. num. 37.*

Antiquum.

Antiqua quomodo probentur, & quæ probatio ſufficiat, *tit. 2. d. 3. num. 9.*
Antiquum quid dicatur, *ibid. num. 10.*
Antiquum vocatur quod excedit vivorum hominum memoriam, *ibid.*

Antoninus.

Antonini Caracallæ Imperium quo tempore cœperit, & quouſque duraverit, *tit. 3. d. 34. n. 14.*

Antonius.

Doctor Antonius Bonal Regius Conſiliarius ſupremi Conſilii Regii Patrimonii laudatur. *tit. 3. d. 11. num. 6.*

Appellatio.

Appellabile redditur caput inappellabile ob mixtionem cum cauſa appellabili, *tit. 2. d. 8. num. 15.*
Appellatio admittitur, & ſuſpendit decreta M. C. V. affirmativa in cauſis criminalibus, ſecus *in civilibus*, *tit. 2. d. 8. n 14.*
Etiamſi decreta criminalia, ſeu ſententiæ ſint latæ per S. C. dummodò procedat ſine delegatione, & gravamen ſit irreparabile, *ibid. num. 32.*
Appellatio quando denegatur à decretis affirmativis cenſetur permiſſa à negativis, & quare, *ibid. num. 21.* Et vide verb. *Alimentorum à decretis.*
Appellatio ubi eſt permiſi, illa cenſetur impedire executionem, alioquin futura eſſet fruſtratoria, *ibid. num. 31.*
Appellare non licet à ſententiis Principis, aut Senatus, *ibid. num. 32.*
Appellatio non datur à decreto Delegati, qui procedit nomine Regio, *ibid. & num. 34.* ubi ratio.
Appellatio non impedit executionem ſententiæ, cùm delegatio eſt facta cum clauſula: *Appellatione remota*, *ibid. num. 35.*
Appellatio an, & quando admittatur à pronunciatione liquidationis quantitatis, & intereſſe illiquidi contenti in inſtrumento, vel ſententia habentibus paratam executionem, *t. 3. d. 3. num. 44.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Non tamen interponitur à pronunciatione ſuper executione, *ibid. num.* 45.
Appellatio poteſt interponi ſi Judex declaret appellationem deſertam ab iſta ſententia declaratoria, *ibid. num.* 47.
An tamen ſit neceſſaria iſta declaratio ad exequendam ſententiam, vel poſsit Judex declaratione non facta ſententia exequi, *ibid.*
Et vide verb. *Executio ſententiæ.*
Appellatio impedit executionem ſententiæ indiſtinctè, ſive requirat, ſive non requirat altiorem indaginem, *tit.* 3. *d.* 16. *num.* 41.
Appellatio, vide verb. *Cauſæ duæ quando complicatæ ſunt.*
Appellatio, vide verb. *Frumentaria de ratione*, verb. *Liberantia*, verb. *Mandatum*, verb. *Pragmatica*, verb. *Significatoria.*
Appellatio quando admittatur in ſententiis in judicio aſsiſtentiæ, vide verb. *Sententia affirmativa.*
Appellatione remota clauſula, vide verb. *Clauſula.*

Apoca.

Apocæ bancales adæquantur inſtrumentis liquidabilibus, *tit.* 2. *d.* 8. *num.* 28.
In earum executionem proceditur adinſtar inſtrumentorum liquidatorum via Ritus, *ibid.*
Apoca privata quibus modis recognoſci poſsit, remiſsivè, *tit.* 3. *d.* 6. *num.* 22.
Apocæ bancariæ ſi à Banco, cui diriguntur non ſolvantur, habent executionem paratam contra ſcribentem, *ibid. num.* 39.
In eis proceditur quemadmodum in liquidatione inſtrumenti publici via Ritus, dummodò ſint recognitæ à ſcribente, vel legitimè probatæ, *ibid.*

Arbiter.

Arbitrorum ſententia de jure Caſtellæ habet executionem paratam, *tit.* 2. *d.* 8. *num.* 2.
Executioni tamen mandata ſi revocetur, & à tali revocatoria ſuppliciter, non exequitur ſecunda, donec alia ſententia in gradu reviſionis proferatur, *ibid. n.* 20.

Arbitrium.

Arbitrium conceſſum electoribus, aut votantibus in Eccleſia, Collegio, vel Habitu, & Judicibus circa probationes non eſt liberum, ſed regulatum juxta leges, *tit.* 2. *d.* 3. *n.* 27.
Et vide verb. *Probationes.*

Argumentum.

Argumentum ex contractum ad quaſi contractum an, & quo caſu valeat, *tit.* 2. *d.* 1. *num.* 3. *& num.* 4.
Vide verb. *Contractus.*
Argumentum à contrario ſenſu quoad alterius juris correctionem nullam vim habat, *tit.* 3. *d.* 3. *num.* 10.
Argumentum à Fiſco ad Eccleſiam, & Rempublicam, & ex aliis ad alia ſumitur, *tit.* 3. *d.* 6. *numer.* 20.
Argentum in exorbitantibus non ſumitur, ut extendatur diſpoſitio de uno caſu ad alterum propter identitatem rationis, *tit.* 3. *diſp.* 6. *numer.* 17.
Non rectè ſumitur à remedio reſtitutionis, aut querelæ ad remedium nullitatis, ut quod diſponitur in primis, cenſeatur diſpoſitum in poſtremo, *ibid.*
Argumentum ſumitur ab affirmatione unius ad affirmationem alterius, & à negatione unius ad negationem alterius, *tit.* 3. *diſp.* 22. *n.* 9.
De emphyteuſi ad feudum valet, *tit.* 3. *diſp.* 23. *numer.* 29.
Argumentum ab exceptione ad regulam validum eſt, *tit.* 3. *d.* 24. *num.* 14.
Valet regulariter de foro interno ad externum, *tit.* 3. *d.* 25. *num.* 16.
Argumentum à contrario ſenſu in jure validum eſt, *tit.* 3. *d.* 26. *num.* 11.

Aſſecuratio.

Aſſecurationis contractus eſt licitus, *tit.* 3. *d.* 7. *num.* 19.
Aſſecurationis fructuum contractus valet, *tit.* 3. *d.* 8. *ſ.* 5. *num.* 55.

Aſſenſus.

Aſſenſum, & conſenſum ſi monitus recuſet præſtare qui tenetur, Judex ſupplet præſtando aſſenſum actui, illum habendo pro præſtito, & ſine ulteriori aſſenſu perficere diſpoſitionem, quæ requirit aſſenſum, *tit.* 3. *diſput.* 3. *numer.* 31.
Et vide verb. *Conſenſus ſubditi quoties opus eſt.*
Aſſenſus eſt diſpenſatio, privilegium, & gratia, *tit.* 3. *d.* 23. *num.* 9.
Eſt ſubreptitius ſi in ejus impetratione non fiat vera narratio, *ibid.*
Effectu caret niſi preces veritate nitantur, *ibid.*
Præſertim ſi in eo adſit clauſula: *Veris exiſtentibus prænarratis*, *ibid. & num.* 10.
Quæ tacitè intelligitur etiamſi non eſſet expreſſa, *ibid. num.* 10.
Aſſenſus ubi efficiat non eſt, nulla eſt hypotheca contra ſuper feudo, *ibid.*
Clauſula: *Reſervato aſſenſu*, quid efficiat, *ibidem num.* 21.
Aſſenſus impetratus tempore, quo reperitur facta revocatio virtute *Conſtitutionis Conſtitutionem divæ memoriæ*, actus geſti contra illum non poteſt retrotrahi, aut effectum operari, in præjudicium revocationis jam factæ, *ibid. num.* 18.
Impetratus poſtquam feudum eſt validè alienatum in tertium, ve mortuo venditore tranſiit in filium, vel agnatum. Vide verb. *Feudi obligatio*, & verb. *Feudi venditor.*
Aſſenſus an retrotrahi debeat ad tempus obli-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

gationis feudi pro evictione rei venditæ, *ibidem à num.* 20.
Contractus factus sub conditione assensus futuri quare non retrotrahatur, *ibid. n.* 21.
Et an tunc sit locus retrotractioni, cùm contractus est factus sub conditione assensus futuri, vel eo reservato, *ibid. num.* 24.
Assensus in tertii præjudicium nunquam retrotrahitur, *ibid.*
Præstitus hypothecæ feudi simpliciter, non explicato, neque expresso casu devolutionis citra voluntatem vassalli, seu involuntariæ, an censeatur præstitus, ut hypotheca duret in casu devolutionis, & ipse maneat obligatus ad debita vassalli, *ibid. à num.* 37.
Assensus est stricti juris, utpote gratia, & privilegium, & strictè interpretandus, *ibid. n.* 40. *& num.* 64.
Non extenditur de tempore ad tempus, de loco ad locum, de parte ad totum, de persona ad personam, nec de casu ad casum, *ibid.*
Omissum quicquid in eo est non subintelligitur, sed relinquitur sub dispositione juris communis, *ibid.*
Et quare, *ibid. num.* 42.
Assensus domini in feudorum obligatione requiritur, ut actus valeat, & ut opus suum remittat, *ibid. numer.* 42. & vide verb. *Feudi dominus.*
Assensus operatur, ut valeat contractus quantum valere posset, si posset fieri sine assensu, *ibid. num.* 45.
In eo subintelligitur clausula: *Rebus in eodem statu manentibus*, *ibid. num.* 48.
Assentiens alienationi rei per fideicommissum conditionali sibi relictæ. Vide verb. *Alienatio.*
Assensus est interpretandus eo modo, quo valere potest, & non ut præjudicet Fisco in casu devolutionis, *ibid. num.* 49.
Quando assensus domini requiratur solum, ut valeat hypotheca in præjudicium domini, *ibid. num.* 54.
Hodie requiritur, ut hypotheca valeat etiam in præjudicium domini utilis, & directi, *ibid.*
Debet operari aliquem effectum, *ibid.*
Assensus præstitus hypothecæ non simpliciter, sed limitatè sub pactis, & clausulis: *dummodo habeat successores, natura feudi in aliquo non mutata, juribus Regiæ Curiæ semper salvis*, an comprehendat casum devolutionis, vel illum censeatur excipere, ut hypotheca feudo devoluto duret, vel ne, & dominus assentiens teneatur, vel ne habere ratum factum feudatarii, & solvere illius creditoribus, *ibid. num.* 37. *& à num.* 56.
Assensum qui petit claris, & expressis verbis uti debet exprimendo omnes casus, in quibus vult assensum impetrare; alioqui non censetur velle impetrare ad alios effectus, aut casus, quàm expressos, *ibid. num.* 64.
Et contra eum fit interpretatio, *ibid.*
Assensus facilè, & gratis conceditur vassallo illum petenti, *ibid. num.* 66.
Eum præstare tenetur, & denegare non potest, quando non habet justam, & probabilem causam illum denegandi, *ibid.*
Si denegatur vassallo cùm ab antiquo solitum sit indifferenter concedi, illi fiet injuria, *ibid.*
Eum non tenetur concedere dominus in præjudicium devolutionis, *ibid. & numer.* 67. *& numer.* 71.
Assensus Regis, & legis potentior, amplior, & efficacior est assensu Viceregis, & hominis, *ibid. num.* 67.
Non debet concedi in alienatione feudorum, nisi sub clausula: *dummodo habeat successores*, & quare, *ibid. num.* 69.
Quod quomodo intelligatur, explicatur, *ibid.*
Quandoque fuit solitus concedi cum clausula: *quod bona feudalia intelligantur obligata in subsidium burgensaticorum, & allodialium*, *ibid. num.* 71.
Assensus impetratus in constitutione census super bonis feudalibus, majoratus, vel Universitatis an suffragetur ei, in quem census ille translatus fuit cessione facta per primum creditorem, *tit.* 3. *d.* 35. *num.* 33.
Assensus, vide verb. *Consensus*, verb. *Dominus*, verb. *Prorex.*

Assertio.

Assertioni certæ quantitatis intereſſe non statur, nisi certa probetur, *tit.* 3. *disp. sect.* 9. *numer.* 79.
Assertioni partium quando non stetur, vide verbo, *Confessio.*

Assistentia.

Assistentia contra emptorem in prædio, cujus dominium venditor sibi reservavit, concedi non potest interim dum pretium non solvitur, & quare, *tit.* 3. *d.* 8. *s.* 5. *num.* 70.
Non potest præstari sine hypotheca, *ibid.*
Assistentiæ judicium non subsistit ubi non est hypotheca, *tit.* 3. *d.* 23. *num.* 6. *& num.* 10.
Assistentia, vide verb. *Sententia affirmativa in judicio assistentiæ.*

Avaritia.

Avaritia, & lucri cupiditas est radix omnium malorum, in *Apol. num.* 14.

Audientia.

Audientia denegari justè potest contumacibus inobedientibus, & reconvento, qui reconventioni respondere nolit, *tit.* 2. *d.* 7. *num.* 3.
Audientia denegari à Judice potest reis contumacibus, & non obedientibus decretis ab eo latis. *titul.* 3. *disp.* 1. *numer.* 21. *& disput.* 3. *numer.* 30.

In

In Audientia exercitus Regni Neapolit. ordo ſervatur, quod quies appellandum ſit, cauſa *delegatur alicui Miniſtro, qui ſolus procedit confirmando*, vel revocando ſententiam prioris Judicis, in *Apolog. num.* 11.

Nunquam committitur toti Collaterali Conſilio, *ibidem.*

Authent.

Authent. hoc niſi debitor. C. de ſolut. jura ſimilia cumulantur, *tit.* 3. *d.* 1. *num.* 13.

Author.

D. Author deſignatur Judex pro adminiſtratione *bonorum Moriſcorum* expulſorum ab Hiſpanis, *tit.* 3. *d.* 1. *num.* 50.

D. Authoris Patria quæ ſit, *tit.* 3. *d.* 1. *num.* 31. Ibi execuit munus Judicis ordinarii, *ibid.*

D. Author delegatus reviſionis librorum Scribæ *rationis hujus Regni, tit.* 3. *d.* 6. *n.* 20.

Non profert ſuam ſententiam ex multitudine Authorum, ſed quod verum, & æquum eſt ingenuè dijudicat, *ibidem diſput.* 8. *ſect.* 6. *numer.* 123.

D. Author leges Hiſpanas, qua ratione allegare ſit ſolicitus, *tit.* 3. *d.* 8. *f.* 7. *num.* 132.

D. Authoris præceptor fuit doctiſsimus Franciſcus Caldera Auditor Petri Barboſæ, *tit.* 3. *d.* 28. *num.* 16.

Fuit ſpatio multorum annorum Judex cauſarum Fiſcalium, *tit.* 3. *d.* 34. *num.* 26.

D. Author quando finem impoſuerit inſcribendo ſecundum hunc tomum de Judic. & quando cœperit, ac per quantum tempus inſudari, in eo perficiendo, & quam utilitatem inde reportaverit, *tit.* 3. *d.* 35. *num.* 51.

Scripſit, & tranſcripſit primum, & ſecundum volumen manu propria, *ibid.*

Ejus ſententias defendit contra quaſdam deciſiones Regenti Roviti particulari *Apolog. à fol.* 315.

Auxilium.

Auxilio legis qui utitur ſibi proſpiciens, nullam fraudem, aut dolum committit, *titul.* 3. *diſput.* 27. *num.* 7.

B

Baldus.

BAldi ſententia *in l.* 1. *num.* 14. *C. ex delict. defunc.* cum negat, in judicio criminali celebrari, quaſi contractum, nam alioqui ex judicio criminali oriretur actio civilis, exploditur, *tit.* 2. *d.* 1. *num.* 8.

Nihil ignoravit, *tit.* 2. *d.* 4. *num.* 22.

Ejus primum, quod dederit conſilium quod ſit, *tit.* 3. *d.* 5. *num.* 7.

Bancum.

Bancum publicum, vide verb. *Deponens.*

Baro.

Baronibus ſunt communicata privilegia M. C. V. circa liquidationes inſtrumentorum, *tit.* 3. *d.* 14. *num.* 20.

Baro, vide verb. *Comites, & Barones.*

Bartholus.

Bartholus *in l. ſi quis ſtipulatus* 57. *num.* 4. *ff. ſolut.* declaratur, & ejus verba referuntur, *tit.* 3. *d.* 4. *num.* 29.

Beneficium.

Beneficium, *l. ult. C. de edicto D. Hadr. toll.* conceditur hæredi ſcripto, & ei, qui vocatur ad tacitam ſubſtitutionem ex teſtamento, *tit.* 3. *d.* 5. *numer.* 15.

Non ei, qui vocaretur ex ſubſtitutione extenſa, *ibid. à num.* 17.

Ex hac tamen vocatur in majoratibus Hiſpaniæ, & quare, *ibid. num.* 22.

Beneficio unius quod alteri denegatur, eidem commodum, & utilitatem per accidens provenire poteſt, cui beneficium illud non competeret, *tit.* 3. *d.* 30. *num.* 13.

Et vide verb. *Filii nonnunquam.*

Beneficium, quod donator non teneatur ultra quam facere poſsit, aut non coveniatur, niſi ſoluto omni ære alieno, competit tàm obligato perſonaliter, quàm perſonaliter, & realiter, *tit.* 3. *d.* 30. *num.* 22.

Cætera vide verb. *Donator.*

Beneficia Eccleſiaſtica.

In iis non ſucceditur jure hæreditario, in *Apolog. num.* 29.

Blaſius Robles.

Blaſius Robles Salcedo, amicus D. Authoris, *tit.* 3. *d.* 21. *num.* 8.

Bona.

Bona non dicuntur, niſi deducto ære alieno, *tit.* 3. *d.* 1. *num.* 30.

Bona mobilia pignorata pro judicato venduntur abſque ſubhaſtatione, vel adjudicantur creditori, maximè ſi in ea, non cadit affectio, ut quia recipiant functionem in genere ſuo, & quare, *tit.* 3. *d.* 1. *num.* 9.

Moribus tamen eſt receptum, ut iſta vendantur in publica ſubhaſtatione, unico tamen proclamare, niſi aliud res exigerit, *ibid.*

Eorum pretium qualiter exiſtimetur, vide verb. *Pretium.*

Bona dotalia tranſeunt cum ſua cauſa, *tit.* 3. *d.* 19. *num.* 1.

Bona paraphernalia ſunt uxoris nullo alligata vinculo in beneficium mariti, *tit.* 3. *diſput.* 19. *num.* 15.

Bona invecta, & illata, vide verb. *Hypotheca.*

Bona pupillorum, minorum, Fiſci, Eccleſiæ, & Civitatis, vide verb. *Minorum bona*, verb. *Pupillorum bona*, verb. *Subhaſtatio.*

Bonum.

Bonum dicitur ex integra cauſa, malum ex quocumque defectu, *tit.* 2. *d.* 3. *num.* 16.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Brocardicum.

Brocardica materia dicitur, quæ eſt dubia, difficilis, & incerta, quæque eſt contrariarum opinionum rationibus involuta, in qua non ſolum multi varia dicunt, ſed iidem ſæpius ſibi ipſis contraria reſponderunt, *tit.* 3. *diſp.* 5. *num.* 21.

Budeus.

Budeus doctiſsimus, ac judicii ſingularis vir, *tit.* 3. *d.* 25. *num.* 14.

Bulla.

Bulla 45. *Sixti V.* incipiens: *Deteſtabilis avaritiæ*, explicatur, *tit.* 3. *diſput.* 7. *num.* 16. & *num.* 22.

Bulla Pii V. 79. 7. *De cenſibus*, explicatur, *tit.* 3. *d.* 8. *ſ.* 6. *num.* 124.

Altera *ejuſdem* 118. in ordine §. 2. ſimiliter *de cenſibus*, explicatur, *ibid. ſect.* 7. *num.* 127. & *num.* 129.

In quo fundetur, & an obliget in conſcientia, *ibid. num.* 130.

Ad quid fuit facta, *ibidem.*

C

Calculus.

CAlculi diſcuſsio longa eſt, & prolixa ex ſua natura, *tit.* 3. *d.* 7. *num.* 8.

Calumnia.

Calumniis reorum, & effugiis quominus contractis, obligationibus ſatisfaciant, nihil eſt frequentius in Regno Neapolit. *titul.* 2. *diſp.* 8. *num.* 40.

Calumnia, & falſitas præſumitur contra eum, qui non poteſt probare inſtrumentis, vult probare per teſtes, *tit.* 3. *d.* 13. *num.* 5.

Calumniæ præſumptio maximè eſt contra debitorem, qui cum non poſſet breviter de jure ſuo docere, jus ſuum diu reticuit, *tit.* 3. *d.* 16. *num.* 43.

Cambium.

Cambia exercere, & eſſe proxenetæ cambiorum de jure Caſtellæ ſoli Regnicolæ, & non exteri poſſunt, *tit.* 3. *d.* 8. *ſ.* 7. *num.* 131.

Exerceri ibi non poſſunt intra Regnum, ſed cambiari debet extra Regnum, *ibid.*

Eorum intereſſe illo jure ad quam quantitatem aſcendere poſsit, *ibid.*

In cambiis de jure Caſtellæ non poteſt apponi pactum, quod ſtetur dicto creditoris, ſeu ſimplici, ſeu jurato circa intereſſe cambiorum, & quomodo probetur intereſſe, *ibidem numer.* 132.

Inibi, quæ requirantur ad validitatem cambiorum, *ibidem.*

Debet illo jure cambium eſſe reale, non ſiccum, *ibidem.*

Capitale.

Capitale cenſus, vide verb. *Sors principalis.*

Capitulum.

Capit. Regni Conventus quo in caſu loquatur, *tit.* 3. *d.* 11. *num.* 2.

Capitulum Neapol. conceſſum anno 1580. circa aſſenſum dotium explicatur, ejus verbis relatis, *tit.* 3. *d.* 23. *num.* 67.

Captura.

Captura perſonæ, vide verb. *Executio, aut captura perſonæ.*

Captura pignorum in Caſtella, vide verb. *Executio, & Captura pignorum.*

Captus ab hoſtibus.

Captum ab hoſtibus qui redimit, contrahit hypothecam in libero homine, *titul.* 3. *diſput.* 29. *num.* 8.

Caratarius.

Caratarii, vide verb. *Fiſcus*, verb. *Socius.*

Carcerari.

Carcerari pro debito non poteſt mulier honeſta, ſed nec inhoneſta, ſi ſit nupta, nec nobilis, quem in Hiſpania, *Hidalgo*, vocant, & alii, ſed quando poſsint, *tit.* 3. *diſput.* 1. *numer.* 27.

Caſtillus.

Caſtillus notatur, quod ſolitus ſit omnia miſcere, & confundat, & omnia loquatur, *tit.* 3. *diſp.* 31. *num.* 2.

Caſus.

Caſus ſimiles qui vocentur, *tit.* 3. *d.* 5. *n.* 19.

Cauſa.

Cauſis in ſummariis regulariter non eſt neceſſaria conteſtatio litis de jure communi, quid tamen de jure Caſtellæ, *tit.* 2. *diſp.* 4. *numer.* 4. & 5.

Cauſis in ſummariis ordo non ſervatur, *ibidem num.* 5.

Cauſæ ſummariæ quæ ſint, *ibid. num.* 6.

Omnes ſunt ſummariæ in Regno Neapolitano, *ibid. num.* 7.

In iis quia non fit litis conteſtatio habet vim litis conteſtationis primus ille actus, qui ſolefieri, dum Judex incipit cognoſcere demeritis cauſæ, *ibid. num.* 8.

Cauſa criminalis major eſt civili, *tit.* 2. *diſp.* 6. *num.* 4. *num.* 7. & 66. & *num.* 21.

Eſt præjudicialis civili, vel cum ſe non compatiuntur, vel cum abſorbet civilem, vel cum eſt excluſiva juris agentis civiliter, *ibidem num.* 6.

Ideò erit prius tractanda, *ibid. num.* 7.

Qua de cauſa ſit præjudicialis comparatione civilis, *ibid. num.* 4. & *num.* 7. & 66.

Cauſa ſivè civilis, ſivè criminalis ſi proponatur, unaque ſit alteri præjudicialis, in illa primum procedendum eſt, quæ eſt præjudicialis, & in alia ſuperſedendum, *ibid. num.* 6. & *num.* 9.

Amplia, etiamſi utraque cauſa ſit criminalis,

UAB Biblioteca de Ciències Socials

una tamen altera major, ſuperſedendum enim eſt in cognitione minoris, donec de majori cognoſcatur, *ibid. num.* 10. ſed vide *num.* 13. Et verb. *Accuſato reo.*

Cauſa præjudicialis una alteri quæ dicatur, *ibid. num.* 7.

Eſt illa, quæ natura ſua poſtulat, ut prius de illa judicetur in concurſu aliarum, *ibid.*

Ejus exempla, *ibid.* & *num.* 8.

Eſt præjudicialis alteri, in qua ſententia lata parit præjudicium in alia, ita ut prima diffinita, amplius in alia procedi non poſsit, quia illam abſorvet, & ſilere facit, totumque jus illius tollit, & excludit, *ibidem.*

Cauſæ ob authoritatem majorem, & præeminentiam minoribus præferuntur, eaſque ſilere faciunt, *ibid. num.* 7.

Cauſæ præjudicium majorem vim habet, & fortius præſtat impedimentum, quàm majoritas, *ibid. num.* 9.

Cauſa criminalis propoſita ab una parte quando poſsit ſuſpendere aliam criminalem ab altera parte prius intentatam, *ibid. num.* 11.

Cauſarum præjudicialitas conſideratur.

Primò, quando una eſt univerſalis, ut petitio hæreditatis, altera particularis, ut petitio certæ rei hæreditariæ.

Secundò, quando una eſt cauſa ſtatus, alia pecuniaria.

Tertiò, quando una eſt de re principali, ut de dominio rei, altera de acceſsionibus, ut de fructibus, vel ſervitute, *ibid. num.* 7.

Cauſa dicitur major altera, etiamſi ſe invicem non contingant, quando una cauſa eſt civilis, de una re, altera eſt criminalis, & quare. Item ratione ordinis, & in petitorio, & poſſeſſorio, & de aliis modis, remiſsivè, *ibid.*

Cauſa criminalis præcedere debet civilem ob majoritatem, & præeminentiam, *ibidem num.* 13.

Cauſa criminalis facit ſuperſederi in cauſa civili, donec de criminali ſit cognitum, quando intereſt conventi, ut ſuperſedeatur, aliàs autem ſecus, *ibid. num.* 19.

Item ſi cauſa criminalis ſit præjudicialis civili, ſecus ſi non ſit præjudicialis, ſed una ſit cum altera compatibilis, *ibid. num.* 20.

Cauſa criminalis facit ſuperſederi in civili, quoad illius expeditionem, & ſententiam, non autem quoad proſequutionem proceſſus, poteſt enim procedi in cauſa civili ſimul cum criminali, verum non debet expediri cauſa civilis, niſi prius fuerit expedita criminalis, *ibid. num.* 24.

Cauſa civilis ſuſpendenda non eſt intentata poſtea criminalis, quando conſtiterit, accuſationem proponi cum dolo, & malitia ſolum eo fine, ut ſuſpendatur cauſa civilis, ita tamen ut malitia ſit clara, & patens non præſumpta, *ibidem num.* 25.

Item quando quis diu diſtulit proponere accuſationem criminalem contra adverſarium, qui prius actionem civilem contra ipſum propoſuerat, & ſic quando fuit negligens in accuſando, nimiumque ſe arctavit ad promovendam cauſam præjudicialem cauſæ prius motæ, *ibid. num.* 26.

Quando verò quis dicatur negligens in accuſando, vide verb. *Accuſator.*

Cauſa criminalis intentata à reo poſt primam accuſationem contra actorem ſuſpendit primam civilem, aut criminalem, ſi intentetur à reo convento, ſecùs ſi à tertio, veluti à Fiſco, vel Judice procedente ex officio, *ibid. num.* 36.

Cauſa criminalis non facit ſuſpendere cauſam civilem poſſeſſorii, ſivè opponatur de crimine per modum exceptionis, ſivè per modum principalis accuſationis, & quare, *ibidem num.* 37.

Cauſa criminalis tunc facit ſuperſedere civilem, & ejus proceſſum impedit, cum utraque cauſa proponitur coram eodem Judice, vel cauſa criminalis propoſita eſt coram Superiori, civilis autem coram Inferiori, ſecus quando cauſa civilis primum introducta eſt in Tribunali Superiore, cauſa criminalis in Inferiore, vel quando utraque cauſa proponeretur coram diverſis Judicibus juriſdictione paribus, & quare, *ibid. num.* 39.

Datur tamen cautela ad finem impediendi curſum cauſæ civilis, ut tunc non inhibeat Judex parem, aut Superiorem, ſed litigantem, ne proſequatur cauſa civilem, *ibid.*

Cauſa criminalis, ſivè civilis præjudicialis non facit ſuperſederi curſum cauſæ attento jure Neapolitano ex ſupervenientia accuſationis criminalis de falſitate, ſed in utraque cauſa ſimul proceditur, & criminalis civilem non impedit, neque ſententiam diffinitivam retardat, *ibid. num.* 40.

Quamvis, tamen non retardet, victor in cauſa civili, qui obtinuit ſententiam pro ſe, tenetur præſtare fidejuſſoriam cautionem de reſtituendo quicquid ex dicta ſententia fuerit conſequutus una cum expenſis litis, ſi ſuccubuerit in cauſa criminali, *ibid. n.* 41.

Sed quando exceptio falſitatis etiam in Regno ſuperſederi faciat, *ibid. num.* 42.

Cauſa criminalis facit ſuperſedere in cauſa civili, donec durat criminalis, ea verò finita, an, & quando poſsit proſequi ſuam actionem civilem, *ibid. num.* 43. & 44.

Et vide verb. *Sententia in cauſa criminali.*

Cauſa civilis non ſuperſedetur ob objectionem exceptionis criminalis, *ibid. num.* 45.

Sed

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Sed contra, *ibidem numer.* 46.
Quando tamen impediatur ob accuſationem criminalem, vide verb. *Accuſatio*, & verb. *Accuſatus.*
Cauſa executiva in Regno Neapolitano quomodo vertatur in ordinariam in liquidatione inſtrumenti, in executione intentata virtute obligationis pœnes acta, in executione petita, vigore pacti executivi, & in ſententia aſsiſtentiæ, *tit.* 2. *d.* 8. *à n.* 36.
Cauſa ſummaria eſt omnis cauſa executiva, *tit.* 3. *d.* 4. *num.* 23.
Cauſæ duæ quando complicatæ ſunt, quarum una appellationem admittit, & non eſt executiva, altera quia eſt executiva appellationem non admittit, cum ſuper utraque pronuntiatur, tota ſententia eſt appellabilis, & executio fieri nequit etiam pro parte inappellabili, & executiva, *tit.* 3. *d.* 12. *n.* 8.
Cauſa executiva eſt ſummaria, habetque breves dilationes, nec in admittendæ ſunt exceptiones, quæ requirant altiorem indaginem, & longiores dilationes, *tit.* 3. *diſput.* 13. *num.* 4.
Cauſæ duæ quando ſunt ſeparatæ, una non impedit aliam, *tit.* 3. *d.* 15. *num.* 2.
Cauſa ceſſante ceſſat effectus, vide verb. *Effectus ceſſat.*
Cauſæ continentia, vide verb. *Continentiæ cauſæ.*
Cauſa executiva ſemper eſt ſummaria, vide verb. *Cauſa ſummaria.*
Cauſa lucrativa, & oneroſa, vide verb. *Debitor.*

Cautela.

Cautela abundans non nocet, *titul.* 3. *diſput.* 23. *num.* 69.

Cautio.

Cautio de reſtituendo tertio oppoſitori in caſu victoriæ conſervat integrum jus oppoſitoris, ſine ulla deterioratione, & quando lædat jus tertii oppoſitoris, *tit.* 3. *d.* 12. *num.* 13.
Cautionis incertæ de reſtituendo periculum, vide verb. *Creditoris poſterius Judicem adeuntis.*

Celebrare.

Celebrare verbum quid ſignificet, *tit.* 1. *diſp.* 30. *numer.* 34.

Cenſus.

Cenſus, ſeu annuus reditus an licitè imponi poſsit ſuper re vendita, donec ab emptore ſolvatur pretium, *tit.* 3. *d.* 8. *ſ.* 5. *num.* 48.
Cenſus impoſsiti ſuper redditibus Regis quomodo vocentur apud Hiſpanos, *tit.* 3. *diſp.* 11. *numer.* 6.
Cenſualium redituum pro exactione intentata via executiva non admittitur exceptio nullitatis, aut falſitatis, ſed ſolum exceptio ſolutionis, *tit.* 3. *d.* 16. *num.* 24.
Cenſus reſervativus quis dicatur, & quis conſignativus, *tit.* 3. *d.* 28. *num.* 22.
Cenſum qui emit à debitore, illi nullum confert beneficium, ſed ſibi ipſi, *ibid. n.* 23.
Cenſus eſt jus exigendi reditus annuos ex fundo aliquo acquiſitum, aliquo titulo emptionis, donationis, aut quolibet alio, *titul.* 3. *d.* 35. *num.* 31.
Jus hoc non eſt in ordine ad judicia, ſed eſt jus incorporale extrajudicialem exactionem reſpiciens, reſultans ex contractu cenſus, *ibid.*
Eſt ſimilis uſufructui, *ibid.*
Ejus proprietas an transferatur à primo creditore, ſi ab eo transferantur actiones, *ibid.*
Quæ ſint actiones, quibus in judicia agitur ad cenſum, *ibid.*
Actiones ad cenſum qui acquirit, poteſt agere, ut ſibi cedatur, & in eum transferatur jus annui reditus, *ibid.*
Cenſus proprietas, & actiones cum tranferuntur in alium, remanet ſubjecta obligationibus, & hypothecis contractis, dum erat apud primum creditorem ante translationem, & obnoxia illius creditoribus, *ibidem à num.* 32.
Si ſit conſtitutus cum aſſenſu ſuper bonis feudalibus, majoratus, vel Univerſitatis, ceſsionarius in quem translatus eſt cenſus an indigebit novo aſſenſu, *ibid. num.* 33.
Quomodo cedi poteſt tribus intervenientibus, perſonis, debitoris, cedentis, & ceſsionarii, & quid inde ſequatur, notatur, *ibidem num.* 36.
Cenſus contractus eſt de ſui natura reſolvibilis, & extinguibilis, etiamſi non poſſet ex pacto alii cedi, *ibid. num.* 43.
Cenſus eſt tranſmiſsibilis, & ceſsibilis cuilibet extraneo, *ibid.*
Ejus redemptio, ſeu retrovenditio natura ſua habet, ut extinguat, & reſolvat cenſum, perimatque jus illud, quod per primum contractum conſtitutionis acquiritur, *ibid. n.* 44.
Cenſum poſſe redimi aliud eſt, aliud poſſe cedi, *ibid.*
Cenſus emphyteuticus cedi poteſt, & vendi, redimi tamen non poteſt, *ibid.*
Ejus redemptio, & extinctio idem ſunt, *ibid.*
Cenſus, vide verb. *Extraneus.*
Cenſus capitale, vide verb. *Sors.*

Certificatio.

Certificari non oportet eum, qui certus eſt, *tit.* 3. *d.* 26. *num.* 12. & *num.* 14.

Ceſsio, Ceſsionarius.

Ceſsionarius qua litis in parte teneatur edere inſtrumentum ceſsionis, & legitimare perſonam, ſi agat nomine proprio, *tit.* 2. *diſp.* 4. *num.* 12.
Poteſt agere nomine cedentis, & mandantis exer-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

exercendo actiones directas procuratorio nomine,& nomine proprio exercendo utiles in se per cessionem, aut mandatum in rem propriam translatas, *ibid. num.* 13.

Quid interest quoad tempus legitimandi personam, uno, vel altero modo agat, *ibid.*

Directas, vel utiles actiones exerceat constitutus procurator in rem propriam quo signo cognoscatur, *ibid.num.* 14.

Directas sine mandato in rem propriam,an exercere nomine proprio valeat, *ibidem numer.* 15. & 16.

Cessio est translatio actionum utilium non translato exercitio directarum, *ibid. n.* 15.

Cessionarius constitutus procurator in rem propriam in quo differat à procuratore ordinario, *ibid. num.* 16.

Cessionarius constitutus procurator in rem propriam si agat nomine cedentis, & mandantis exercens tanquam ejus procurator actiones directas tenetur initio litis, & ante ejus constitutionem edere, & ostendere instrumentum cessionis ad legitimandam ejus personam,& quare, *ibid. num.*28.

Et vide verb. *Actor.*

Cedi non possunt, quæ non transmittuntur ad hæredes, *tit.* 3. *d.* 20. *num.* 2.

Et vide verb. *Jus quando competit ratione alicujus qualitatis.*

Jus alendi passivum, quod oritur ex qualitate filiationis cedi non potest, *ibid. num.* 3.

Jus patroni ad alimenta percipienda ab Ecclesia patronata non ceditur, neque in alium transfertur, & quare, *ibid.*

Neque jus prælationis, quod habet dominus directus in re emphyteutica, vel feudali, *ibidem.*

Nec jus congrui non translato dominio rei, cujus occasione competit, *ibid.*

Nec jus retractatus ratione consanguinitatis competens, *ibidem.*

Quæ cedi possint, vel secus, *ibid.* remissivè.

Cessionarius facta, sibi cessione utitur jure cedentis, & in ejus locum subrogatur, *tit* 3.*d.* 26. *num.* 1.

Cedens an, & quando possit agere contra debitorem cessum, aut exigere ab eo debitum, aut eum liberare, *ibid. num.* 2. & *à num.* 3. & *num.* 10.

Cedens si facta cessione sui crediti agat, agit sine actione, & ideò repellendus esset à limine judicii, *ibid.*

Cedentis jura directa, quando elidantur per cessionem, *ibid. num.* 5.

Cedens, an cessionarius, an crediror cedentis præferatur in concursu in exatione debiti,*ibidem num.* 15.

Cessio si fiat censuum, pensionum, tertiarum, & annuorum reddituum diversorum annorum,is præferetur in concursu, cui facta cessio proponitur tertiarum prioris anni,& quare, *tit.* 3. *d.* 33. *num.* 2. & 3.

Etiam si cessio posterioris anni fiat tempore prior, *ibid. n.* 4.

Cedi eadem actio, & idem jus quando possit duobus, & quis ex diversis cessionariis præferatur factis duobus cessionibus duobus, & diversis temporibus, *ibid. num.* 5.

Cessionariis ex duobus si cessio facta sit diversis temporibus unius actionis, & juris, is prefertur, qui priorem cessionem obtinuit, *ibid. num.* 5.

Quid si cessum sit debitum quantitativum duobus, *ibid. num.* 6.

Et vide verb. *Cessio si fiat.*

Cessionarius subrogatur, & succedit in locum cedentis in omnibus, & per omnia, quando unus creditor cedit alteri creditori, posteriori, *vel extraneo, qui non sit creditor jura sua*, & actionem, quam habet contra suum debitorem, *tit.* 3. *d.* 35. *num.* 2.

Cessionem ad facienda non requiritur voluntas debitoris cessi, sed eo invito creditor potest cedere actionem contra ipsum, cui voluerit, *ibid. num.* 2. & *num.* 40.

Cessio facta pro pretio, venditio est, *ibid. n.*4.

Cedi actio non potest liberato debitore, cum nulla actio supereſt, *ibid. num.* 5.

Cessio non fit debitori solventi, neque extraneo, aut fidejussori solventi nomine debitoris, & quare, *ibid. num.* 11.

Et vide verb. *Debitori solventi.*

Cessionarius cesso sibi jure, censu, aut annuo introitu à creditore subintrat in locum, & jura illius in omnibus, & per omnia, *ibid. num.* 23.

Cedere nomen sui debitoris,quod est jus in corporale nemo cogitur, *ibid. num.* 26.

Cessio non mutat naturam, neque auget vim jurium, quæ ceduntur, *ibid. num.* 38.

Cessio, & conservatio unius juris, & actionis, impossibilis est in uno, eodemque contractu, cum ejusdem juris resolutione, & extinctione, *ibid. num.* 39. Quomodo tamen conservari possit, vide verb. *Jus luendi.*

Cedens, vide verb. *Creditor.*

Cedere actionem, vide verb. *Actionem cedere.*

Cessio, vide verb. *Actio*, verb. *Cedens*, verb. *Cessionarius*, verb. *Creditor*, verb. *Debitor.*

Cessio juris luendi, vide verb. *Jus luendi.*

Cessionarius juris luendi, vide verb.*Jus luendi.*

Chirographum.

Chirographa recognita de jure Castellæ habent executionem paratam, *tit.* 2. *d.* 8. *num.* 2.& *tit.* 3. *disp.* 6. *num.* 39.

Chirographum privatum quibus modis possit re-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

recognoſci remiſsivè, *tit.* 3. *d.* 6. *num.* 22.

Chriſtianus.

Chriſtianus antiquus, ſeu vetuſtus quis dicatur, *tit.* 2. *d.* 3. *num.* 10.

Circuitus.

Circuitus inutilis eſt evitandus, *tit.* 2. *diſput.* 8. *num.* 5.

Citatio.

Citatio rei de jure Caſtellæ cum producitur libellus contra eum nomine alieno, expediri non poteſt, niſi producatur mandatum procuratorium, & examinetur per advocatum, qui aſſerat ſubſcribens ſe à tergo mandati, illud eſſe mandatum legitimum, & ſufficiens, ut procurator nomine mandantis agat, & quare, *tit.* 2. *d.* 4. *num.* 27. & 50.

Idem ferè conſtitutum, & ſervari de jure Neapol. & Principatus Cathaloniæ refertur, *ibid.*

Citatio rei in executione facienda, eaque vendenda de jure Caſtellæ, an, & quo tempore requiratur, *tit.* 2. *d.* 8. *num.* 3.

Citatus ſuper tenore inſtrumenti ſi opponat exceptiones adverſus liquidationem inſtrumenti appellando ab indebita citatione, quo pacto cauſa executiva convertitur in ordinariam, *ibid. num.* 37.

Et ſint exceptiones iſtæ, *ibid.*

Citatio debitoris condemnati, aut obligati ad ſolvendum, an, & quando ſit neceſſaria in judicio executivo, vel poſsit procedi contra ipſum non citatum, nec vocatum ad executionem, *tit.* 3. *d.* 1. *à num.* 23.

Pactum non valet, quòd poſsit fieri executio in bonis debitoris, eo neque citato, neque audito, *ibid. num.* 24.

Non requiritur in captione pignorum, & ſubhaſtatione, ſed quando requiratur de jure communi, *ibidem.*

Quomodo ſervetur in Tribunalibus Regni Neapolitan. *ibidem num.* 25. & *ſequent.* & *diſp.* 2. *num.* 4.

In Regno Caſtellæ, *ibid. num.* 27.

Non requiritur cùm executioni mandantur obligationes pœnes acta, *ibid.*

Et tamen citatio cùm requiritur debet eſſe perſonalis, & quando ſufficiat facta domi, *ibid. numer.* 28.

Citatus infra quem terminum exceptiones legitimas opponere poſsit de jure Caſtellæ, *ibidem num.* 29.

Citatio ad executionem quæ ſit, & quomodo fiat in S. C. Neapolit., *tit.* 3. *d.* 2. *num.* 4.

Citatio realis potentior eſt, & efficatior verbali, *tit.* 3. *d.* 4. *num.* 24.

Civis.

Civis quilibet quotupliciter poſsit conſiderari ad finem, ut volens, vel invitus accipiat judicium, *tit.* 2. *diſp.* 1. *num.* 6.

Cives Neapolitani habent privilegium, ne poſſint eorum bona confiſcari, niſi pro crimine hæreſis, & læſæ Majeſtatis in primo capite, *tit.* 3. *d.* 3. *num.* 29.

Stante hoc privilegio mulctari an poſsint, cùm nolunt obedire Judicibus præcipientibus, ut aliquid faciant, *ibid.*

Non ſunt immunes à pœna ſpreti mandati, *ibid.*

Clauſula.

Clauſula, *appellatione remota*, quid importet, *tit.* 2. *d.* 8. *num.* 35.

Eam Princeps poteſt opponere in commiſsione, *ibidem.*

Clauſula guarentigia quid ſit, contineatque juxta conſuetudinem Hiſpaniæ, eaque quomodo differat à clauſula guarentigia Italica, *tit.* 3. *d.* 6. *num.* 7.

Apud Italos continet præceptum Judicis, ad contractus, quo jubetur confitenti debitum coram ipſo, ut creditori ſolvat, & hoc præceptum Judicis Cartularii habet vim ſententiæ tranſactæ in rem judicatam, *ibid.*

Ejus varii modo in Regno Neapolit. *ibidem* remiſsivè.

In quibus clauſulis contineatur, *ibid.*

Clauſula guarentigia an ita requiratur de jure Caſtellæ, ut inſtrumentum publicum executioni demandari non poſsit, ſi ea abſit, *ibid. à num.* 8.

Clauſula reſervationis dominii, & ſpecialis hypothecæ ſunt omnino repugnantes, & incompatibiles, & ideò in inſtrumentis jungi poſſunt, *tit.* 3. *d.* 8. *ſ.* 5. *num.* 60.

Operatur, ut venditor etiamſi tradat emptori rem venditam, cenſeatur nihilominus nolle habere fidem de pretio, quod non eſſet abſque clauſula, *ibid. num.* 63.

Clauſula, *de non aliendo*, non ſolet opponi in inſtrumentis cenſus Neapolit. *tit.* 3. *diſp.* 11. *numer.* 5.

Clauſulæ conſtituti, & præcarii effectus eſt, ut procedatur contra tertium poſſeſſorem per hypothecariam, non facta executione contra principalem, non tamen via executiva, *ibidem num.* 7.

Clauſula in aſſenſum, *veris exiſtentibus prænarratis*, tacitè ſubintelligitur, etiam non expreſſa, *tit.* 3. *d.* 23. *num.* 10.

Clauſula, *reſervato aſſenſu*, quid efficiat, *ibidem num.* 21.

Clauſula, *natura feudi in aliquo non mutata, juribus Regiæ Curiæ ſemper ſalvis*, adjectæ in aſſenſu quid ſignificent, *ibid. num.* 58.

Clauſula, *ſalvo jure*, vis refertur, *ibid.* & *n.* 60.

Conſervant jura domini directi, *ibid.*

Non debent eſſe ſine effectu, *ibid.*

Clauſula, *ſalvis juribus*, non operatur ſuper eo, ſuper quo principaliter fuit diſpoſitum per

UAB Biblioteca de Ciències Socials

præſtationem aſſenſus, ſed ad alia refertur, *ibid. num.* 62. & 63. Quid operetur in non expreſsis, *ibid.*

Clauſula, *dummodo habeat ſucceſſores*, qua ratione apponatur in aſſenſibus ob feudorum alienationem, *ibid. num.* 69.

Eam in aſſenſu quolibet erroneè apponitur per Officiales Regiæ Cancellariæ, *ibid.*

Clauſula in titulo Officialis, *cum poteſtate ſubſtituendi, dummodo teneatur de culpis, & defectibus ſubſtituti*, ad quid apponatur, & appoſita quid operetur, in *Apol. num.* 8.

Clauſula indulti generalis, *dummodo pœna, vel mulcta, vel condemnatio realiter exacta, incorporata, aſsignata, acceptata, vel compoſita non ſit, aut aliter Fiſco noſtro pro ea cautum fuerit*, explicatur, exploſa quòad illius intelligentiam *dec.* 91. *Reg.* Rovit. *ibid.* à *num.* 33.

An verificetur ſi capta ſint pignora pro executione ſententiæ, ad finem ut condemnatus executus gaudeat, vel nè indulto, *ibid.* à *n.* 34.

Clauſula, *rato manente pacto*, vide verb. *Juramentum*, verb. *Obligatio facti.*

Clericus.

Clericus ſi præveniat poteſt prævenire in foro Eccleſiaſtico, tenetur tamen ibi præſtare fidejuſsionem requiſitam à pragmatica, *tit.* 3. *d.* 14. *num.* 19.

Cognatio.

Cognatio, & genus quòad ſucceſsionem quomodò probentur, *tit.* 2. *d.* 3. *num.* 12.

Collaterale Conſilium.

Collaterale Conſilium procedit nomine Regio, *tit.* 2. *d.* 8. *num.* 32.

Ab ejus ſententiis latis in judicio criminali, quamvis contineant gravamen irreparabile, non admittitur reclamatio, & quare, *ibid.*

Ejus ſententiæ cenſentur ſententiæ Principis, *ibid.*

Collega.

Collega *ex preſentatione eandem qualitatem* habere debet, quàm Collega ex electione, & eidem ſubditur ſtatuto, *tit.* 2. *d.* 3. *num.* 26.

Comes.

Comites, & Barones tenentur Curtes ſuas, in quibus colligunt pedagia habere ſecuras à latronibus, alias tenerentur emendare damna prædatorum, *tit.* 2. *d.* 1. *num.* 29.

Comites, & Barones ſi deficiant in his, quæ eorum muneri incumbunt, poterunt eis juſtè denegari introitus, qui debentur in recompenſationem gravaminis, & oneris illis impoſiti in adminiſtranda ſubditorum juſtitia, *ibid.*

Commodum.

Commodum qui duplex captat, fruſtratur utroque, *tit.* 3. *d.* 35. *num.* 46.

Compenſatio.

Compenſationem debiti objicere an poſsit debitor creditoris obligati aliis creditoribus in præjudicium creditorum ſui creditoris, *tit.* 3. *d.* 27. *à num.* 1. & 2. 6. & 7.

Et quid in foro conſcientiæ, *ibid. num.* 2.

Compenſatio aut eſt ſolutio, aut habet vim ſolutionis, *ibid.*

Fit ipſo jure abſque miniſterio hominis, præſertim ad impediendum curſum uſurarum, & vitanda quæcumque alia damna, *ibid. n.* 3. & *num.* 4.

Ad eam qui factum hominis riquirunt, nullum aliud factum requirunt, quàm declarationem voluntatis compenſare volentis, *ibidem numer.* 5.

Compenſationem debiti cum creditore obligato aliis quæ impediant, *ibid. num.* 5.

Compenſatio eſt quidam *modus ſolutionis*, *ibid. num.* 6.

Ut ea inducatur, vel nè in quo differant pignora corporalia ab incorporalibus, *ibid. num.* 7.

Compenſatio, vide verb. *Debitor creditoris obligati.*

Concedens.

Concedens rem in emphyteuſim reſervato ſibi dominio directo ſuper re emphyteutica præfertur omnibus creditoribus emphyteutæ pro re, & fructibus, & quare, *titul.* 3. *diſput.* 28. *num.* 22.

Concedens rem ad cenſum redimibilem ſub ſpeciali hypotheca, vide verb. *Vendens.*

Concluſio.

Concluſio non æquiparatur ex toto ſententiæ, *tit.* 2. *d.* 7. *num.* 5.

Concurſus.

Concurſus creditorum, vide verb. *Creditorum concurſus.*

Condemnatio.

Condemnato ad ſolvendum actori quantitatem certam per ſententiam, quæ habet authoritatem *rei judicatæ*, *quod tempus concedatur* de jure communi, quod olim, & antiquitus per leges 12. tab. intra quod obligationi ſatisfacit, *tit.* 3. *d.* 1. *num.* 5.

Novis legibus ſi intra quadrimeſtre tempus non ſolvat captis pignoribus, compellitur, eaque ut vendi poſsint quod tempus ſit expectandum, & quæ forma in venditione ſervetur, *ibidem num.* 6.

Et vide verb. *Pignus.*

Condemnationi reus intelligitur acquieſcere, cùm petit terminum ad ſolvendam pœnam, in *Apolog. num.* 37.

Vel ſi ſe componat cum Fiſco, & tranſigat pœnam, vel ſi ſe obliget ad illam ſolvendam, vel præſtet fidejuſſores, aut pignora tradat pro ſecuritate Fiſci, *ibid.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Conditio.

Conditio eorum, qui jura ſua in judicium deduxerunt non fit deterior, quám ſi non deduxiſſent, imò plerumque melior, *tit.* 2. *diſp.* 1. *numer.* 2.

Conditio iniqua alteri per alterum inferri non debet, *tit.* 3. *d.* 14. *num.* 7.

Conditionis retrotractio ſub qua hypotheca contrahitur, quemadmodum omnes ſimiles, eſt fictio translativa, *titul.* 3. *diſputat.* 23. *numer.* 212.

Ad fictionem translativam quæ habilitas in extremis requiratur, vide verb. *Fictio tranſlativa.*

Conditio non trahitur retrò in præjudicium illius, cui medio tempore, & ante conditionis eventum plenum eſt jus quæſitum, *ibidem num.* 16.

Et vide verb. *Actus.*

Ejus purificatio non retrotrahitur in præjudicium eorum, quæ medio tempore geſta ſunt, *ibidem num.* 18.

Non retrotrahitur mutato interim rei ſtatu, & non invento habili extremo à quo, *ibid.*

Conditio ſub qua contracta eſt obligatio an, & quando retrotrahatur ad initium obligationis in tertii præjudicium, *ibidem num.* 20. *num.* 22. & *num.* 25. & *ſeqq.*

Adjecta contractui, aut diſpoſitioni addita ſuſpendit ejus obligationem, & effectus, *ibid. numer.* 22.

Conditio habetur pro impleta in damnum debitoris, qui impedimento eſt, quominus impleatur, & eorum, qui ab eo cauſam habent, *ibid. num.* 26.

Conditio ejus, qui tractat de lucro captando numquam in jure par eſt cum eo, qui tractat de damno vitando, *titul.* 3. *diſputat.* 25. *numer.* 15.

Conditionalis contractus.

Inſtrumenti executio, vide verb. *Sententia.*

Inſtrumenti falſitas, vide verb. *Executio*, verb. *Falſitas*, verb. *Sententia.*

Inſtrumenti nullitas cùm proponitur, an, & quando impediat executionem, vide verb. *Executio*, verb. *Nullitas.*

Inſtrumentum contra hæredem, vid. verb. *Hæres.*

Inſtrumentum delegationis, ſeu liberantiæ, vide verb. *Delegationis inſtrumentum.*

Inſtrumentum liquidandi via ritus juri quando tempore præſcribatur in Regno Neapolit. vide verb. *Juri liquidandi.*

Inſtrumenta ſolutionum, vide verb. *Solutionum inſtrumenta.*

Inſtrumentis ſi ſtatutum de t executionem, eſt contra jus, & quomodo intelligi debeat, vide verb. *Statutum.*

Intentio.

Intentio implicita idem operatur quod expreſſa, *tit.* 3. *d.* 7. *num.* 21.

Intentionis ſuæ fundamentum quilibet tenetur probare, *tit.* 3. *d.* 34. *num.* 18.

Intentus.

Intentus, finis, & effectus dum habeatur, non curatur de modo, & medio, *tit.* 3. *d.* 5. *n.* 20.

Intereſſe.

Intereſſe in obligatione facti non ſolum eſt in facultate ſolvendi, ſed etiam in obligatione, & per conſequens peti poteſt, *tit.* 3. *d.* 3. *n.* 2.

Intereſſe circa quantitatem ſi paciſcatur, quod ſtetur juramento, ſive ſimplici declarationi ſtipulatoris, aut creditoris ſine juramento valet pactum de jure communi, verum intelligenda eſt conditio, niſi promittens probet contrarium, *ibid. num.* 23.

Non valet de jure Caſtellæ, & Hiſpanorum in contractu cambii, *ibidem.*

Intereſſe cum non eſt liquidum, pro eo an, & quomodo, ſeu quando competat executio, *ibid. num.* 34. *&* 37.

Pro eo quæ actio competat, & cum de illo in inſtrumento non eſt facta mentio an competat via executiva, *ibid. num.* 35. *& d.* 5 *n.* 3.

Quomodo autem tunc ſit pro eo petenda executio, *ibid num.* 38.

Si taxetur à principio in obligationibus an, & quando contractus ſit ſuſpectus de uſura, *ibid. num.* 39.

Incertum ſi promittatur an poſsit promiſsio incerta executioni demandari, *ibid. à n.* 40.

Intereſſe promiſsio continet quantitatem illiquidam, & ex ea oritur obligatio illiquida, eaque quomodo ſit exequenda ſi contineatur in inſtrumento, *ibid. ex num.* 40. & 48.

De eo ſi nihil fuerit actum in inſtrumento, an pro intereſſe competat via executiva, *tit.* 3. *d.* 5. *num.* 3.

Intereſſe, ſeu id quod intereſt non eſt aliud, quam æſtimatio ejus, quod alicui abeſt alterius culpa, aut cauſa, *tit.* 3. *d.* 8. *n.* 2.

In-

Intereſſe eſt, aut damnum emergens, aut lucrum ceſſans, *ibid.*
Intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis in quo inter ſe differat, *ibid.*
Intereſſe damni emergentis, licet currat adverſus inopem, & decoctum, non tamen currit intereſſe lucri ceſſantis, *ibid. num.* 3.
Intereſſe lucri ceſſantis, ut juſtè exigi poſsit requiritur, ut ille, à quo eſt exigendum ſit ſolvendo, *ibid. num.* 3.
Exigi non poteſt à paupere, & inope, *ibidem.*
Intereſſe in genere non taxatum, neque redactum ad certam quantitatem poteſt promitti, & ſtipulari *in omni contractu*, niſi faciat, aut ſolvat, quod promiſsit, *ibid. num.* 4.
Quomodo tamen poſtea liquidetur, *ibid.*
An poſsit ab initio promitti, & ſtipulari de certo, & ad certam quantitatem redacto, ut dum non ſolvatur quantitas mutuo accepta ſolvantur ſingulis annis ſeptem pro centenario, *ibid.*
Intereſſe poteſt deberi, & ſtipulari, & promitti etiam abſque mora debitoris, dum tamen verè interſit, *ibid. num.* 5.
Licèt regulariter non debeatur, niſi à tempore moræ, debetur tamen ſi ſit deductum in pactum, ſive ſit damni emergentis, ſive lucri ceſſantis, *ibidem.*
Intereſſe certi taxatio in ſex caſibus frequentius adjici poteſt, de quibus, *ibid. num.* 6.
Ejus taxatio expoſita eſt, & obnoxia uſurariæ pravitati, ibid. num. 7.
Exigi ut poſsit, ſeu damni, ſeu lucri, quæ requirantur, tàm quoad forum internum tuta conſcientia, quàm quoad externum, ſalva juſtitia, *ibid. ſ.* 1. *n.* 8.
Intereſſe condemnatio fieri non poteſt ſine probatione, qua conſtet alicujus intereſſe, vel ratione damni, vel ratione lucri, *ibid. n.* 9.
Intereſſe eſt quid facti, *ibid.*
Ad intereſſe petitum Judex ſi condemnet reum ſine ulla probatione, errat graviſsimè, nec excuſatur ſtilo, & conſuetudine, & quare, *ibid. num.* 10.
Reſpublicæ Neapolit. & totius Regni calamitates propter inconſideratas has condemnationes ad interuſurium *cujuſvis debiti* referuntur, *ibidem.*
Quando poſsit certum promitti taxatum, ex *partium conventione in obligatione facti*, & quare, *ibid. ſect.* 2. *num.* 12.
Non tamen valet in vim conventionis taxatio, ſed in vim probationis, & quare, *ibid. n.* 15.
Intereſſe certum promittens ab initio contractus in obligatione facti, debet admitti ad probandum, ſi id offerat, nihil, aut multo minus interfuiſſe, quam in ſtipulatione contineatur, & quare, *ibid. num.* 13. & 15.
Intereſſe in conſtitutione dotis à principio taxari an, & quando poſsit, taxatumque peti inter maritum, & dotantem, accepta dilatione ad ſolvendum, *ibid. ſect.* 3. *à num.* 16.
Intereſſe lucri ceſſantis ut debeatur, requiritur, quod quis ſit ſolitus negotiari, *ibid. n.* 18.
Intereſſe damni emergentis debetur damnum paſſo etiam non ſolito negotiari, *ibid.*
Intereſſe, aut interuſurium promiſſum in capitulis matrimonialibus re vera non eſt taxatio intereſſe, ſed quid ſit, *ibid. num.* 26.
Intereſſe dotis non promiſſum, nec taxatum ad quam rationem fuerit quandoque taxatum in Granatenſi Prætorio, *ibid. num.* 27.
Intereſſe viduæ an, & quando poſsit *ab initio* antequam dos reſtituatur taxari, dum ipſa concedit dilationem hæredibus mariti ad dotem reſtituendam ultra tempus à lege definitum, *ibid. ſect.* 4. *à num.* 34.
An poſsit taxari à ſtatuto, & tale ſtatutum ſic præcipiens, ſit juſtum, & obſervandum, *ibid. à num.* 38.
Quomodo taxetur de conſuetudine Neapolit. *ibid. num.* 40.
Intereſſe non poteſt fieri, ut ſemper ſit uniforme, & omnibus annis æquale, *ibid. num.* 35.
Intereſſe lucri ceſſantis, aut damni emergentis licitè poteſt à quocumque peti, & percipi ultra debitum ſortis, *ibid. num.* 37.
Nullum debetur ex antefato, *ibid.*
Intereſſe illiquidum de quo conſtat per probationes, vel conjecturas poteſt taxare lex, ſtatutum, & Judex ex officio, *ibid. num.* 42.
Intereſſe inter emptorem, & venditorem taxari an, & ad quam rationem à principio poſsit interim dum non ſolvitur pretium rei venditæ, an vero ſit uſura, & tunc verum, & reale intereſſe peti non poſsit, *ibid. ſ.* 5. *à n.* 44. & 48
Tam ſi res venditæ fructuoſæ ſint, quam ſi ſteriles, *ibid.*
Et vide verb. *Uſura.*
Debetur ab emptore habito reſpectu ad fructus ab emptore percipiendos ex fundo vendito, & juxta eorum æſtimationem, *ibid. num.* 47.
Quomodo tamen juſtificari poſsit taxatum ab initio, & taxatio ſubſtineatur, *ibid. à n.* 49.
Intereſſe ob non ſolutum pretium venditori, & dilatam ab emptore ſolutionem dum fruitur fructibus rei emptæ poteſt taxari ab initio pro *certa quantitate*, dummodo non excedat intereſſe veriſimile, & conſuetum, *ibid. num.* 52.
Probari tamen debet aliunde, quam ex inſtrumento, quod non poteſt cenſeri liquidum, ſi in eo permittatur certum intereſſe, niſi prius per probationem aliam extra inſtrumentum liquidetur, *ibid.*
Tali inſtrumento non obſtante admittitur emptor ad probandum, non tanti interfuiſſe venditoris, ſi id velit, *ibid.*

In-

Intereſſe incerti venditio licita eſt, *ibid. n.* 55.
Intereſſe ſi taxetur in contractu mutui à principio inter contrahentes, aut in quolibet alio debito pecuniario pro tempore futuro, an, & quando ſtipulatio, & promiſsio valeat, & exequi poſsit juxta taxam abſque alia probatione, *ibid. ſ.* 6. *à n.* 77. *&* 94. *& ſ.* 7. *n.* 127.
Quid ſit contractus fiat à non ſolito negotiari, ſed ab homine alieno ab iſta ſuſpicione, *ibid. num.* 82.
Et quid ſi fiat in Regno Neapolit. *ibid. num.* 85. 102. *&* 103.
Quando poſsit taxari ab initio, *ibid. n.* 104.
Intereſſe futuri nulla poteſt eſſe certitudo, *ibid. num.* 79. *&* 80.
Non poteſt eſſe omnibus annis uniforme, & æquale, ſed neceſſariò uno anno majus, alio minus, *ibid.*
Intereſſe lucri ceſſantis, ut quis obtineat requiritur, quod creditor ſit ſolitus negotiari, *ibid. num.* 102. *&* 205.
Ex mora debitoris ſemper reficitur de ſtilo S. C. abſque alia probatione, & quare, *ibid. n.* 85.
Intereſſe taxatio non differt ab uſura, & quare, *ibidem.*
Illud ut obtineat omnis contrahens, quiſquis ille ſit, debet probare, ſua intereſſe, & quanti interſit, *ibid. num.* 82. *&* 95.
Incertum ſi taxetur in inſtrumento quomodo debeatur, & quid operetur taxatio, *ibid. num.* 88. *&* 95.
Inſtrumentum quo quis ſe obligat ad ſolvendum centum mutuo data cum intereſſe ad rationem quinque pro centenario, poteſt, & debet executioni demandari, ſi reus non allegat, eſſe uſurarium, *tit.* 3. *d.* 8. *ſect.* 6. *num.* 85.
Intereſſe ſtipulatio in genere qua de cauſa fieri non debet, ſed debet exprimi certa quantitas, *ibid. num.* 90.
Notorium an ſit intereſſe creditorum, ejuſque taxatio conſtat in civitatibus, ubi frequens eſt, & prompta occaſio emendi anuos introitus, ſeu reditus, *ibid. n.* 91. 92. 93. *&* 101. Et quid reſpectu Urbis Neapolis, *ibid. num.* 102. *&* 103.
Sed an id verum ſit reſpectu omnium civium, *ibid. num.* 97. *&* 101.
Probato intereſſe in genere ſine liquidatione certæ quantitatis, aut ubi veriſimiliter conſtat de illo, etiamſi non conſtet de quantitate illius, prout in civitatibus, in quibus adſunt frequentes occaſiones emptionis anuorum introituum, Judex poteſt illud ex officio taxare, *ibid. num.* 93. *&* *num.* 106.
Sed an poſsit ſine ulteriori probatione condemnare ad intereſſe taxatum arbitrio ſuo, maximè ſi inter partes de certo intereſſe moderato, veriſimili, & conſueto conveniſſet ab initio contractus mutui, *ibid. &* *num. ſeqq.*
Et quando non indigeat alia probatione, *ibid. num.* 140.
Intereſſe dotis non reſtitutæ viduæ pauperi probatur ex eo, quod in civitate ſit occaſio frequentiſsima emptionis, & venditionis annuorum introitum, *ibid. num.* 97.
Intereſſe tàm lucri ceſſantis, quàm damni emergentis quomodo ſit articulandum, & probandum, & quæ conditiones ſint ſervandæ, ut peti poſsit, *ibid. num.* 93. *&* 103.
Intereſſe taxati juxta legitimas uſuras ſtipulatio, & conventio valebat de jure antiquo abſque eo, quod egeret alia probatione, ſecus hodie, & quare, *ibid. num.* 100.
Intereſſe lucri ceſſantis, ut debeatur Religioſis, & Officialibus prohibitis negotiari quid probare debeant, *ibid. num.* 102.
Intereſſe, ut obtineatur in Regno Neapol. quid probari oportuerit, *ibid. num.* 103.
Intereſſe ſuper liquidatione, quod ſtari debeat ſimplici, vel juratæ declarationi creditoris pactum an valeat, *ibid. n.* 107.
Et an hoc pactum ſubjiciatur nihilominus arbitrio Judicis tanquam boni viri, *ibid. n.* 108.
Reliqua vide verb. *Pactum an valeat, quod ſuper liquidatione intereſſe.*
Ejus taxatio quæ à principio eſt ſuſpecta, poſt contractum fieri an poſsit, quando jam ceſſavit neceſsitas mutuatarii, *ibid. n.* 109. *&* 114.
Intereſſe in contractu cambii an poſsit taxari in certa quantitate à principo, & quid in terminis Bullæ, *ibid. ſect.* 7. *à num.* 127.
Et vide verb. *Inſtrumentum cambii.*
Intereſſe legatorum debitum officio Judicis ob moram hæredis an reſpectu patrimonii defuncti habeat eandem anterioritatem, & locum, quem habent legata, *tit.* 3. *d.* 35. *num.* 51.
Intereſſe, vide verb. *Aſſertio certæ quantitatis*, verb. *Dos*, verb. *Executio*, verb. *Inſtrumentum*, verb. *Maritus*, verb. *Obligatio*, verb. *Obligatus.*
Intereſſe liquidatio, vide verb. *Inſtrumenti guarentigii*, & verb. *Illiquidationem illiquidi.*
Intereſſe reciſsionis, vide verb. *Damnum reciſsionis.*

Inventarium.

Inventarium conficiendi tempus quod à lege concedatur, *tit.* 3. *d.* 9. *num.* 9.
Ejus præcipuum beneficium eſt, ut contra hæredem, qui addit cum beneficio inventarii non poſsit fieri executio ultra vires hæreditarias, *ibid. num.* 13.
Illud tamen non ſufficit allegare, ut ejus præcognitivis gaudeat, niſi ſimul oſtendat, & probet ſe confeciſſe illud ritè, & ſolemniter, *ibid. num.* 14.
Probandum eſt producto inventario, *ibidem.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Inventarium probari non poteſt per teſtes, & præſumitur calumnia, & falſitas contra eos, qui ſic ſe probaturos allegent, *t. 3. d. 13. n. 5.*

Inventarii exceptio, vide verb. *Exceptio*, verb. *Hæres cum beneficio inventarii.*

Joannes.

Joannes Solorzanus Pereira Regius in Supremo Indiarum Conſilio Conſiliarius, Præceptor, & amicus D. Authoris, laudatur, *tit. 2. d. 3. num. 9. & in Apolog. num. 5.*

Joan. Aloyſus Riccius, vide verb. *Riccius.*

Joan. Franciſcus Regens de Ponte, *d. 4. n. 45. & 46.* refellitur, *tit. 3. d. 28. num. 8.*

Joan. Franciſcus Sanfelicius Regens Regiam Cancellariam, laudatur, *tit. 2. d. 8. n. 32.*

Iſernia.

Iſernia notatur, quod obſcurè, & lubricè loquatur, *tit. 3. d. 23. num. 32.*

Judex.

Judicem uniquiſque odio habet, & juſtitiam averſatur qui ejus delicta puniat, alteri injuriam ferre non ſinat, cogatque bona reſtituere, ſivè bona, ſivè mala fide poſſeſſa, *tit. 2. d. 1. num. 6.*

Judex in dubiis quæſtionibus ſi contra Fiſcum judicet, an prudenter ſe gerat, *idid. num. 35.*

Judex prudens ante ſententiam debet eligere partem tutiorem, *ibid. num. 35.*

Judices qua fraude ſibi ſeligat litigantes, quos malint, *tit. 2. d. 2. num. 22.*

Judicum duorum uter maneat, qui accuſationem *receperit, an qui prius cœperit* inquirere, *ibid. num. 26.*

Judicis factum cenſetur factum partis, *tit. 2. d. 3. num. 17.*

Quod an ſemper ſit verum, & quomodo ſit accipiendum, explicatur, *ibid. num. 36.*

Judex ex officio ſuo poteſt repellere ab accuſando mulierem, ſi aliam, quam ſuam, vel ſuorum injuriam perſequi voluerit, etiam parte non opponente, ſupplendo defectum advocatorum, vel litigantis, *tit. 2. d. 4. num. 23.*

Repellit item illegitimum accuſatorem, *ibid.*

Judex ingenio ſuo debet augere honorem, & authoritatem Tribunalis, *ibid. num. 24.*

Non tenetur regulariter ſupplere defectum advocati, & litigantium, *ibid.*

Judex quando ex officio repellat actorem, quod ei inſit qualitas excluſiva in agendo, *ibid. n. 25.*

Judicis recuſatio præſupponit illum competentem, *tit. 2. d. 5. num. 8.*

Incompetens facilius removetur per declinatoriam, quam per recuſationem, & quare, *ibid.*

Ejus recuſatio quæ requirit, ibid. Attentis variis diſpoſitionibus, *ibid. num. 11.*

Cauſæ quibus poteſt recuſari, *ibid. num. 11.*

Qui de judicium ſuperiorum, & inferiorum recuſatione ſcripſerint, *ibid.*

Judicis poteſtas revocatur id dubium, propoſita declinatoria, & donec declaraverit ſe competentem, videntur eſſe litigatæ ejus manus, ne ulterius procedat, *ibid.*

Eo ipſo, quod procedit ad ulteriora, videtur exceptiones oppoſitas à partibus rejicere, niſi propoſitæ reſpiciant perſonam Judicis, ac defectum jurisdictionis, vel legitimationem perſonæ litigantium, & quoties dilatoria oppoſita ſi habet locum, reddit judicium retro nullum, quia ſtatim eſt decidenda, & non reſervanda in finem litis, & quare, *ibid.*

Judex cenſetur expreſsè determinaſſe ſuper declinatoria, ſi cauſa cognita poſt illam interpoſitam interloquatur, verbis generalibus oppoſitis non obſtantibus, licet non facta expreſſa mentione exceptionis declinatoriæ, *ibid. num. 9.*

An & quando poſsit cognoſcere, an ſuà ſit juriſdictio, *ibid. num. 10.*

Judices ignavi ſemper procraſtinare, & differre ſolent deciſiones dubias, quia exoſum habent ſtudiorum laborem, *ibid. num. 17.*

Qua de cauſa exoſum ſtudii laborem habeant, *ibidem.*

Judex cum pronunciat ſuper principali an debeat expreſsè commemorare exceptionem oppoſitam, illam reprobando per ipſam ſententiam, *ut illam videatur rejeciſſe, ibid. n. 30.*

Debet expreſsè pronunciare ſuper exceptione incompetentiæ Judicis, *ibid.*

Judex cum inhibere non poteſt Judicem, ne procedat in cauſa ſua, quia ſit ſuperior, vel par, cautela eſt ad finem impediendi proſecutionem cauſæ, ut inhibeat litigantem, *tit. 2. d. 6. num. 39.*

Judices appellationum ab infirmis in cauſis, de quibus cognoſcunt in gradu appellationis à Judicibus inferioribus ordinariis debent ſequi exempla Judicum Superiorum, & quare, *tit. 2. d. 8. num. 8. & 9.*

Judicis delegati ſententia an, & quando executioni demandetur, non obſtante appellatione, *ibid. num. 32. & 34.*

Judicis voluntatem talem fuiſſe in dubio cenſendum eſt, qualem lex jubet, & qualis eſſe debet ne injuria inferat, & jus petentis deterius reddat, & quare, *tit. 3. d. 1. num. 16.*

Judex poteſt denegare audientiam reis contumacibus non obedientibus decretis ab eo latis, *ibid. num. 21.*

Judex ſupplere poteſt præſtando aſſenſum actui, ſi ille, qui præſtare tenetur monitus recuſet, *tit. 3. d. 3. num. 31.*

Et vide verb. *Aſſenſus*, & verb. *Debitor.*

Judicis officio non niſi ſpatio 30. ann. præſcribitur, *tit. 3. d. 4. num. 15.*

Judex ex officio poteſt taxare intereſſe, *tit. 3. d. 8. ſ. 4. n. 42.*

Judicis auctoritas, aut processus non debet calcari, *tit.* 3. *d.* 14. *num.* 2.

Judex qui sententiam protulit non semper eam mandat executioni, sed potest eam alteri committere, & tunc coram quo sint proponendæ *exceptiones adversus executionem*, *tit.* 3. *d.* 17. *num.* 1.

Judex per processum ad ulteriora an, & quando, *ac quas exceptiones oppositas ante sententiam* censeatur rejicere, vel eas reservare ad merita causæ, *ibid. num.* 8.

Judex requisitus pro executione sententiæ quas exceptiones contra illius executionem admittere possit, & debeat, *ibid. à num.* 11.

An tamen possit super illis, quæ obstant pronunciare, vel debeat abstinere ab exequendo, & remittere ad Judicem requirentem, *ibid. & num.* 13. 15. *&* 16.

Judex requirens semper censetur major requisito, *ibid. num.* 15.

Judex cognoscens propria authoritate de causa aliqua independente ab alio, qui commisserit executionem, aut pro ea requisierit, quamvis habeat ordinariam jurisdictionem, non debet egredi fines mandati, aut requisitionis, *ibid. num.* 17.

Non debet irritare, aut annullare sententiam Judicis committentis executionem, *ibidem.*

Judex superior requisitus pro brachio à judice inferiori potest cognoscere, & decidere exceptionem nullitatis oppositam, aut concedere restitutionem adversus sententiam inferioris, *ibid. num* 18.

Cætera, vide verb. *Tertius oppositor an possit se opponere executioni coram Judice requisito.*

Judicis factum censetur factum partis, & debitoris, *tit.* 3. *d.* 21. *num.* 4. *&* 6.

Si tamen sit utile creditori, *ibid. num.* 8.

Non omnino, & per omnia putatur factum partis, *ibid.*

Cùm vendit instantibus creditoribus, censendi sunt ipsi creditores vendere, *ibid. num.* 6.

Et vide verb. *Venditio.*

Judices inferiores à majoribus deribare debent exempla doctrinæ, uti à fonte rivulos aquæ, *tit.* 3. *d.* 24. *num.* 8.

Judices in judicando ex similibus ad similia procedere debent, *tit.* 3. *d.* 29. *num.* 5.

Judex, vid. verb. *Par in parem non habet imperium.*

Judex inferior, vide verb. *Inferior.*

Judex in judicio executivo, vide verb. *Judicio in executivo.*

Judex reconventionis, vide verb. *Actor cujus in agendo*, verb. *Reconventio.*

Judicis Cartularii præceptum, vide verb. *Clausula guarentigia.*

Judicium.

Judicium non redditur in consentientem, sed in invitum, qui nullum habeat consensum actualem, neque tacitum, neque expressum, *tit.* 2. *d.* 1. *num.* 3. *&* 4.

Qua ratione possit dici judicium reddi in volentem, *ibid. num.* 5. Quavè ratione reddi dicatur *in invitum*, *ibid. num.* 6.

Judicium mutare, & dividere non est idem, quidque sit judicium mutare, & illud dividere, *tit.* 2. *d.* 2. *num.* 4.

Judicii divisioni lex resistit, & imponit pœnam, *ibid. num.* 10.

Judicium *quamvis* sit ejusdem continentiæ, dividitur, si negotium, vel delictum tangat Clericum, & laicum, *ibid. num.* 19.

Judicium ab uno Judice cœptum an possit terminari ab alio Judice, ubi tractent Doctores, *tit.* 2. *d.* 3. *num.* 1.

Judicium cœptum ab uno actore, vel cum uno reo, illis desistentibus an possit ab ejus hæredibus, vel à tertio exerceri, ad finem probandi innocentiam, aut ingenuitatem pro suo interesse, *ibid. à num.* 2. *&* 5.

Et vide verb. *Tertius.*

Judicium super probatione nobilitatis, vel puritatis sanguinis, ad finem gestandi habitum, est summarium, *ibid. num.* 4.

Judicio in executivo initium sumitur à captura bonorum, & personæ, quæ continet damnum, & injuriam, si injustè fiat, ideò ab initio debet justificari, & Judex non debet, nec potest expedire mandatum executivum, nisi productis, & visis instrumentis habentibus paratam executionem, *tit.* 2. *d.* 4. *num.* 21.

Judicium non dicitur finitum, nisi lata sententia in rem judicatam transitum fecerit, & sit mandata executioni, atque exacta condemnatio, *tit.* 2. *d.* 6. *num.* 3.

Et vide verb. *Lis dicitur pendere.*

Judicium petitionis hæreditatis silet, donec cognoscatur de libertate, aut de oppositione contra hæredem, quod prohibuerit defunctum testari, & quod non sit liber, & quare, *ibid. n.* 7.

Judicio criminali pendente, an, & quando quis possit prosequi judicium civile, vel in eo sit supersedendum, *ibid. num.* 20. *& seqq.*

Judicium criminale habere exitum publicè interest, *ibid. num.* 22.

Judicium executivum an, & quando verti possit in ordinarium, *tit.* 3. *d.* 8. *à num.* 1.

Et vide verb. *Via executiva.*

Judicium quod ante motum fieri prohibetur, ne reus vexet actorem novo, & duriore dato adversario, multo magis prohiberi debet, cum actor actionem suam in judicium deduxit, *tit.* 3. *d.* 11. *num.* 2.

Judiciorum praxis sæpè numero debiat à veritate, æquitate, & à jure, & quare, *titul.* 3. *d.* 28. *num.* 23.

In eo an, & quando celebretur quaſi contractus inter contrahentes, vid.verb. *Quaſi contractus.*
Judicium aſsiſtentiæ, vid.verb. *Aſsiſtentiæ judic.*
Judicium criminale, vide verbo *Actione civili*, verbo *Cauſa criminalis.*
Judicium executivum, vide verb. *Citatio*, verb. *Exceptiones quæ poſsint opponi.*
Judicium plurimum, vid.verb. *Plurium induſtria.*
Judicii petitorii cum poſſeſſorio cumulatio, vide verb. *Cumulatio actionum.*

Juramentum.

Juramentum addit forum foro, *tit.2. d.2. n.* 18.
Quod quomodo intelligatur, & quid importet, *ibid.*
Juramentum ſemper ſervari debet, dum non vertat in diſpendium ſalutis æternæ, *tit.3. d.3. n.3.*
Juramento obligatus tenetur præciſè ad factum, nec liberatur ſolvendo intereſſe, & quare, *ibid. & num.* 8.
Juramentum, & fides paria ſunt apud Deum, *ibid. num.* 8.
Juramentum cum adjicitur contractui habet vim clauſulæ *rato manente pacto*, *ibid. num.* 18.
Habet eundem effectum, quod clauſula, *rato manente pacto*, ut ſcilicet poſsit peti ſimul pœna incurſa propter moram, & factum ex contractu jurato in obligatione ad factum, *ibid.*
Jurans in contractu obſervare in eo contenta, & non contravenire, ſi contraveniat, & non adimpleat promiſſa, ultra infamiam, quam incurrit, cogitur ad obſervandum contractu parti, quæ tamen non incurret perjurium, & liberatur ab omni eo, ad quod tenebatur ex contractu illo, *tit. 3. d. 7. num.* 13.
Juramento ſoli ejus, qui in materia ſuſpecta habet intereſſe ſtari ſine ulteriori probatione, iniquum eſt, *tit. 3. d. 8. ſect. 6. num.* 125.
Juramenti abſolutio, vide verb. *Abſolutio*, verb. *Contractus*, verb. *Præventio.*
Jurandi facultas ſi detur creditori ſuper intereſſe, vide verb. *Creditori ſi detur facultas.*

Jus.

Jus naturale potentiùs eſt omnibus legibus civilibus, *tit. 3. d. 25. num.* 16.
Jus quando competit ratione alicujus qualitatis, quæ ex natura ſua in alium transferri non poteſt, ipſum jus in illa qualitate fundatum, & illi adhærens transferri non poteſt aut ceſsione, aut ſucceſsione, *tit. 3. d. 20. n. 3.*
Jus radicatum nemo amittere ex nullo accidenti poteſt ſine ſua voluptate, *tit.3. d.30. n.13.*
Jus ſuum non debet reus relinquere indefenſum, vide verb. *Reus.*
Juris dubitatio, vide verb. *Dubitatio juris.*
Juris proprii remiſsio, vide verb. *Renunciatio juris proprii.*
Juri in ſui favorem introducto quilibet poteſt renunciare, *tit. 3. d. 14. num.* 15.
Jure dantis reſoluto, reſolvitur jus accipientis, *t. 3. d. 27. n.* 7.
Jure diverſo cenſeri non debet una, & eadem res, *tit. 3. d. 29. num.* 17.
Jus acceptoris reſolvitur, reſoluto jure datoris, *tit. 3. d. 21. n. 1. & d. 23. n. 29.*
Hoc locum an habeat in feudis, *ibid. & num.* 34. 35. & 36.
Regula tamen quando procedat, explicatur, *ibidem num.* 30.
An habeat locum in feudis, quoties in contrahenda hypotheca intervenit aſſenſus domini directi, *ibid. num.* 31. 35. & 38.
Jus accipientis quid ſit, *ibid. num.* 35.
Jus alendi paſsivum, quod oritur ex qualitate filiationis non trasfertur in alium, *tit. 3. d.* 20. *num.* 3.
Jus Canonicum, & Civile ſe invicem coadjuvant, *tit. 3. d. 29. num.* 4.
In his, quæ ſtatuta non ſunt ab uno ex his juribus, recurritur ad aliud, *ibidem.*
Jus congrui, & retractus, vide verb. *Cedi non poſſunt*, & verb. *Retractus.*
Juri exequendi obligationem pœnes acta quanto tempore præſcribatur, vide verb. *Obligatio pœnes acta.*
Juri exequendi inſtrumentum vigore pacti executivi præſcribitur triginta annis, *tit. 3. d. 4. num.* 15.
Juri exequendi ſententiam præſcribitur ſpatio 30. ann. *ibidem.*
Juri exequendi inſtrumentum cenſus, ſeu annui reditus quanto tempore præſcribatur, & an tunc maneat extincta via executiva, non ſolum pro cenſibus decurſis, ſed & pro decurrendis, *ibid. à num.* 16.
Jus executivum ſententiæ in judicatum tranſactæ durat per ſpatium triginta annorum, & non niſi per ejus tranſitum præſcribitur, *ibid. num.* 1.
Jus ejus præſcriptione non requiritur bona fides, eique præſcribitur etiam data ſcientia debitoris, quæ illum in mala fide conſtituit, & quare, *ibid. num. 2. 3. & 4.*
Quo tempore ei præſcribatur, ſi jus exequendi deſcendat ex obligatione perſonali, & inſtrumento guarentigio de jure Caſtellæ, & quid ſi deſcendat ex actione reali, ac de jure communi, *ibid. num. 5. 6. 7. & 9.*
Quid ſi ex perſonale, & reali mixta, *ibid. n.* 11.
Jus executivum eſt qualitas, & accidens obligationis, & ideó non poteſt tranſire in tertium poſſeſſorem, qui non eſt univerſalis ſucceſſor, ſed titulo particulari poſsidet, *tit.3. d.11. n.1.*
Juri liquidandi inſtrumentum via ritus in Regno Neapol. præſcribitur ſpatio 20. annorum, quibus tranſactis, niſi petita ſit liquidatio, proceditur via ordinaria, *tit. 3. d. 4. num.* 12.
Jus luendi cenſus, & annuos introitus quomodo fiat, & ubi, & qui de illo meminerint, *tit.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

tit. 3. diſt. 35. numer. 36. & num. ſeqq.
Mirabilis contractus, omnino ignotus antiquis, ſed apud Neapolitanos uſitatiſsimus, *ibidem num. 37.*
Creditur inventum hujus Regni, *ibid.*
Facta translatione reditus per jus luendi hypotheca an extinguatur, & primus ille reditus, ſeu cenſus, & ex conſequenti omnes hypothecæ fundatæ ſuper illo reditu, & creditores primi cenſitoris, ſeu creditoris an poſsint moleſtare illius emptorem, & qua ratione, *ibid. & num. 38. 41. & ſeqq. uſque ad 46.*
Ejus vigore ſecundus creditor emens, ſcilicet à primo an ſuccedat in locum, & antiquitatem primi creditoris cenſus antiqui, qui ceſsit actiones ſuas, *ibid. & num. 39.*
Qui ita contrahit, ſi agatur de recuperanda ſorte capitali in concurſu creditorum, an habeat locum anteriorem, quem habiturus erat ille, à quo ceſsionem habuit, verum in exigendo reditus habeat ſolum antiquitatem ex tempore novi contractus, *ibid. à num. 48.*
Ut antiquitas annui redditus maneat, & extinctio ſuccedat hypothecarum ſuper ipſo conſtitutarum à primo emptore, cautela excogitata à D. Authore, *ibid. num. 47.*
Jus luendi cedi poteſt, *ibid. num. 38.*
Ceſſum non habet majorem vim apud ceſsionarium, quam habuit apud cedentem, *ibid.*
Quare fuerit inventum, *ibid.*
Per jus luendi contractus ſi inveniatur ceſsionis, & extinctionis unius juris, & actionis, an contractus valeat, contineat incompoſsibilia, & repugnantia, & qua ratione ſervari poſſet, *ibid. num. 39. & 49.* Ubi nova cautela Domini Authoris, *ibidem.*
Juris luendi ceſsio inutilis eſt, & ſupervacua, ac ſine effectu, cum conjungitur cum pacto ceſsionis faciendæ à primo creditore, & quare, *ibid. num. 40.*
Jus luendi qui habet ceſſum à debitore an compellat creditorem ad retrovendendum, & cedendum jura contra debitorem, *ibid. à num. 42.* Quidvè facere poſsit, *ibid. num. 46.*
Ejus vigore debitor non compellit creditorem ad cedendum jura, ſed ad extinguendum cenſum, *ibid. num. 43.*
Juris luendi ceſsionarius impropriè, & abuſivè utitur verb. *Retrovenditionis*, dum illi ceditur cenſus à primo cenſitore pro pecunia illi ſoluta, *ibid. num. 45.*
Et quid ſit propriè contractus, quo contrahit, *ibidem.*
Jus offerendi an, & quando competat creditoribus poſterioribus vendito, vel dato pignore in ſolutum à debitore, vel à creditore jure creditoris, *tit. 3. d. 21. num. 1. & d. 22. n. 6.*
Et vide verb. *Creditor*, verb. *Venditio.*
Jus offerendi eſt effectus reſultans ex hypotheca neceſſario, eſtque ejus naturæ, ut ab ea pendeat in eſſe fieri, & conſervari tanquam lux à Sole, *tit. 3. d. 22. num. 6.*
Non datur ubi non eſt hypotheca, *ibid.*
Ubi reperitur oritur ex hypotheca, *ibidem.*
Jus prælationis, vide verb. *Cedi non poſſunt.*

Juſtitia.

Juſtitia virgo inflexibilis, ſcelerum ultrix, aſpero & ſevero vultu contuens, ancipitique, & minaci gladio armata deſcribitur, *t. 2. d. 1. n. 6.*

L.

Læſio.

LÆſio ad fundandam reſtitutionem in integrum adverſus ſententias S. C. Neapolit. examinatur ex eiſdem actis, & non admittit probationem exteriorem, *tit. 3. d. 16. n. 47.*
Læſio infra ſextam partem an admittatur in ſubhaſtationibus, *tit. 3. d. 24. num. 17.*

Legatum.

Legatarii habent tacitam hypothecam ſuper bonis defuncti, & tamen creditores etiam chirografarii illis præferuntur, & quare, *t. 2. d. 1. n. 26*
Legata etiam ſi alia prius, alia poſterius ſcribantur in teſtamento, aut codicillis, nullum prioritatis ordo ſervatur, *ibid. num. 36.*
Legato in annuo tot præſcriptiones requiruntur, quot ſunt anni, quia tot ſunt legata, quot anni, *tit. 3. d. 4. num. 17.*
Ejus petitioni quot annis præſcribatur, *ibid.*
Pro eo quantumvis non ſit petita executio ſpatio decem annorum non cenſebitur in totum præſcripta via executiva, ſed pro novem proximis an peti poterit, atque item pro futuris, *ibidem.*
Legati repudiatio an ſit alienatio, & per eam diminuatur patrimonium, *tit. 3. d. 25. n. 13.*
Legata ex bonis defuncti ſolvenda ſunt ſecundo loco poſt debita, *tit. 3. d. 30. num. 10.*
Legati diminutio an facienda ſit, quando concurrunt legatum ſpeciei, & quantitatis, in Apolog. *num. 32.*
Diminui debet cum excedit ſummam, de qua quis poteſt diſponere, *ibidem.*
Factum pro exoneranda conſcientia cenſetur in fraudem prohibitionis in diſponendo, ſi excedat ſummam permiſſam in facultate diſponendi, & non debetur, niſi aſſertio probetur, *ibidem.*
Legatum, vide verb. *Debita defuncti.*
Legatum alimentorum, vide verb. *Alimentorum legatum.*
Legatorum intereſſe, vide verb. *Intereſſe legatorum.*

Legere.

Legi poſſe dicitur quod ex vi verborum expreſsè ſcriptorum apprehenditur, & intelligitur, ſi-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ne extrinseca suppletione, *tit.* 3. *d.* 5. *n.* 15.

Legitima.

Legitima debita á patre filio exequi non potest in vita patris pro condemnatione filii, *tit.* 3. *d.* 20. *num.* 5.

Eam pater filio in vita non debet, *ibidem.*

Legitima naturali ratione debetur filio, etiam emancipato, eamque statim post mortem patris, aut matris acquirit, *tit.* 3. *d.* 25. *n.* 19.

Gravamen super ea impositum ipso jure tollitur per legem, & bona legitimæ remanent libera, *ibid. num.* 20.

Diminuit patrimonium qui super illa admittit gravamen, *ibidem.*

Legitimam parentum tanquam naturali jure debitam filius an possit renunciare, aut repudiare delatam, aut semel acquisitam, seu admittere in illa gravamen in fraudem creditorum, vel Fisci, *ibib. num.* 19. & *num.* 25.

Pro ea filius est creditor patris, *ibidem.*

Est debitum naturale, *ibidem.*

In ea pater gravamen an possit imponere cùm filio relinquit ultra legitimam, *ibid.n.*20.& 28.

Tunc in ea filius an admittere possit gravamen, *ibid. num.* 20.

Legitimæ gravamen in præjudicium matris an filio acceptasse videatur, quæ generaliter acceptavit, & approbavit testamentum paternum, qui illam relictam hæredem universalem gravavit, ut si sine liberis decederet, hæreditatem suam restitueret cognatis, & an possit acceptare, *ibid. à num.* 20. & 28. ubi decisio negativa.

Legitimam matri filius non debet in vita, quemadmodum neque pater filio, *ibid. num.* 22.

Legitimam quicunque debet, non potest profundere, & dilapidare bona in fraudem legitimorum successorum, *ibid. num.* 23.

Et vide verb. *Filius.*

Ut à jure illam petendi pater excludat filios, requiritur illorum consensus, aut renuntiatio, *ibid. num.* 25.

Quibus tamen noceat consensus iste, *ibid. n.*28.

Legitima debita parentibus, & debita filiis quoad quid procedant à pari, *ibid. num.* 25.

Legitima, vide verb. *Filius consentire an possit gravamini*, verb. *Mater.*

Legitimatus.

Legitimatus, vide verb. *Filius.*

Lepores.

Lepores qui duos insectatur, neutrum capit, *tit.* 3. *d.* 35. *num.* 46.

Lex.

Lex cúm operatur interius per se ipsam solam operatur super certo, & non potest errare, non sic cùm agitur de effectibus exterioribus, & quare, *tit.* 2. *d.* 1. *num.* 44.

Lex dicitur esse dubia propter varias Doctorum opiniones, *titul.* 2. *disp.* 5. *numer.* 16.

Legis dispositio cessat cúm cessat mens, *tit.* 2. *disp.* 8. *num.* 21.

Ejus mens, & ratio non differunt inter se, *ibid.*

Lex cùm non distinguit, nec nos distinguere debemus, *ibid. num.* 25. & *tit.* 3. *d.* 16. *n.* 25.

Lex, & natura nihil faciunt frustra, *ibid. n.* 31.

Legis verborum cùm non inveniuntur in decisione illius, sed in relatione, habenda ratio non est, & quare, *tit.* 2. *d.* 8. *num.* 33.

Lex 12. tabul. quantum tempus debitoribus concesserit, intra quod satisfacerent creditoribus, *tit.* 3. *d.* 1. *num.* 5.

Qua pœna afficiebantur qui statuto tempore non satisfacerent, *ibidem.*

Ejus in hoc immanitas damnatur, & antiquata refertur, *ibidem.*

Leges servare hoc sæculo putatur culpa, & quare, *ibid. num.* 7.

Lex, vel statutum cùm introducit aliquid de novo cum certis modificationibus, quidquid ibi exprimitur, videtur datum pro forma, *ibid. num.* 27.

Lex ad ea, quæ frequentiùs accidunt, non ad casus singulares adaptatur, *tit.* 3. *d.* 2. *n.* 6.

Leges loquentes de forma executionis non loquuntur de executione facta in pecunia, & quare, *ibid.*

Lex quæ fundatur in præsumptione non obligat in foro conscientiæ, in quo sola veritas attenditur, *tit.* 3. *d.* 8. *sect.* 6. *num.* 75.

Non est imposita verbis, sed rebus, *ibid. n.* 81.

Lex quando fundatur in præsumptione, verum constitutio sit ratione vitandi moralis periculi obligat in conscientia, & habet suos effectus etiamsi in particulari casu factum non sit consentaneum periculo, nec re vera interveniat, quod timeri poterat, *ibid. s.* 7. *num.* 130.

Leges Hispaniæ in hoc Regno legum vim non habent, ut ligent subditos, & Judices secundum eas judicare, magnum tamen pondus, & authoritatem habere debent ubicumque jura extera aliorum Regnorum allegantur, *ibid. num.* 132.

Præsertim leges Partitarum, quæ desumptæ sunt ex medulla juris communis, *ibidem.*

Legum omnis, & quæcumque dispositio debet intelligi, nisi quid eam impediat, *t.*3.*d.*9.*n.*12.

Legis verba generalia omnia comprehendunt, *tit.* 3. *d.* 11. *num.* 6.

Lex quod fieri præcipit an, & quando requirat petitionem, ut effectum habeat, *tit.* 3. *disp.* 14. *num.* 14.

Legis formam observare debet qui ex ea se vult juvare, & beneficium consequi, etiamsi pars nihil petat, *ibidem.*

Lex specialis derogat legi generali, sive provisio specialis præcedat, sive subsequatur pro-

vi-

visionem generalem, *tit.* 3. *d.* 16. *num.* 19.
Lex humana justa non debet permittere aliquid quod culpam læthalem inducat, *t.* 3. *d.* 25. *n.* 16.
Leges ex aliis legibus limitantur, & declarantur, *ibid. num.* 17.
Leges quin in suo testamento, vel cùm decedit ab intestato locum habeant, nemo potest efficere, *ibid. num.* 24.
Legis auxilio qui utitur sibi prospiciens nullum dolum, aut fraudem committit, *tit.* 3. *disp.* 27. *num.* 7.
Legibus quod est omissum, omittendum non est Religione judicantium, *tit.* 3. *d.* 29. *num.* 5.

Liber.

Librum non exhibere, vel illum exhibere vitiosum, & non solemniter compositum idem est, *tit.* 3. *d.* 7. *num.* 13.
Liber rationum tutelæ, & societatis qua forma confici debeat, ut sit solemnis, & rectè compositus, aptusque ad exonerandum eum, qui illum confecit, *ibid. num.* 14.

Liberalitas.

Liberalitatis actus non censetur ad quem quis ex necessitate compellitur, *tit.* 3. *d.* 25. *n.* 16.

Liberantia.

Liberantiæ expeditæ in Consilio Regii patrimonii à Computatoribus majoribus adversus Thesaurios, aut Receptores Regiorum redituum de jure Castellæ habent contra ipsos paratam executionem, & quare, *tit.* 3. *d.* 6. *n.* 3.
Liberantiæ in revisione librorum Scribæ rationis in Regno Neapolitano quomodo justificentur, & non justificatæ quomodo exequantur contra eos, qui minus rectè eas solverunt, *ibid. num.* 20.
Liberantiæ instrumentum, vide verb. *Delegationis, seu liberantiæ instrumentum.*

Liquidatio.

Liquidationis instrumentorum juxta Ritum pœna quæ fuerit antiquitus, & quæ hodie exigatur, *tit.* 2. *d.* 8. *num.* 30.
Liquidationem illiquidi interesse qui petit, non petita executione, petit pronuntiationem Judicis super liquidatione, *tit.* 3. *d.* 3. *n.* 44.
An sit necessaria ante executionem, *ibidem.*
Fieri an possit per solas probationes, & testes, qui detegant viam executivam instrumento velatam sine Judicis declaratione, *ibidem.*
A pronuntiatione super liquidatione instrumenti illiquidi reus appellare potest, *ibid.*
Causa liquidationis istius non est executiva, sed ex ea judicium sit ordinarium, *ibid.*
Quomodo peti debeat, *ibid. num.* 45. & 46.
Ejus articulus petita executione ante petitionem liquidationis, est incidens in executione, *ibid. num.* 45.
Quando sit necessaria, & quando sine ea possit exequi instrumentum, *ibidem.*
Liquidatione facta quomodolibet potest pronuntiari super executione instrumenti, aut sententiæ, *ibidem.*
Liquidandi instrumentum via ritus, vide verb. *Juri liquidandi.*
Liquidatio rationum pendet ex calculo, cujus discutio longa est, & prolixa ex sua natura, *tit.* 3. *d.* 7. *num.* 8.

Liquidum.

Liquidi executio retardatur propter illiquidum, *tit.* 3. *d.* 7. *num.* 3.
Quod quomodo sit intelligendum, *ibid. num.* 25.
Liquidum vide verb. *Executio liquidi.*

Lis.

Lis quamvis non contestetur per ea, quæ emergunt ante contestationem, per ea tamen quasi contestatur, *tit.* 2. *d.* 1. *num.* 12.
Litis contestatio cùm causæ plenariè aguntur, & ordinariè consistunt in narratione libelli producti ab actore, & responsione rei ad narrata in libello actoris, *tit.* 2. *d.* 4. *num.* 3.
Dicitur lapis angularis judicii, & ejus fundamentum, *ibidem.*
Ejus omisio de jure communi vitiat processum, cùm sit de substantia judicii, *ibidem.*
De jure Castellæ est necessaria in omni judicio, eo tamen jure an requiratur etiam in causis summariis, *ibid. num.* 4.
Non est necessaria regulariter de jure communi in causis summariis, *ibid. num.* 5.
In Regno Neapolitano ubi nec est in usu, *ibid. n.* 7.
Ejus vim, & locum obtinet quoad omnes effectus in causis summariis ille actus, qui fieri solet post litis contestationem, dum Judex incipit cognoscere de meritis causæ, *ibidem num.* 8.
Litis contestationis vim habet in Regno Neapolitano concessio termini dati ad probandum, *ibid. num.* 9.
Hinc ea, quæ ante terminum fiunt, aut incontinenti post terminum intimatum, videntur fieri ante litis contestationem, *ibid.*
Lis, in qua solum dubitatur de jure, non de facto, quod certum sit, & de quo partes conveniant, expeditur nulla concessa dilatione, *tit.* 2. *d.* 5. *num.* 15.
Et vide verb. *Ordo judiciarius*, & verb. *Terminus.*
Litibus in breviandis versatur utilitas publica, *tit.* 2. *d.* 6. *num.* 23.
Tollendis impedimentis eas differentibus paulatim introduxit, *ibidem.*
Lis dicitur pendere propter executionem post sententiam, etiam si sententia transierit in rem judicatam, *tit.* 2. *d.* 7. *num.* 5.
Et vide verb. *Judicium non dicitur finitum.*
Lites ex litibus oriri non debent, *t.* 2. *d.* 8. *n.* 3. & 5.
Nec lites litibus confundi, aut inculcari, *ibid. num.* 19.

Litis conteſtatio in cauſis ſummariis quomodo, & per quem actum fiat, *tit.* 3. *d.* 4. *n.* 23.
Reperitur propriè in judiciis ordinariis, *ibidem.*
Fit per *contumaciam rei*, per quem ſtat, ne fiat iſta quaſi litis conteſtatio, *ibid.*
Ejus loco an, & quando habeatur petitio executionis, & productio inſtrumenti guarentigii cùm agitur via, & judicio executivo, *ibid. num.* 25. *& ſeqq.* Et quando tunc lis conteſtetur, *ibid. num.* 28. *&* 30.
Litigioſa res efficitur quando in judicium deducitur actio realis ſuper dominio rei, vel quaſi, idque ſi ſolum reus citetur, aut producatur libellus, *tit.* 3. *d.* 11. *num.* 2.
Secus ſi agatur actione perſonali, quia tunc efficitur litigioſa per litis conteſtationem, *ibid.*
An, & quando efficiatur litigioſa quando agitur actione hypothecaria, *ibid.*
Litigii de effectibus, *ibid.*
Litigioſæ rei alienatio nulla eſt, eaque non obſtante exequitur ſententia contra novum poſſeſſorem, & quare, *ibidem.*
Litis pendentia propriè non datur in executivis, *tit.* 3. *d.* 14. *num.* 1.
Litem qui inchoavit tenetur eam terminare, & non poteſt ab ea deſiſtere invito collitigante, *ibid. num.* 2.
Litis conteſtatio, vide verb. *Conteſtatio.*
Litis finitæ exceptio, vide verb. *Exceptio.*
Litis pendentia, vid. verb. *Exceptio litis pendentiæ*, verb. *Pendentia proceſſus*, verb. *Sententia.*

Litteræ cambii.

In litteris cambii quot perſonæ interveniant regulariter, *tit.* 3. *d.* 6. *num.* 21.
Non habent executionem paratam contra mandatarium, ſeu eum, cui diriguntur, ſi ab eo non acceptentur, habent tamen ſi acceptentur, *ibid. num.* 22.
Earum probatio per teſtes in Regno Neapolitano *quomodo fiat, ut exequi poſsint*, *ibidem.*
Non acceptatæ à mandatario an, & quando haheant, præſertim de jure Regni Neapol. executionem paratam contra ſcribentem, *ibid. à num.* 23. Quidvè facere, & infra quod tempus exigere, vel probare debeat ille, ad beneficium cujus ſcribantur de jure Neapolitan. *ibidem num.* 28.
Earum proteſtationis forma, *ibid.* remiſsivè.
Eas ſcribens non liberatur per acceptationem, ſed per illarum ſolutionem, *ibid. num.* 24.
Illas acceptans eſt veluti fidejuſſor ſcribentis, qui eſt principaliter obligatus, *ibid.*
Litterarum cambii per acceptationem mandatarii non fit novatio, nec perficitur delegatio, ſed obligatio firma manet, donec ſolutione diſſolvatur, & quid cùm negligentia exactoris accedat, *ibid. num.* 27.
Litteras cambii ſi ſcribens ſciat, mandatarium ſuum, ſeu eum, cui litteræ diriguntur eſſe, aut decoctum, aut fugitivum, aut decoctioni proximum, non liberatur per acceptationem mandatarii, *ibid. num.* 29.
Quibus conjecturis colligatur hæc ſcientia, *ibid.*
Præſumitur dolus adverſus mercatorem, qui remiſit *litteras cambii* ſolvendas *ab eo, qui* paulò poſt illas acceptas decoquit, *ibidem.*
Earum à ſolutione quando excuſetur acceptans, ſi mandatarius ſit poſtea decoctus, *ibid. n.* 38.
Litteræ cambii, vide verb. *Mandatarius acceptans*, verb. *Periculum decoctionis.*

Locupletari.

Locupletari nemo debet cum aliena jactura, *tit.* 3. *d.* 1. *num.* 16.

Lucrum.

Lucrari nemo debet ex dolo ſuo, *tit.* 2. *d.* 6. *n.* 25.
Lucrum decem pro centenario in negotiatione licita, ut in mercimonio ſerici, eſt bonum lucrum, ſi vero aſcendat ad 15. pro centenario, eſt optimum, *tit.* 3. *d.* 7. *num.* 18.
Lucrum non capientis, & damnum ſentientis, aut debitum amittentis non eſt par conditio, *tit.* 3. *d.* 8. *num.* 2.
Lucrum ceſſans, vide verb. *Fructuum amiſsio.*
Lucro de captando qui tractat, vide verb. *Conditio ejus, qui tractat.*

Luitio.

Luitio *idem eſt, quod ſolutio*, & *luitio pignoris* eſt diſſolutio, obligationis pignoris, & liberatio, *tit.* 3. *d.* 35. *num.* 38.

Lux.

Lux à Sole quomodo pendeat, *tit.* 3. *d.* 22. *n.* 6

M

Macedonianum.

MAcedoniani exceptio, vide verb. *Exceptio Macedoniani.*

Magiſtratus.

Magiſtratui *ut obtemperetur, ejuſque ſententiæ* obediatur, fundatur in communi totius Reipublicæ, omniumque civium prævio, & antecedenti conſenſu, non in cujusliber civis voluntate, & quare, *tit.* 2. *d.* 1. *num.* 6.
Magiſtratus electus per Principem ad jus reddendum non poſſunt inducere ſtilum contra jus, *tit.* 3. *d.* 25. *num.* 16.

Magna Curia.

Magnæ Curiæ Vicariæ fuit præeminentia, ut ſola, & nulla alia Curia cognoſceret de liquidationibus *inſtrumentorum*, *tit.* 3. *d.* 14. *n.* 20.
Ejus privilegia ſunt communicata Baronibus circa liquidationes inſtrumentorum, *ibidem.*

Majoratus.

Majoratus cedi, & transferri non poteſt, ejus tamen commoditas cedi poteſt, & exequi, *tit.* 3. *d.* 20. *num.* 8.
Majoratus poſſeſſor poteſt pro ſua vita, vid. verb. *Fructus.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Majus.

Majus quod eſt præfertur minori, *tit.* 2. *d.* 6. *n.* 4. & *num.* 7.

Quod quando procedat in delictis, ut accuſato reo de duobus criminibus majus faciat ſuperſederi in cognitione minoris, *ibid. num.* 12.

Maleficium.

Malefici capiendi ſunt ſtipendiis Regiis, *tit.* 2. *d.* 1. *num.* 29.

Maleficium, vide verb. *Actio*, verb. *Delinquens*, verb. *Obligatio.*

Malignitas.

Malignitas, vide verb. *Ignorantia.*

Malitia.

Malitiis litigantium non indulgendum, ſed obviam eundum, *tit.* 2. *d.* 4. *num.* 20. & *d.* 6. *num.* 25. & *tit.* 3. *d.* 16. *num.* 44.

Mandatum.

Mandatum de parendo ad quid, & quando expediatur ex ſtilo Tribunalium ſuperiorum Neapolitanorum, *tit.* 3. *d.* 1. *num.* 4.

Mandatum executivum quid ſit apud Hiſpanos, & quomodo differat ab executoria, *tit.* 3. *d.* 4. *num.* 7. & 10.

Mandatum, quo Judex interveniente Actuario, vel Scriba in proceſſu jubet ſolvi pecuniam alicui creditori ex depoſito facto à debitoribus ejus, aut jubet debitori debitoris, ut ſolvat creditori ſui creditoris habet executionem paratam contra depoſitarium, & quare, *t.* 3. *d.* 6. *n.* 2.

Expeditur abſque citatione depoſitarii, aut debitoris, *ibidem.*

Quamvis ex inſtrumento authenticum, & publicum non habet executionem paratam, quoties debitor, cui fit mandatum, ut ſolvat, non eſt executivè obligatus ad ſolutionem, *ibid. n.* 4.

Et quomodo tunc agi poſſit contra mandatarium, *ibidem.*

Ejus executio unde oriatur, *ibid. n.* 4. & 5.

Quando habeat executionem paratam, ſi licet publicum, & authenticum, ſi tamen non expediatur à Judice, ſed ab Adminiſtratoribus Univerſitatum, à Decurionibus, ſeu Rectoribus Civitatum, à Sindico, & Electis, à Capitulo Cononicorum, Adminiſtratore piorum operum, vel tutore pupillorum fiat contra OEconomum, Theſaurarium, Aerarium, Capſerium, aut quovis nomine debitorem, *ibid. n.* 5.

An, & quando habeat executionem paratam contra mandantem, ſi conſtet, eſſe injuſtum, & deſtinatam pecuniam in uſus non neceſſarios, eſſeque malè adminiſtratum, ita ut Judex ex ipſomet mandato compelleret adminiſtratorem, vel alium mandantem ad reſtituendum Univerſitati, Fiſco, vel minori, aut Pio loco pecuniam ſic liberatam, *à num.* 6. & 10. & *ſeqq.* Quid ſervetur de jure Caſtellæ, *ibid. num.* 19.

Mandatum de ſolvendo quando vicem ſolutionis habeat, *ibid. num.* 20.

Si expediatur contra ordines præſtitutos caſu à Majeſtate, vel pro Regibus pecunia quomodo, & à quibus recuperetur, *ibidem.*

Mandatarius qui acceptavit litteras cambii an poſſit recuſare ſolutionem illarum, & ſe excuſare, quòd ſcribens fuerit decoctus poſt acceptationem, *tit.* 3. *d.* 6. *num.* 35.

An, & quando poſſit ſe excuſare, quominus ſolvat, eo quod antequam ſcriberentur litteræ, vel acceptarentur mandator decoquiſſet, *ibid. num.* 36. 37. & 38.

